nitus. neq; deus genit⁹ eſt de⁹ ingenit⁹. nõ
ideo tñ alius deus eſt pater alius fili⁹. ſed
vnus deus vterq;. nõ aũt vnus. Alius eſt
eñ genitus. alius ingenitus. ꝭ nõ ali⁹ de⁹.
imo vterq; vnum ſiue vnus deus. Ita nõ
eſt ſapientia genita ſapientia ingenita. ſed
alia eſt ſapientia genita. alia ingenita. non
tamen eſt alia ſapientia. ſed vna eadeȝq; ſa
pientia.

Pr̃ eſt ſapiẽs ea ſapia qua ipe eſt ⁊ ꝺ ea fili⁹ eſt genit⁹ ⁊ ſapiens illa ingenita hec vna tñ ſapia

## An filius ſit ſapiens ſeipo vel per ſeipm. E

Ex p̄dictis conſtat
q̄ filius nõ eſt ſapiẽs a ſe: neq; de ſe. ſed de
pr̃e ⁊ a pr̃e. Queri aũt ſolet. vtrũ filius ſit
ſapiens ſeipo vel ꝑ ſeipm? Quidam di
cunt multiplicem hic fieri intelligentiam. ⁊
ideo diſtinguendũ fore ita. vt cum dicis fi
lium eſſe ſapientem ſeipo vel ꝑ ſeipm. Si
ſui natura ⁊ eſſentia ſapientem intelligas:
verus ſit intellectus. Si ꝟo a ſeipo vel de
ſeipo ſapientem eſſe intelligas. falſitati ſub
iectam habes intelligentiam. Alij vero
ſimplicit̃ ⁊ abſq; determinatiõe cõcedunt
hmõi locutiões. filius eſt ſapiens ꝑ ſe. ſed
nõ a ſe vl̃ de ſe. ⁊ filius eſt deus ꝑ ſe. ⁊ eſt ꝑ
ſe. ſed nõ a ſe vel de ſe. Hoc cõfirmãtes ver
bis Hylarij qui filiũ non a ſe: ſed ꝑ ſe agere
in li. ix. de trini. ait. Nature inquit cui con
tradicis heretice hec vnitas eſt. vt ita ꝑ ſe
agat filius ne a ſe agat. ⁊ ita non a ſe agat.
ut ꝑ ſe agat. Intellige filium agentem: et ꝑ
eum patrem agentem. Non a ſe agit. cũ pa
ter in eo manere monſtratur. Per ſe agit:
cum ꝭm natiuitatem filij agit ipe que placi
ta ſunt. Infirmus ſit non a ſe agendo: niſi
a deo ipe agit. non ſit ꝟo in vnitate natu
re ſi que agit. ⁊ in quibus placet non per ſe
agit. Sicut ergo inquiũt. filius ꝑ ſe agit: ꝭ
non a ſe. Ita ⁊ filius debet dici ſapiens per
ſe. ſed non a ſe. Sic ⁊ ipe per ſe deus eſt vel
eſſe dicendus eſt (vt aiunt) ſed non a ſe vel
de ſe.

Solutio ꝭm quoſdam.

Aliorũ determinatio.

Hylarius.

## An vna tantum ſit ſapientia patris. F

Quō nitūtur quidam ꝓbare ꝙ non vna tm̄ eſt ſapientia patris

# Poſt hec a quibuſ

dam ſolet queri. vtrum vna tm̄ ſit ſapiẽtia pr̄is: Quod non eſſe nitunť ꝓbare h̄ mō. Filius inquiūt eſt ſapientia pr̄is genita: ꝗ pater ſapiens non eſt. Eſt igiť aliqua ſapientia patris qua ſapiens nō eſt Eſt autem ⁊ ſapientia patris ingenita. ⁊ ea pater ſapiens eſt. Eſt ergo quedam ſapientia patris qua ſapiens eſt. ⁊ ip̄a non eſt illa ſapientia patris qua pater ſapiens non eſt. Non eſt ꝗ̊ vna tantū ſapientia patris. Item ſapientia ingenita eſt ſapientia patris. ⁊ ſapiẽtia genita eſt ſapientia patris. Non eſt autem ſapientia ingenita ſapientia genita. Non ē igitur vna tantū patris ſapientia. Hec et his ſimilia tanꝗꝫ ſophiſtica ⁊ a veritate lōginqua. cunctiſꝫ in theologia peritis paſ̄tentia abijcimus. reſponſo indigna aduertentes. Id tamen adijcientes quia vna eſt tantū ſapientia patris. ſed non vno mō dicitur. Nam ſapientia patris diciť illa quā genuit. ⁊ ſapientia patris diciť ea qua ſapiens eſt. Diuerſa ē ergo ratio dicti. Illa eñ dicitur patris. qꝛ eam genuit. ⁊ ea diciť ſapientia patriſ. quia ea ſapit. Vna eſt tamẽ ſapientia patris. quia ſapientia genita ē eadem ſapientia ⁊ ea qua ſapiens eſt. ſiue ea qua ſapiens eſt intelligať pſona pr̄is ſiue eſſentia patris. qꝛ pſona pr̄is ꝗ intelligitur cum diciť ſapia ingenita. ⁊ pſona filij que ſignificať cum dꝛ ſapientia genita. vna eademꝗꝫ ſapientia eſt. que eſſentia diuia itelligiť cōmunis tribus pſonis.

Q̄r riſſione indig̃ ſint hec ⁊ his ſimilia.

Q in trinitate eſt dilectio que ē trinitas et tamen ſpūſſanctus eſt dilectio que non eſt trinitas. nec iō due ſunt dilectiones. ita et de ſapientia. g

# Et ſicut i trinitate

dilectio eſt. ꝗ eſt pater. filius ⁊ ſpūſſanctus que eſt ip̄a eſſentia deitatis. ⁊ tm̄ ſpūſſctūs dilectio eſt. que nō eſt pater vel filius. nec ideo due dilectiones ſunt in trinitate. quia dilectio que ꝓprie ſpūſſanctus eſt: eſt dilectio que trinitas eſt. non tm̄ ip̄a trinitas eſt ſicut ſpūſſanctus eſt eſſentia ꝗ trinitas eſt: non tamen ip̄e trinitas eſt. Ita in trinitate ſapientia eſt que eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſ ſanctus. que eſt eſſentia diuina. ⁊ tamen filius eſt ſapiẽtia que nō eſt pater vel ſpūſſanctus. Nec ideo due ſapientie ibi ſunt. quia ſapientia que ꝓprie eſt filius: eſt ſapia que eſt trinitaſ. ip̄a tamen non eſt trinitas ſicut filius eſt eſſentia que eſt trinitas. ip̄e tamẽ non eſt trinitas.

Qua ratione pr̄ non diciť ſapiẽs ea ſapientia quam genuit eadem videť debere dici ꝙ nō ſit diligẽs pater vel filius dilectione qua ab vtroꝗꝫ ꝓcedit. h

# Preterea diligẽter

notandū eſt ꝙ ea ratione qua pater non dicitur ſapiens ea ſapia quam genuit. videť fore dicendum ꝙ pater non diligat filium: vel filius patrem ea dilectiōe que ab vtroꝗꝫ ꝓcedit. ſ. que ꝓprie ſpūſſanctus eſt. Sicut eñ idem eſt deo ſapere quod eſſe. ita eſt ei idez diligere qđ eſſe. Ideoꝗꝫ ſicut negatur pater eſſe ſapiens ſapientia quā genuit ꝗ ſi ea diceret ſapiens. nō ip̄a ab eo: ſed ipſe ab ea intelligereť eſſe. Ita videť non debere cōcedi ꝙ pater vel filius diligat dilectione que tm̄ ſpūſſanctus eſt. qꝛ ſi ea. diligit pater vel filius. non ſpūſſanctus videť eſſe a patre ⁊ filio. ſed pater ⁊ filius a ſpiritu ſancto. quia idem eſt ibi diligere qđ eſſe. At ſupra dictū eſt: atꝗꝫ autoritate Auguſtini ſancitū. ꝙ in trinitate tria ſunt. vnus diligens eum qui de illo eſt. ⁊ vn⁹ diligẽs eum de quo eſt. ⁊ ip̄a dilectio. ⁊ non eſt aliquis duorū quo genitus a gignente diligitur: genitorez ſuū diligit. Quibus verbis aperte ſignificať patrem filium: ⁊ filiū patrem diligere. ea. ſ. dilectione que nō eſt aliquis eorū: ſed tantū ſpirituſſanctus. Cum idem ergo ſit ibi diligere quod eſſe. quō dicitur pater vel filius non eſſe ea dilectione qua alter alterum diligit. Cum ideo pr̄ negetur ſapere ſapientia quaz genuit ne ea eſſe intelligať.

Q et hec queſtio inexplicabilis eſt que excellit infirmitatem hominis. i

# Difficilem mihi fa

teor hanc queſtionem precipue cū ex predictis oriatur que ſimilem videtur habe-

re rationem. quod mee intelligentie atten-
dens infirmitas turbatur. cupiens magis
ex dictis ſanctorū referre ꝙ̄ afferre. Opti-
Hylari⁹. mus eni̅ lector eſt: inquit Hylari⁹ in .j. lib.
de tri. qui dictorū intelligentiam expectet
ex dictis poti⁹ ꝙ̄ imponat. ⁊ retulerit ma-
gis ꝙ̄ attulerit. neq̧ cogat id videri dictis
contineri quod ante lectionem p̄ſumpſerit
intelligendum. Cum ergo de reb⁹ dei ſmo
eſt. concedamus deo ſui cognitionē dictiſ-
q̧ eius pia veneratiōe famulemur. Inue-
ſtiget ergo diligent̄ pius lect ⁊ rationē di-
ctorum: ſi forte dictorū aliquā valeat repe-
rire cauſam ꝗ̄ nota ip̄a p̄miſſa queſtio aliꝗ̄
tenus explicari valeat. Ego aūt hanc que
ſtionem non abſoluens: ſed errorem exclu-
dens ꝓfiteor nō eſſe dictū patrem diligere
filiū vel filium patrem. ea dilectōe que ab
vtroq̧ ꝓcedit. ꝗ̄ nō eſt aliquis eorū. ſ tan
tum ſpūſſanctus tanq̄ ea dilectōne pat̄ ſit
vel filius. Sed ſic ea pat̄ diligit filiū ⁊ fili⁹
patrem: vt etiā pr̄ ꝑ ſe ea ꝗ̄ ip̄e eſt dilectiōe
diligat. ſic ⁊ filius. nō aūt ſic vt pr̄ ꝑ ſe non
diligat ⁊ filius. ſed ꝑ eam tm̄. Quis hec in
illa trinitate (inq̄t Aug⁹.) opinari vl̄ affir-
mare p̄ſumat. Eam tm̄ queſtionem lectorū
diligentie plenius dijudicandā atq̧ abſol
uendam relinquimus ad hoc minus ſuffi-
cientes.

Hec eſt diſtinctio triceſima ſecun
da huius p̄mi libri. In qua mgr̄ poſtq̄ aſſignatiōez
quorūdam appropriatorū determinauit. quaſdā du
bitationes ex aſſignatione hmōi emergentes deter-
minat. Et tria facit. Nam p̄mo determinat qualiter
ꝑſone compant̄ ſm ꝓprium ⁊ appropatum ſpūſctō
Secundo quō circa appropatum filij. Tertio quō
circa vtrunq̧ ſimul. Primum facit a p̄ncipio diſtin-
ctionis vſq̧ ibi. Preterea diligent̄ eſt inue. Secun-
do ab inde vſq̧ ibi. Preterea diligent̄ eſt notandū.
Tertium v̄o ab inde vſq̧ ad finem diſtin. Et tm̄ de
ſnīa huius diſtinctionis in generali. In ſpēali ſentē-
tia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū p̄ma eſt
hec. Pr̄ ⁊ filius diligunt ſe mutuo. ſſ. ab ipis ꝓce
dente. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. An pr̄ ⁊ fili⁹ dili-
gunt ſe. ſſ. ab ipis ꝓcedente. Et arguit ꝙ non. Nam
diligere ⁊ eſſe in diuīs ſunt idē. ſi ergo pr̄ ⁊ fili⁹ dili
gunt ſe. ſſ. ⁊c vid̄r ipos hr̄e eſſe ꝑ ſpūſanctū. qđ ab-
ſurdū eſt. Et mgr̄ rn̄det ꝙ pater ⁊ filius diligunt ſe
capiendo diligere notionalit̄. ſ. ꝓut idez eſt qđ cōis
ſpiratio. ⁊ ſic differt diligere ab eſſentia ſm ratōz. ⁊
ꝑ ꝯn̄s factum argumentū ꝓ illa parte non ꝯcludit.
Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Nec pr̄ nec filius ſapit ſapi
entia genita uel naſcente. Hanc ꝓpoſitionem mgr̄
ꝓbans tres determīat q̄ſtiones. Prima eſt. Utrum
pr̄ dicit̄ ſapiens ſapīa quaz genuit? Et arguit ꝙ ſic
q̄r pr̄ diligit amore ꝗ̄ ab ip̄o ꝓcedit. ideo vid̄r ꝙ etiā
ſapit ſapīa eadem quā genuit. Et rn̄det ꝙ iſta non
eſt concedenda. pater ſapit ſapientia genita. ſeu pa
ter ſapit ꝑ illam ſapientiam quam genuit. ne filius ꝗ̄
eſt ſapientia genita videat̄ eſſe cauſa ſapientie in pa
tre. ⁊ hoc confirmat autoritate. b. Auguſtini. Scđa
queſtio eſt. Utrum filius ſit ſapiens ſapīa genita vl̄
ingenita. Et rn̄det magiſter dicens. ꝙ filius debet
dici ſapiens ſapīa ingenita. eo ꝙ ip̄e ſit ſapiēs ſapi-
entia genita ſicut pater. Circa quod notandū ꝙ iſte
due ꝓpoſitiones. ſ. pater eſt ſapiens ſapientia inge
nita. ⁊ filius eſt ſapiens ſapientia ingenita. ſunt am
be vere. ſed differūt ſm ꝙ hi ablatiui in eis poſiti di
uerſimode conſtrui poſſunt. Uno modo in habitudi
ne p̄ncipij formalis. ⁊ ſm illum modum pater eſt ſa-
piens ſapientia ingenita. ⁊ huius ꝓpoſitionis ē ſen
ſus. quia ſapientia ingenita eſt ip̄e pater. ⁊ ſic ſeip̄o
ſapiens eſt formaliter. cum ſit idez ſibi eſſe ⁊ ſapere
⁊ ſm iſtum ſenſum intellectus eſt falſus. filius eſt ſa
piens ſapīa ingenita. q̄r deſignat filium formalit̄ eē
ſapientez patre. ⁊ per conſequēs patrē formalit̄ eē
filium ꝓpter idemptitatem ſapientie ⁊ eſſe in filio.
Alio modo pōt ille ablatiuus conſtrui in habitudīe
p̄ncipij effectiui. ⁊ ſic iſta eſt falſa. pater eſt ſapiēs ſa
pientia ingenita. q̄r ſignificat patrem eſſe de ſapien-
tia ingenita. ⁊ ſic eſſet a ſeip̄o. quod falſum eſt. Illa
v̄o. filius eſt ſapiens ſapientia ingenita iſto mō ē ve
ra. q̄r ſenſus eſt ꝙ filius ſit de ſapientia ingenita. ad
illum intellectū concedit̄ a magiſtro in lr̄a. Tertia q̄
ſtio. Utrū filius poſſit dici ſapiens ſapīa genita ſeu
ip̄o qđ idem eſt. Et rn̄det ꝙ aliqui concedunt iſtam
ꝓpoſitionem. filius eſt ſapiens ſapientia genita vel
ſeip̄o. non tm̄ filius eſt ſapiens a ſeip̄o. quod intelligi
debet filius eſt ſapiens ſapientia genita vel a ſeipſo
quod idem eſt. verum eſt formalit̄: ſed nō effectiue.
Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Tantū vna ⁊ eadem eſt ſa-
pientia patris ingenita ⁊ genita ſm rem. ⁊ differūt
ſolum ſm rationem. Hanc magiſter ꝓbans querit
Utrū tm̄ vna ſit ſapientia patris ⁊ filij. Et arguit ꝙ
non. q̄r alia eſt ſapientia genita ⁊ ingenita. ⁊ ergo
non eſt tm̄ vna. Et magiſter reſpondet argumētum
non valere. eo ꝙ ibi cōmittitur fallacia figure dictio
nis. quia qn̄ ſapientia ſumit̄ cum his terminis geni-
ta ⁊ ingenita trahit̄ ad ſtandum ꝓ ꝑſona. Sed qn̄
ſimpliciter ſtat ſine additōe tunc ſupponit ꝓ eſſen-
tia. Et ſubdit. ſicut in deitate eſt dilectio que eſt pat̄
⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. ſ. ip̄a diuina eſſentia. ⁊ tamē
ſpūſſanctus eſt dilectio que nec eſt pater nec fili⁹. nō
tm̄ ſunt due dilectiones in deo: ſed vna tm̄. Sic ī deo
eſt vna ſapientia que eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus
ſcz diuina eſſentia. ⁊ ſapientia genita que nec eſt pr̄
nec ſpūſſanct⁹: ſed filius. nō tm̄ ſunt plures ſapiētie:
ſed vna tm̄. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſapīa ingenita dicat̄ ſapientia
patris. eo ꝙ per eam formaliter ſapit. ſapiētia etiaz
genita dicit̄ ſapientia patris. non tm̄ ꝙ ea formalit̄
ſapiat: ſed ꝙ eam genuit. non tm̄ ſequit̄ ꝙ ſint due ſa
pientie: ſed tm̄ vna que eſt diuina eſſentia. Secūda
queſtio eſt. Cur pater non dicat̄ ſape ſapientia geni
ta vel ab ip̄o ꝓcedente. ſicut dicit̄ diligere dilectiōe
ab ip̄o ꝓcedente. cum tamen idem eſt ibi ſape ⁊ eſſe
⁊ ſimiliter idem diligere ⁊ eſſe. Ad quod rn̄det ma-
giſter ꝙ diligere poteſt capi eſſentialiter. ⁊ tūc tam
ſm rem q̄ etiam ſm moduz ſignificandi abſolute di
ligere non eſt aliud q̄ eſſe ⁊ q̄ diuina eſſentia. et ſic
capiendo diligere. pater nullo mō poteſt ſe diligere
ſpūſancto ſeu amore ꝓcedente a ſe. Alio modo po-
teſt capi notionaliter pro ſpiratione paſſiua. ⁊ licet
ſic nō eſt aliud q̄ eſſentia diuina ſm rem. non tm̄ ſm
modū ſignificādi eſt idem qđ eſſentia diuina ſeu eſſe
quia eſſentia ſeu eſſe dicit̄ abſolute. diligere aūt rela
tiue. Et ideo nō ſequitur pater ſpūſancto vel amo-
re diligit. igit̄ ſpūſancto vel amore procedente eſt.
Sicut non ſequit̄ pater paternitate eſt pater. ergo
pater paternitate eſt. Sic non ſequit̄ hō diligit ho-
minē amore ab ip̄o procedente. igitur homo amor
eſt. Cum ergo ſapere in diuinis ſemper ſumat̄ eſſen-

tialiter ⁊ nunq̄ notionalit̄ ſicut diligere·igit̄ patrem ſapia genita ſape:ſequeret̄ ipm eſſe ſapiam genitam Ad diligere aũt non ſic ſequit̄ diligere dilectiõe producta. ⁊ p ꝯñs licet pr̄ non dicat̄ ſape ſapia genita. põt tñ dici diligere dilectiõe ꝓcedente ſeu ꝓducta. Et hec eſt ſententia mgr̄i in ſpẽali.

## Utrum proprietates pſonarũ ſint ipſe pſone vel deus. id eſt diuina eſſentia. a

DI. XXXIII.

Poſt ſupra dicta interiꝰ cõſiderari atq̄ ſbtilit̄ inq̄ri oportet. Utrum ꝓpe tates pſonarũ q̄bus ipe pſone determinant̄ ſint ipe pſone. ⁊ ſint deus id eſt diuina eſſentia. an ita ſint in pſonis: vt no ſint pſone. ac p hoc nec diuia eſſẽtia. Q̄ eñi in pſonis ſint ꝓpetates: nẽo inficiari audet. cum apte clamat autoritas. q̄ in pſonis eſt ꝓprietas ⁊ in eſſentia vnitas. Superiꝰ q̄m m̃ltis ſanctorũ teſtimonijs aſtruximus pſonas p ꝓpetates diſtingui atq̄ determiari. ipaſq̄ ꝓpetates tres. ſ. ꝓprijs ex pſſimꝰ vocabul̄. Cũ ḡ ꝓpetates ipe ab eterno fuerint: q̄bus ipe pſone determinantur ⁊ differũt. quomõ eſſent ſi in eis nõ eſſent ⁊ quõ in eis eſſent. ⁊ ipe pſone nõ eſſent qui ibi eſſz m̃ltiplicitas. Quo circa ſicut ꝓpetates eſſe in pſonis. ita ⁊ eas pſonas eẽ ꝯfitemur. ſicut ſupra autoritate Hiero. vt nõ pigeat reuocare ad mentẽ: ꝓteſtati ſumꝰ i expoſitiõe fidei ita dicẽtis. Sabellij hereſim declinãtes: tres pſonas expſſas ſub ꝓpetate diſtiguimꝰ. Nõ eñi noia tm̃mõ: ſed etiã noim ꝓpetates. i. pſonas. vel vt greci exp̄munt hypoſtaſes h̄ eſt ſbſiſtẽtias ꝯfitemur. Ecce apte dicit pſonas ꝓpetatibꝰ diſtingui. ⁊ ipas ꝓpetates eſſe pſonas. cuiꝰ h̄ v̄ba pſtringimꝰ. q: ſupra latiꝰ poſuimꝰ.

Q̄ ꝓpetates ſint pſone.

Hiero. breuiter tãgit q̄ ſupra poſita ſẽ vt aliõ addat

## Q̄ ꝓprietates ſint diuia eẽntia. b

Cumq̄z de ſimplicitate deitatis ſupra differeremꝰ auc̄tibꝰ ſanctorũ. ſ. Augꝰ. Hyl. Iſid. necnõ ⁊ Boetij. euident̄ mõſtrauimꝰ deũ h̄ eẽ oĩno qđ in ſe hz. excepto q̄ pr̄ hz filiũ: nec eſt filiꝰ. ⁊ filiꝰ hz pr̄ez: nec eſt pr̄. ⁊ ſic eſſe in natura triuz: vt q̄ hz h̄ ſit qđ hz. ⁊ totũ qđ ibi eſt vnũ eẽ vnã vitã eſſe. qđ mõ nõ iteramus: ne faſtidiũ lectori ingeramꝰ. Si ḡ ꝓpetates ibi ſunt: ſingula earũ eſt id in quo eſt: ⁊ vnum

Ex predictis ꝯcludit ꝓpetates eſſe pſonas ⁊ vnam eſſentiam.

eadẽq̄ vita ſingule ſunt. Fateamur ḡ et ꝓpetates eſſe in tribꝰ pſonis. ⁊ ipas eſſe pſonas atq̄ diuinam eſſentiam.

## Autoritate aſtruit q̄ ꝓprietas ſit natura. c

Qđ eniz ꝓprietas etiam diuia natura ſit: oñdit Hylarius dicens natiuitatẽ filij eſſe naturã. Uñ in. vij. li. de trini. ait. Utriuſq̄ natura nõ differt. vnũ ſunt pr̄ ⁊ filiꝰ. Hz ḡ hoc ſacr̄i natiuitat̄ vt cõplectat̄ iſe ⁊ nomẽ ⁊ naturã ⁊ ptãtem q: natiuitas nõ põt nõ eſſe ea natura vnde naſcat̄ filiꝰ. Idẽ in. vj. Natiuitas ꝓpetas eſt. veritas eſt. Idẽ in. vij. dicit. q̄ nature natiuitas ſit intelligenda eſſe ĩ natura dei. Supra eñi dixit q̄ ꝓprium pr̄is ẽ q̄ ſp pr̄ eſt. ⁊ ꝓprium filij eſt q̄ ſp filius eſt. ſignificans q̄ proprietas patris eſt pater. et proprietas filij eſt filius. His alijſq̄ pluribus autoritatibus aperte ſignificari videtur. q̄ proprietas filij filius ſit. ſic ⁊ deus. ita ⁊ proprietas patris ⁊ proprietas ſpiritusſãcti.

Hylarius.

## Quidam negant ſcz proprietates eſſe perſonas et diuinam naturaz et quare. d

Hoc autem aliqui negant: dicentes q̄dez ꝓprietates in perſonis eſſe: ſ; nõ eſſe pſonas ipas. q: ita dicũt eſſe in perſonis vel in eſſentia diuina: vt nõ ſint interius ſicut ea ſunt que ſ̄m ſubſtãtiã dicuntur de deo. vt bonitas. iuſticia. ſ; extrinſecus affixa ſunt. atq̄ ita eſſe rationibꝰ probare contendunt. Si enim inquiunt proprietates ſunt pſone: non eis pſone determinantur. Contra quod dicimus. quia etiam ſeipis perſone differunt. ſicut ſupra Hieronymus loquẽs de patre ⁊ filio ⁊ ſpirituſancto dicit. Subſtantia vnũ ſũt: ſed pſonis ac nominibus diſtinguunt̄. Sed iterum addunt. Si proprietates ipſe diuina eſſentia ſunt cum eſſentia non differant tres perſone. nec proprietatibus differũt. Quomodo enim differt pater a filio: eo q̄ diuia eſſentia eſt cum in eſſentia vnũ ſunt.

Obiectio eorũ p̄ma q̄ volũt ꝓbare ꝓpetates non eſſe pſonas.

Secunda obiectio.

## Reſpõſio ad p̄miſſa autoritate nitens. e

**Hoꝝ̃ doctrinis no**
nis ⁊ humanis cõmentis v̈bo Hilarij reſpondeo. Immenſum eſt qd̃ exigiƚ ⁊ incõprehenſibile: extra ſignificantiã eſt ſermonis. extra ſenſus intẽtionẽ. nõ enũciaƚ. nõ attingiƚ. nõ teneƚ. v̈boꝝ̃ ſignificãtiam rei ipſius natura cõſumit. Senſus cõtẽplationem inpſpicabile lumẽ obcecat. intelligentie capacitatẽ qd̃ fine nullo contineƚ: excedit. Mihi ergo in ſenſu labes eſt. in intelligẽtia ſtupoꝛ eſt. In ſermone v̈o non iaʒ infirmitatem: ſed ſilentiũ confitebor. piculoſum nimis eſt de rebus tantis ac tã recõditis aliq̃d vltra pſcriptũ celeſte pferre: vt vltra pfinitionem dei ſmo de deo ſit. forma fidei certa eſt. Non ergo aliquid addẽdũ eſt: ſed modus conſtituendus audacie. q̃cq̃d vltra q̃ritur: nõ intelligiƚ.

**Quõ improbi heretici iſiſtãt alia addentes.** f

Obiectio tertia.

**Ceterũ hereticoꝝ̃**
improbitas inſtinctu diabolice fraudulentie excitata nondũ quieſcit. ſed in tãta rerũ queſtione addit. Si paternitas ⁊ filiatio i deo ſiue in diuina eſſentia ſunt. eadeʒ ergo res ſibi pater eſt ⁊ filius. Nam in q̃ paternitas eſt: pr̃ eſt. ⁊ in quo filiatio eſt: fili⁹ eſt Si ergo vna eademq; res habet in ſe paꝶnitatem ⁊ filiationem. ipſa generat ⁊ generatur. quod dicentes in Sabellianaʒ hereſim ꝯtrahunƚ. extendentes pr̃em in filium cũ ipm ſibi filiũ: ipm ppõnant ⁊ pr̃em. Si v̈o negauerint in vna dei eſſentia paꝶnitatem eſſe ⁊ filiationem. quõ ergo dicunt eẽ deũ His atq; alijs argumentoꝝ̃ aculeis vtuntur in ſue opinionis aſſertione. vt veritatiſ formã diſſecent.

**Rñſio cõtra hãc eoꝝ̃ opinionem vbi tradiƚ q̃ ppꝛietates nõ penit⁹ ita eẽ in dei eẽntia ſicut i hypoſtaſibus dicunƚ.** g

**Quoꝝ̃ audacie re**
ſiſtentes atq; ignorantie puidentes audebimus aliquid ſup hoc loqui. Paternitaſ ⁊ filiatio non ita eſſe omnino in diuina ſb̃a dicunƚ: ſicut in ipſis hypoſtaſibus. in quibus ita ſunt q̃ eas determinãt. vt ait Johan. Damaſ. Caracteriſtica idiomata ſũt id eſt determinatiue ppꝛietates hypoſtaſeos ⁊ nõ nature. etenĩ hypoſtaſim determinant ⁊ nõ naturam. Ideoq; licet paternitas ⁊ filiatio ſint in diuina eſſentia. cũ eam non determinent. nõ ideo põt dici: q̃ diuina eſſentia ⁊ generet ⁊ genereƚ. Uel q̃ eadem res ſit ſibi pater ⁊ filius. Ita enim proprietas determinat pſonam: vt hac ppꝛetate hypoſtaſis ſit generans. ⁊ illa alia hypoſtaſis ſit genita. ⁊ ita nõ idem generat ⁊ generaƚ. ſed alter alterũ.

**Queriƚ quomõ proprietates poſſunt eſſe in natura. nec eam determinent.** h

**Sed forte queres**
cum he ppꝛietates non poſſunt eſſe in pſonis q̃n eas determinẽt: quõ in diuina eſſentia eſſe poſſunt: ita vt nõ eam determinent? Reſpondeo tibi ⁊ hic cum Hylario. Ego neſcio non requiro. ⁊ conſolabor me tamẽ. archangeli neſciũt. angeli non audierunt. ſecula non tenent. pphꝛeta non ſenſit. apl̃s non interrogauit. filius ipſe nõ edidit. Ceſſet ergo doloꝛ querelarũ. non putet homo ſua intelligentia generatiõis ſacramentum poſſe conſequi. Abſolute tamen intelligendus eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus. Stat ſ hoc fine intelligentia v̈boꝛum. Eſt filius a patre qui eſt vnigenitus ab ingenito. progenies a parente. viuus a viuo. non natura deitatis alia ⁊ alia. q2 ambo vnuʒ. Hoc credendo incipe. pcurre. pſiſte. ⁊ ſi non puenturũ ſciam. tñ gratulaboꝛ profecturuʒ. Qui enĩ pie infinita pſequiƚ. ⁊ ſi nõ contingat. aliq̃n tamen pficiet pcedundo. Sʒ ne te inſeras in illud ſecretũ ⁊ archanũ inopinabilis natiuitatiſ: ne te immergas ſummã intelligentie comp̃hendere pſumens. ſed intellige incomp̃henſibilia eſſe. His alijſq; multis euidenƚ oſtendiƚ nobis nullatenus licere maieſtateʒ pſcrutari. ius ponere poteſtati. modũ circũſcribere infinito.

**Quib⁹ autoꝛitatib⁹ opinionẽ ſuã ſcʒ q̃ ppꝛietas patris vel filij non ſit deus: muniant.** i

**Ueruntamẽ non**
dum deſiſtunt impatientie ſpũ agitati: ſed opinionem ſuam etiam ſanctoꝝ̃ autoꝛitati

dus munire conanť ꝗbus oſtendere volũt ꝓprietatem qua pater eſt pater. ⁊ ꝓprietatem qua filius eſt filius: nõ eſſe deũ. ad hoc inducentes ꝟba Aug. ſup illũ locuꝫ pſal. Et non eſt ſba. ita dicentis. Deus eñ quedam ſba eſt. Unde etiam in fide catholica ſic edificamur. vt dicamus patrem ⁊ filiuꝫ ⁊ ſpũmſanctum vnius eſſe ſube. Quid eſt vnius ſbe? Quicq̃d eſt pater quod deꝰ eſt. hoc eſt filius. hoc eſt ſpũſſanctus. Cũ aũt pater eſt. non illud eſt qđ vel quo eſt. Pater eñ non ad ſe: ſed ad filiuꝫ diciť. ad ſe autem deus diciť. Eo igitur quod vel q̃ deꝰ eſt: ſubſtantia eſt. Et quia eiuſdem ſubſtantie eſt filius. ꝓculdubio ⁊ filius eſt deꝰ. At ꝟo quod pater eſt. qꝛ non ſubſtantie eſt. ſꝫ refertur ad filium. nõ ſic dicimꝰ filium patrem eſſe ſicut dicimꝰ filiũ deũ eſſe. Ex his ꝟbis ſignificari dicũt. ꝙ ꝓprietas pr̃is vľ ꝓprietas filij non ſit deus vel eſſentia diuina. Cum eñ dicit. eo ꝙ deus eſt ſubſtãtia eſt. ſed ꝙ pater eſt: ſubſtantia non eſt. aperte inquunt oſtendit id eſſe ſubſtantiam quo deus eſt. Id ꝟo quo pater eſt: non eſſe ſubſtantiam. Item cum ait. Pater non illud eſt quod eſt. oſtendit eum non eſſe patrem eo ꝙ ſubſtãtia eſt. Non eñ ſimpliciť dixit Pater nõ eſt illud quod eſt: ſed ait. Cũ pater eſt: nõ eſt illud qđ eſt. ſignificans q̃ pať eſt. non eſſe illud quo eſt. i. eſſentiam. Hec illi ita exponentes ſua cõmenta ſimplicibus ⁊ incautis vera videri faciũt. Nos aũt aliter fore iſta intelligẽda dicimus. Dicẽs enim eo ꝙ deus eſt: ſubſtantia eſt. ſꝫ ꝙ pater eſt: ſubſtantia non eſt. hoc intelligi voluit: quia eſſentia deus eſt. ⁊ deitate ſbſtantia eſt. Eo eñ ſba eſt quo deꝰ eſt. ⁊ ecõuerſo. cuiꝰ ea eſt deitas que eſt ſba: ⁊ ſbſtantia q̃ deitas. ſed ꝙ pater eſt non eſt ſubſtantie id eſt non quo pr̃ eſt eo ſubſtantia eſt. qꝛ ꝓprietate generationis pater eſt qua ſubſtãtia non eſt. Ipſam tamen proprietatem ſbſtantiam eſſe non negauit. Ita etiam illud intelligendum eſt quod ait Cum pater eſt non illud eſt quod eſt. id eſt non illo pater eſt. quod vel quo ip̃e eſt. id eſt eſſentia. ſed notione.

Qualiť retorquent verba Aug. ad ſuã prauitatem.

Q aliť intelligẽda ſũt illa ꝟba ꝙ dicũt

## Alijs etiã verbis Auguſtini vtuntur. vt aſſerant quod dicunt. ſ. ꝓprietates perſonaruꝫ non eſſe dei ſubſtantiam.

k

## Item illis verbis

Auguſtini vehementer inſiſtunt ſuperius poſitis. ſ. ꝙ verbuꝫ ſm ꝙ ſapientia eſt ⁊ eſſentia. hoc eſt ꝙ pater ſm ꝙ verbum non hoc eſt qđ pater. Si inquiunt verbum nõ eſt hoc quod pater ſm hoc ꝙ eſt verbum. Id ergo quo ꝟbum eſt non eſt illud quod pater eſt. Proprietas ergo quo ꝟbum eſt: non eſt id qđ pater eſt. non eſt igitur diuĩa eſſentia? Ad quod dicimus. quia licet ſm ꝙ verbum nõ ſit: hoc quod pater eſt. ea tamen ꝓprietas qua verbum eſt: eſt id quod pater eſt. id eſt diuina eſſentia. ſed non eſt hypoſtaſis patris. Reſpõſio.

## Iſta eſt diſtinctio triceſima tertia

huius p̃mi libri. In qua mgr̃ poſtq̃ egit de ꝓprijs ⁊ appropriatis. incipit agere de differentia communium ⁊ ꝓpriorum. Et tria facit. Nam p̃mo determinat vnitatem. Secundo reſpondet ad cõtrarias rationes. Tertio ad contrarias autoritates. Primum q̃dem facit a p̃ncipio diſtinctionis vſq; ibi. Hoc aũt aliqui negant ⁊c̃. Secundũ ab inde vſq; ibi. Uerũtamen non deſiſtunt. Tertium ad finem. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitiõibus. quarum p̃ma eſt hec. Proprietates pſonales ſunt idem cum pſonis ⁊ natura diuina. Hanc mgr̃ ꝓbãs querit. Utrũ ꝓprietates ſint ip̃e pſone. ⁊ vtrum ſint ipſa diuina eſſentia. Poſtea ſoluit dicens. ꝙ proprietates tripliciter ſunt in perſonis. iuxta illud. b. Gregorij in p̃fatione dicentis. Et in pſonis proprietas. ⁊ in eſſentia vnitas. proprietates enim fuerunt ab eterno. ⁊ non poteſt dici ꝙ fuerunt ſine ſubiecto. igitur videtur fore dicendum ꝙ fuerunt in pſonis. Secundo oſtendit ꝙ proprietates ſunt ip̃e perſone. Nã proprietates ſunt in perſonis. ſed in pſonis nulla ẽ diuerſitas. igitur proprietates ſunt ip̃e perſone. Et hoc confirmat autoritate beati Hiero. Tertio oſtendit ꝙ ꝓp̃etates ſũt ip̃a diuĩa eſſentia ſeu natura. qđ probat ſic. Propter diuinam ſimplicitatem deꝰ eſt. quicq̃d habet vbi non repugnat relatiua oppoſitio. ſed diuina eſſentia habet proprietates. ergo prop̃etates ſunt diuina eſſentia ſeu natura. Hanc ratiõeꝫ magiſter confirmat autoritatibus diuerſorum autorum: que patent in textu. Secunda ꝓpoſitio eſt hec Errant qui ex hoc ꝙ ꝓprietates perſonales ſunt diuina eſſentia inferunt diuinam eſſentiam poſſe generare. Hanc probans magiſter ponit erroreꝫ quorũdam dicentium. ꝙ licet ſint ꝓprietates in perſonis: non tñ ſunt ip̃e pſone. ſed ſunt quaſi extrinſecus affixe. Poſtea ſm hunc errorem inducunt tres rationes. Quaꝝ p̃ma talꝫ eſt. Si ꝓp̃etates ſint pſone. ergo nõ diſtinguũt neq; determinãt pſonas. ꝯña patet ex hoc ꝙ nihil diſtinguitur neq; determinať ſeipſo: Reſpondet magiſter negando conſequentiam. Ad ꝓbationem dicit non eſſe inconueniẽs ideꝫ diſtigui ſeu determinari ſeip̃o. quod ꝓbat autoritate. b. Hiero. Secundo ſic. Si prop̃etates ſunt diuĩa eſſentia. ergo ſicut perſone dicuntur cõuenire in eſſentia. ita etiam debet dici perſonas conuenire in proprietatibus. quod falſum eſt. Reſpondendo magiſter dicit iſtam materiã ꝓpter nimiam ſui altitudinem humanum excedere intellectum. qđ ꝓbat autoritate Hylarij. Tertio ſic. In quocũq; ẽ paternitas in diuis:

hoc generat: ſed in eſſentia ē paternitas. ergo generat. Et ſilr̄ arguit de filiatiōe. Et rn̄det mgr̄ ꝑ diſtinctionem dicēs. ꝙ ꝓꝑetates eſſe in aliquo pōt intelligi dupliciť. Uno mō illud in quo ſunt determinādo ꝛ diſtinguēdo. Et iſto mō in ꝑſonis. ꝛ in quocunqꝫ iſto mō eſt paternitas hoc poteſt generare. Alio mō illud in quo ſunt non determinando neqꝫ diſtinguēdo. ꝛ ſic dicunť eſſe in diuina eſſentia. ꝛ in quocūqꝫ ſic eſt paternitas: illi non cōuenit generare. nec illi ī quo ſic eſt filiatio conuenit generari. cum ergo proprietates ſunt in diuina eſſentia non determinando eā. ptꝫ argumentū ad ꝓpoſitū nō ꝯcludere. Contra ſolutionem mgr̄ inſiſtit q̄rendo. Si propꝛetates non poſſunt eſſe in ꝑſonis niſi eas determinēt. quō tunc poſſunt eſſe in eſſentia eā nō determinādo. Et rn̄det ꝙ hoc exprimere eſt ſuꝑ intellectū humanū. quod confirmat mgr̄ autoꝛitate. b. Hilarij. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Falluntur qui ex idemptitate paternitatis ꝛ eſſentie arguunt ſeu concludunt paternitate patreꝫ eſſe deū. Huius ratio eſt. qꝛ ꝓꝑetates ſunt in diuinis vt determinantes ꝛ diſtinguentes. cuiuſmodi ſunt ī ꝑſonis. Et ꝯfirmať autoꝛitate. b. Augu. Et tm̄ de ſententia mgr̄i huius diſtinctionis in ſpēali.

Opinio quoꝛūdam nō idē eē ꝑſonam et eſſentiā vel naturā dicētiū et eandē eſſentiā nō poſſe eē prēm et filiū et ſpūm ſanctum. a

DI. XXXIIII.

p Predictis aūt adijciendū eſt. ꝙ q̄dam peruerſi ſenſus homines in tantā proſilierunt inſaniam: vt dicerent nō ideꝫ eſſe naturam dei ꝛ ꝑſonaꝫ ſiue hypoſtaſim. dicentes eandem eſſentiā non poſſe eē patreꝫ ꝛ filiū ſine ꝑſonarū confuſione. Si em̄ inq̄unt ea eſſentia que pater eſt: filius eſt. ideꝫ ſibi pr̄ eſt ꝛ filius. Si hāc rem dicis eſſe patrem: aliā quere quā dicis eſſe filiū. Si vō aliā non queſieris: ſed eandem dixeris. idē genuit ꝛ genitꝰ eſt. Propter h̄ ꝛ hmōi inť naturam ꝛ ꝑſonā diuidunt ita vt non recipiant vnam deitatis naturam ꝛ ſimpliceꝫ eſſe tres ꝑſonas. Idqꝫ teſtimonio Hilarij defendere nituť. qui in. vij. li. de tri. querens. vtrum apl's ſpūm dei nominās ꝛ ſpiritū xp̄i: idem ſignificauerit. vtroqꝫ verbo inquit ita. Gentiū p̄dicatoꝛ volens nature vnitatē in patre ꝛ filio ait. Spūs dei in vobis eſt. Si quis autem ſpūm xp̄i nō habet: hic non eſt eius. Si aūt ſpūs eius qui ſuſcitauit Jeſum ꝛc̄. Spūales oēs ſumus ſi in nobis eſt dei ſpūs. ſed et hic ſpūs dei ē ꝛ ſpūs xp̄i. Et cum xp̄i ſpūs in nob eſt. eiꝰ ſpūs in nobis eſt qui ſuſcitauit xp̄um. Et cum eius qui ſuſcitauit chꝛiſtuꝫ in nob eſt ſpūs. ꝛ ſpūs in nobis eſt xp̄i. Nec tamen nō dei eſt ſpūs qui in nobis eſt. Diſcerne ḡ o heretice ſpūm xp̄i a ſpū dei. ꝛ excitati a

Autoꝛitateꝫ q̄ ꝓ eis facere videť poīt de li. Hilarij

moꝛtuis ſpūm xp̄i a ſpū dei chꝛiſtū a moꝛtuis excitantis. Cum quiſ habitat in nobis ſpūs chꝛiſti: ſpūs dei ſit. ꝛ ſpiritus chꝛiſti a moꝛtuis excitati ſpūs dei tantū ſit chꝛiſtum a moꝛtuis excitantis. Et q̄ro nūc in ſpū dei. vtrum naturam an rem nature ſignificata exiſtimes? Non eſt em̄ idem natura quod res nature. ſicut nō idem eſt hō ꝛ quod homis eſt. nec idem eſt ignis ꝛ qđ ipſius ignis eſt. ꝛ ſm̄ hoc nō eſt ideꝫ deus ꝛ quod dei eſt. Huius dicti occaſiōe p̄fati heretici dogmatiſauerūt non idem eſſe ꝑſonam ꝛ naturam dei. aſſerentes naturaꝫ dei non eſſe tres perſonas. Intelligētes in his p̄miſſis verbis Hilarij ꝑ rem nature ꝑſonam. ꝛ nomine nature diuinam naturā. Et ideo dicunt Hylariū interrogaſſe hereticum. vtrū ꝑ ſpūm dei putaret ſignificatā eſſe naturā an rem nature. vt ſic oſtēderet diſtinguendū eſſe inter naturam ꝛ rē nature. i. ꝑſonam.

Queſtio Hylarij. vtrū in ſpū dei natura vel res nature ſignificata ſit idem

Qđ nō ē natura qđ res nature

Oñdit quem ſenſū trahāt ex illꝰ vbis.

Hic docet quō eis obuiat ipiꝰ ſcripture circūſtantia. et qualiter predicta intelligi debeant et ꝙ ſpūſſāctus ē res vnius nature pr̄is et filij. et eſt ipa natura. b

Hoc quideꝫ dicūt non intelligentes pia diligentia ſcꝑture circūſtantiam: qua conſiderata ꝑcipi poteſt: quomō p̄miſſa dixerit Hylarius. Subſequenť em̄ in eadem ſerie oſtendit in ſpiritu dei aliq̄n ſignificari prēm. vt cum dicitur. Spūs dn̄i ſuꝑ me. Aliquādo ſignificari filium. vt cum diciť. In ſpū dei eijcio demonia. nature ſue poteſtate ſe demones eijcere demonſtrans. Aliquādo ſpūm ſanctuꝫ. vt ibi. Effundam de ſpū meo ſuper omneꝫ carnem. Quod dicit conſummatuꝫ fuiſſe: cū apoſtoli ſpūſancto miſſo oībus linguis locuti ſunt. Deinde quare hanc diſtinctionem fecerit. ꝛ ꝙ in ſuꝑioꝛibus ꝑ vba apoſtoli idem ſpūſſanctus ſignificatus ſit. ꝛ ꝙ ipe ſit res vnius nature patris ꝛ filij: aperte oſtendit inquiens ita. Hec idcirco ſunt demonſtrata. vt quacunqꝫ parte heretica falſitas ſe contuliſſet. finibus veritatis cōcludereť. Habitat em̄ in nobis xp̄us. quo habitante habitat deus. ꝛ cum habitat in nobis ſpūs xp̄i: non aliud habitat q̄ꝫ ſpūs dei. quod ſi ꝑ ſpūm ſanctum chꝛiſtus in nobis intelligiť eſſe. hunc tm̄ ita ſpūm dei vt ſpūm chꝛiſti eſſe noſcendum eſt. ꝛ cum per

Verba Hylarij ponit q̄b. p̄miſſoꝛū intelligentia agiť

naturã dei natura ip̃a habitat in nobis. in differẽs natura filij credit̃ eſſe a patre. cum ſpũſſanctus q̃ eſt ſpũs chriſti ⁊ ſpirit⁹ dei: res nature demonſtret̃ vni⁹. Quero nunc ergo quomõ non ex natura vnum ſunt? A patre ꝓcedit ſpũs veritatis. a filio mittit̃: ⁊ a filio accipit. Sed omnia que habet pater filij ſunt. Idcirco qui ab eo accepit: dei ſpũs eſt. ⁊ idem ſpũs chriſti eſt. Res nature filij eſt. ſed ⁊ eadem res ⁊ nature p̃ris eſt ⁊ dei excitantis chriſtum a mortuis ſpirit⁹ eſt. ⁊ idem ſpiritus chriſti eſt a mortuis excitati. In aliquo differt chriſti ⁊ dei natura. ne eadem ſit ſi ꝓſtari poteſt. vt ſpiritus q̃ dei eſt: non ſit etiam chriſti. Eſt g̊ in nob̃ ſpũs dei. ⁊ eſt in nobis ſpũs chriſti. ⁊ cum ſpũs chriſti ineſt: ineſt ſpũs dei. Ita cũ qd̃ dei eſt ⁊ chriſti eſt. ⁊ quod chriſti eſt dei ẽ. non põt quid aliud diuerſum chriſtus eſſe q̃ȝ deus eſt. Deus igitur chriſtus eſt vn⁹ cum deo ſpiritus. ſꝫm illud. Ego ⁊ p̃r vnũ ſumus. In quo docet veritas vnitatẽ eſſe nature. non ſolitudinem vnionis. Ecce ſi h̃ verba diligenter attendas. inuenis ſpiritũ ſanctũ rem nature dici patris ⁊ filij. ⁊ eundem dici eſſe naturam dei: vbi dicit̃ ꝑ naturam dei natura ip̃a habitat in nobis: ſi ꝑ ſpiritũſanctum chriſtus eſt in nobis.

Diſcutit ꝓdicta ṽba. ⁊ ñ ita eſſe diſtinguẽdũ i trinitate ſicut in creaturis.

Itaq; in trinitate non ita diſtinguendum eſt inter naturam ⁊ rem nature. ſicut in rebus creatis. Quia vt ait Hylarius. Compatio terrenorũ ad deum nulla eſt. ⁊ ſi qua compationum exempla interdũ afferunt̃: nemo ea exiſtimet abſolute in ſe ratiõis perfectionẽ continere. Non eñ humano ſenſu de deo loquendũ eſt.

¶ ꝓpter res creatas illud dixerit nõ idẽ ẽ natura et res nature. c

# Ad naturam ergo

rerum creatarum reſpiciens inq̃t. Nõ idem eſt natura quod res nature. ſubijciens exempla de ip̃is creaturis. Inde oſtendens erroris eſſe ſub menſura creaturarum metiri creatorem. addit. ⁊ ſꝫm hoc non idem eſt deus: ⁊ quod dei eſt. ac ſi diceret. Si ad inſtar creaturarũ de creatore ſentis. cogeris fateri q; nõ idem eſt deus ⁊ quod dei ẽ. qd̃ dicere impium eſt. cũ ſpũs dei de⁹ ſit. ⁊ dei filius ſit deus.

¶ nõ aliud eſt de⁹ et que ſua ſunt. ita vt inſint. alia eni ſũt que inſũt. alia que non inſunt. d

# Non ergo ſꝫm cor-

porales modos (: vt in eadem ſubdit ſerie) accipienda ſunt hec que de deo dicuntur. vbi euacuãs opinionem eorũ q̃ ita putant aliud deum eſſe: ⁊ aliud qd̃ dei eſt. alioq; naturam dei ⁊ rem nature. vt eſt in creaturis. Apte docet non aliud eſſe deum ⁊ que ſua ſunt. ita vt inſint illi ſic dicens. Hõ aut aliquid ei ſimile cum alicubi erit: alibi non erit. quia id quod eſt: illic continetur vbi fuerit in forma. vt non vbiq; ſit q̃ inſiſtens alicubi ſit. Deus autem immẽſe ṽtutis viuens poteſtas. que nuſq̃ȝ non aſſit: nec deſit vſq;. que ſe omnem ꝑ ſua edocet. et ſua non aliud q̃ȝ ſe eſſe ſignificat. vt vbi ſua inſint ip̃e eſſe ꝑ ſua intelligat̃. Non autẽ corporali modo cum alicubi ſit. non etiaȝ vbiq; eſſe credat̃. cum ꝑ ſua in omnibus eſſe nõ deſinat. Non autem aliud ſunt q̃ȝ qd̃ ipſe eſt que ſua ſunt. Et hec ꝓpter nature intelligentiam dicta ſunt. His verbis aperte ſignificatur. ſi tamen intelligis heretice. q̃a diuina natura nõ aliud eſt ab his que ſua ſunt: ita ut inſint. ⁊ ꝑ illa in omnibus ſuis ẽ que non inſunt. Sua enim ſunt etiam que non inſunt. id eſt omnes creature. ⁊ ſua ſũt que inſunt: vt tres perſone que ſunt eiuſdẽ nature ⁊ eadem natura. ſicut ſupra Auguſtini teſtimonio firmauimus dicentis tres perſonas eſſe eiuſdem eſſentie vel eandem eſſentiam. ſed non ex eadem eſſentia. ne aliud intelligatur eſſentia. aliud perſona. Nõ tamen diffitemur aliquam diſtinctionẽ habendam fore ſꝫm intelligentie rationem cũ dicitur hypoſtaſis. ⁊ cum dicitur eſſentia. quia ibi ſignificatur quod eſt cõmune tribus. hic ṽo non. Eſt tamen hypoſtaſis eſſentia. ⁊ econuerſo. Fateamur ergo vnum atq; idem eſſe tres perſonas ſꝫm eſſentiam. differentes autem ꝓprietatibus. Vñ Auguſtinus ſuꝑ locum pretaxatum pſal. ait. Queris quid ſit pater? Reſpõdetur deus. Queris quid ſit filius? Reſpondet̃ deus. Queris quid ſit pater ⁊ filius? Reſpondetur deus. De ſingulis interrogatus: deuȝ reſponde. De vtroq; interrogatus. nõ deos: ſed deum reſponde. Non ſic in hominibus. Tanta enim eſt ibi ſubſtantie vnitas: vt equalitatem admittat. pluralitatem nõ admittat. Si ergo tibi dictum fuerit cuȝ dicis filium eſſe quod pater eſt. ꝑfecto filius

¶ aliq̃ eſt in rõe intelligentie diſtinctio cum d̃r hypoſtaſis: ⁊ cum d̃r eſſentia

Aug⁹. ſuper pſal.

pater eſt. Reſponde ſm ſubſtantiā tibi dixi: hoc eſſe filium quod pater eſt. nō ſm id quod ad aliud dicitur. Ad ſe enim dicitur deus. ad patrem dicitur filius Rurſumqꝫ pater ad ſe dicitur deus. ad filium dicit̄ pater. Quod pater ad filiuȝ dicit̄ non eſt filiꝰ quod dicitur filius ad patrem non eſt pat̄ Quod dicit̄ pater ad ſe. filius ad ſe. hoc eſt pater ⁊ filius. i. deus.

**Utrum ita poſſit dici deus trium pſonarū vel tres pſone vniꝰ dei. vt dicit̄. vna eſſētia triū pſonarū et tres pſone vnius eſſentie. e**

**Hic conſiderandū** eſt. cum deus ſit diuina eſſentia. ⁊ ita dicatur vnus deus eſſe tres pſone: ſicut vna eſſentia dicitur tres pſone. vtrum ita valeat ſane dici. vnus deus trium pſonarum. vel tres pſone vnius dei. ſicut dicit̄. vna eſſen
Uſuȝ ſcripture i his ſeq̄ndum tradit. tia trium pſonarum. ⁊ tres perſone vnius eſſentie? In his locutionibus ſcripture vſus nobis emulandus videt̄: vbi frequēter reperitur ita dictum. Una eſt eſſentia trium. ⁊ tres ſunt perſone vnius eſſentie. nuſqꝫ autem occurrit legiſſe vnū deū triuȝ pſonarum. vel tres perſone vnius dei.
Quare nō cōſueuerat ſcriptura dicere vnū deū triū pſonaꝝ ⁊ ecōuerſo cuȝ dicat vnā eſſentiaȝ triū pſonarum. Quod ideo puto ſanctos doctores vitaſſe. ne ita forte acciperetur in diuinis perſonis. ut accipitur cuȝ de creaturis ſimile q̄d dicitur. Dicitur enim deus Abraam Iſaac ⁊ Iacob. ⁊ deus omīs creature. Quod vtiqꝫ dicitur propter principium creatōis vel gratie p̄uilegium. ⁊ creature ſubiectionem vel ſeruitutem. Cum ergo in trinitate nihil ſit creatum vel ſeruiens vel ſbiectum non admiſit fides in trinitate talem locutionis modum. Ita etiam econuerſo non dicitur de dei eſſentia: ꝙ ipā ſit eſſentia Abraā Iſaac ⁊ Iacob: vel alicuius creature. ne creatoris vel creature naturam confundere videamur.

**Qꝛ licet potētia. ſapiētia. bonitas de deo ſm ſubſtantiā dicantur in ſcriptura. tamen ſolent hec nomina diſtincte ad perſonas interduȝ referri. f**

**Ex p̄dictis conſtat** ꝙ ſicut eſſentia. ita potentia. ſapientia. bonitas de deo dicunt̄ ſm ſubſtantiaȝ. Que autem ſm ſubſtantiam de deo dicunt̄: tribus perſonis pariter cōueniūt. Una eſt ergo potentia. ſapientia. bonitas patris et filij ⁊ ſpūſſancti. et hi tres eadem potentia. eadem ſapientia. eadem bonitas. Un̄ aperitur in trinitate ſumma eſſe pfectio. Si enī ibi deeſſet potentia: vel ſapientia vel bonitas. non eſſet ſummum bonum. Sed quia ibi eſt perfecta potentia: infinita ſapientia: incomprehenſibilis bonitas. recte dicitur ⁊ creditur ſummum bonum. Cumqꝫ vnuȝ ⁊ idem penitus ſit in deo potentia. ſapientia. bonitas. in ſacra tamen ſcriptura frequenter ſolent hec nomina diſtincte ad perſonas referri. vt patri potentia. filio ſapientia. ſpirituiſancto bonitas attribuat̄. qd̄ q̄re fiat: non eſt ocioſum inq̄rere.

**Quare id fiat. ſ. ꝙ p̄ri potētia. filio ſapientia attribuat̄. g**

**Id ergo ſacri elo**quij prudentia facere curauit. ne dei immēſitatem ſimilitudine creature metiret̄. Dixerat enim ſcriptura ſacra. Quia deus pater eſt. ⁊ ꝙ deus filius eſt. ⁊ audiuit h̄ homo qui hominem patrem viderat: deū patrem non viderat. et cogitare cepit ita eſſe in creatoꝛe: vt viderat eſſe in creaturis. a q̄bus hec nomina tranſlata ſunt ad creatoꝛē In quibus pater eſt prioꝛ filio. filius ē poſterioꝛ patre. ⁊ ex antiquitate in patre defectus. ex poſteritate in filio imperfectio ſenſus ſolet notari. Ideo occurrit ſcriptura dicens patrem potentem. ne videatur p̄oꝛ filio: ⁊ ideo minus potens. ⁊ filium ſapientē ne videat̄ poſterioꝛ patre. ⁊ ideo minus ſapiens.

**Quare ſpirituiſancto bonitas attribuatur. h**

**Dictus eſt etiā ſpi**ritusſanctus deus. ⁊ dictus eſt habere ſpiritum deus. ⁊ videbatur hoc quaſi nomē inflationis ⁊ tumoꝛis. Unde humana cōſcientia ad deum pro rigoꝛe et crudelitate accedere metuit. Ideo ſcriptura temperauit ſermonem ſuum ſpiritum bonum nominans: ne crudelis putaretur qui mitis

erat. nõ ꝙ pr̃ ſolus ſit potens vl' magis potens. ⁊ filius ſolus ſapiens vel magis ſapiens. ⁊ ſpũſſanctus ſolus bonus vel magis bonus. Una eſt ḡ potentia. ſapia. bonitas triũ ſicut vna eſſentia. Ideoq̃ ſicut dr̃ filiꝰ homouſios. i. ꝯſubſtantial' patri. ita et coomnipotens.

De hoc noĩe homouſion. vbi ĩ autoritatem receptum ſit. et quid ſignificet. i

Hic non eſt preter=mittendũ quod Auguſtinus in libro ſecũdo ꝯtra Maximinũ dicit de hoc noĩe homouſion: quo latini tractatores frequẽter vtunꝰ. Pater inquit ⁊ filius vniꝰ ſũt eiuſdemq̃ ſubſtantie. Hoc eſt illud homouſiõ quod in concilio Niceno aduerſus hereticos Arrianos a catholicis patribus veritatis autoritate firmatum eſt. Qḋ poſtea ĩ concilio arimenenſi ꝓpter nouitatem verbi minus q̃͂ potuit intellectam. quam tñ fides antiqua pepererat multis paucoꝝ fraude deceptis. heretica impietas ſub heretico impatore Conſtantino labefacta re temptauit. Sed poſt non longum tpus libertate fidei catholice preualente. poſtq̃ vis verbi ſicut debuit intellecta eſt. homouſion illud catholice fideiſſanitate longe lateq̃ defenſum eſt et diffuſum. Quid enim eſt homouſion niſi vnius eiuſdemq̃ ſubſtantie. Quid eſt inquã homouſion: niſi ego ⁊ paꝛ vnum ſumꝰ. Non ḡ inter ꝓphanas vocũ nouitates hoc vitandum eſt.

De noĩbꝰ que tranſlatiue et ꝑ ſimilitudinem de deo dicuñꝛ. k

Preterea ſciendũ eſt ꝙ in aſſignatione diſtinctiõis nominũ inter alia que ſupra diligẽter executi ſũmꝰ quedam diximus tranſlatiue ⁊ ꝑ ſimilitudinẽ de deo dici. vt ſpeculũ. ſplendor. character. figura ⁊ huiuſmodi. de q̃bus pio lectori breuiꝛ trado qḋ ſentio. vt. ſ. rõe ſimilitudinis ꝯſiderata ex cauſis dicẽdi dictoꝝ intelligentiã aſſumat: ſed catholicam.

Nihil dignũ excellentia ineffabil' trinitatiſ ſe tradidiſſe dicit ad alia tranſiturus. l

De ſacramẽto vnitatis atq̃ trinitatis ſumme ⁊ ineffabil': multa iam diximus. Nihil tñ eius ineffabilitate dignũ credidiſſe ꝯfitemur. ſ; potiꝰ ex nobis mirificam eius ſcientiam. nec potuiſſe nos ad illam ꝑuenire.

Iſta eſt diſtinctio triceſimaquarta huius ꝑmi libri. In qua poſtq̃ egit de cõparatõe ꝓpretatũ ad ꝑſonas. agit de cõparatiõe ꝓprietatum ad eſſentiã. Et tria facit. Nã ꝑmo agit de ꝑſone et eſſentie diuerſitate. Scḋo tractat de eſſentie ad ꝑſonas cauſalitate. Tertio recapitulat de attributoꝝ congruitate. Primũ facit a ꝑncipio hꝰ diſ. vſq̃ ibi. Hic ꝯſiderandũ ẽ. Scḋm vſq̃ ibi. Ex ꝑdictis ꝯſtat. Tertiũ ab inde vſq̃ ad finẽ diſ. Et tñ de ſnĩa ĩ generali In ſpẽali ſnĩa ma. ſtat in tri. ꝓpo. q̃rũ ꝑma eſt hec. Nos catholici tenemur ꝑſonas diuinas aſſerere eſſe idẽ cũ diuĩa eſſentia. ⁊ eas ſolũ rõe differre. Hãc ꝓpoſitionẽ mgr̃ ꝓbãs ꝓponit ꝑmo: quõ q̃dã heretici dixerũt eſſentiã ⁊ ꝑſonã nõ eſſe idẽ. q: ſi eſſ; eadem eſſentia pr̃ q̃ filius. ergo eadẽ res generat ⁊ generaꝛ Et iſtud cõfirmat autoritate Hyl'. di. ꝙ res nature ⁊ natura nõ ſunt idẽ. ſed ꝑſona diuina ẽ res diuine nature. eſſentia aũt dr̃ ipã natura. ergo differunt. Rñdeo ꝙ v̈bũ Hyl'. in creaturis intelligẽdũ ẽ: nõ in diuĩs vbi natura ⁊ res nature ſunt idem. qḋ pz autoritate Hyl'. di. ꝙ deꝰ nõ ẽ aliud ab his q̃ inſunt. ſ. attributis ⁊ ꝑſonis. Poſtea mgr̃ rñdet ad rõem di. ꝙ ſm rõe; differũt ẽentia ⁊ hypoſtaſis. ⁊ dicit ꝙ generãs ⁊ generatũ ꝯueniũt in ſubã. nõ tñ ꝯueniũt in ꝑſonalitate. Scḋa ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis tres ꝑſonas vniꝰ eſſe ẽentie debeamꝰ dicere. nõ tamẽ vnũ deũ triũ ꝑſonarũ vſitata locutiõe debemus aſſerere Hanc ꝓpoſitionẽ mgr̃ ꝓbãs q̃rit. Ex quo deꝰ ſit diuina eſſentia. vtrũ ita dicaꝛ vnꝰ deus tres ꝑſone. et vtrũ ita valeat ſane dici. vnꝰ deꝰ triũ ꝑſonarum. vel tres ꝑſone vniꝰ dei. ſicut dr̃ vna eſſentia triũ ꝑſonarum. ⁊ tres ꝑſone vniꝰ eſſentie? Et rñdet ꝙ non. q̃a ſic deꝰ ſignificaret in aliq̃ habitudine ꝑncipij reſpectu ꝑſonarũ. Nec eſt ſiĺr de eſſentia. q: aliꝰ ẽ modus ſignificãdi noĩe dei. ⁊ aliꝰ noĩe ẽentie. Cuiꝰ ratio eſt q: ly deꝰ ſignificat in rõe ꝑncipij effectui. eſſentia vero non. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec. Attribuamus pr̃i potentiã. filio ſapiam. ⁊ ſpũiſancto bonitatẽ nõ obſtante ꝙ oĩbꝰ eque eſſentialiꝛ ſine diſtinctõe ſiĺr ꝯueniũt. Hanc mgr̃ ꝓbans dicit. ꝙ attribuamꝰ pr̃i potẽtia; eo ꝙ in creaturis pr̃ibus ineſſe cõſueuit debilitas ſ;. Sciam filio. eo ꝙ in creaturis filij ſolẽt eſſe ignari. Et bonitatẽ ſpũiſancto. eo ꝙ ĩ creaturis ſpũs tumorem ⁊ inflationẽ importat. Poſtea dicit ꝙ hoc nomẽ homouſion ab antiq̃s ꝑmo fuit ꝯceſſum. tandẽ ꝓpꝛ malũ vſum hereticoꝝ fuit damnatũ ⁊ ꝓhibitũ. S; finaliter ꝓpꝛ veritatẽ rei iterato fuit receptum. Demum dicit de noĩbꝰ tranſlatiue. ⁊ nõ vult aliud dicere niſi ꝙ aſſignãda eſt rõ ſm quã transferuntur. Et tñ de ſnĩa huius diſtinctionis in ſpẽali.

De quibuſdam que ſm ſubſtãtiã de deo dicuñꝛ. q̃ ſpẽalẽ efflagitant tractatũ. ſ. de ſcia et ꝑſcia et ꝓuidẽtia. et diſpoſitiõe. ꝑdeſtinat. ẽe voluntate et potentia. a

DI.XXXV

c

QVnq̃ ſupra
diſſeruerimus ac plura dixeri
mus de his cõit̃ que ſm̃ ſbam
de deo dicunt̃. coꝝ tñ quedã
ſpecialem efflagitant tractatũ. de q̃bus am
modo tractandũ eſt. id eſt de ſcientia. p̃ſci-
entia. ꝓuidentia. diſpoſitiõe. p̃deſtinatõe.
voluntate ⁊ potentia. Sciendũ ergo eſt

Q̃ ſapia dei cũ ſit vna. tñ ꝓpt̃ varios ſtat⁹ reꝝ. pl'a ſortitur vocabula

ꝙ ſapientia vel ſcientia dei: cum ſit vna et
ſimplex. tamen ꝓpter varios rerum ſtat⁹:
⁊ diuerſos effectus. plura ac diuerſa ſortit̃
nomina. Dicit̃ eñ non tm̃ ſcientia. ꝟ eti-
am p̃ſcientia vel ꝓuidentia. diſpoſitio. pre
deſtinatio ⁊ ꝓuidentia. Et eſt p̃ſcientia ſi-
ue ꝓuidentia non de futuris tantũ: ſed de
omibus. de bonis. ſ. ⁊ de mal'. Diſpoſitio

De q̃b⁹ ſit p̃ſcia vel ꝓuidentia

De q̃bus diſpoſitio

De q̃b⁹ p̃deſtinatio

ꝟo de faciendis. Predeſtinatio de omni-
bus ſaluandis: ⁊ de omnibus bonis. qui-
bus ⁊ hic liberant̃ ⁊ in futuro coronabun
tur. Predeſtinauit eñ deus ab eterno ho-
mines ad bona eligendo. ⁊ p̃deſtinauit eis
bona p̃parando. Q̃ homines p̃deſtinauit:

Q̃ ⁊ hoĩes p̃deſtinant̃ ad bona. ⁊ bõa hoĩb⁹

apl's oſtendit dicẽs. Predeſtinauit quos
p̃ſciuit fieri cõformes imaginis filij ſui. et
alibi. Elegit nos añ mũdi ꝯſtitutiõẽ: vt eſ-
ſemus ſancti ⁊ immaculati. Q̃ aũt bõa eis
p̃parauerit: ꝓpheta Eſaias oſtendit dicẽs.
Oculus non vidit deus abs te q̃ p̃paraſti
diligentib⁹ vel expectantibus te. Ergo ab
eterno p̃deſtinauit q̃ſdã futuros bonos et
beatos. i. elegit vt eſſent boni ⁊ beati. ⁊ bo-
na eis p̃deſtinauit. i. p̃parauit. Prouiden

De q̃bus prouidentia.

tia aũt eſt gubernandoꝝ. que vtiq̃ eodẽ
mõ videt̃ accipi quo diſpoſitio. Interdũ
tamen ꝓuidentia accipit̃ ꝓ p̃ſcientia. Sa-
pientia ꝟo vel ſcientia que de omnib⁹ eſt

De ſapia vel ſcia. ⁊ de quibus

ſcʒ bonis ⁊ mal'. ⁊ de p̃ſentibus p̃teritis et
futuris. ⁊ non tm̃ de tp̃alibus: ꝟ etiam de
eternis. Non eñ ita ſcit deus iſta tp̃alia:
vt ſeipm̃ neſciat. ſed ip̃e ſolus ſeipm̃ perfe-
cte nouit. cuius ſcie ꝯpatiõe oĩs creatu
re ſcia imp̃fecta eſt.

## Vtrũ ſcia vl' p̃ſcia vel diſpoſitio. vl' p̃deſtinatio potuerit eſſe i deo. ſi nulla fuiſſent futura. b

Hic cõſiderari op-
tet: vtrũ ſcia vel p̃ſcia vel diſpoſitio vel p̃-
deſtinatio potuerit eſſe in deo ſi nulla fuiſ-
ſent futura? Cũ eñ p̃ſcia ſit futuroꝝ ⁊ diſ-
poſitio faciendoꝝ. ⁊ p̃deſtinatio ſaluãdo
rum. ſi nulla eſſent futura. ſi nihil eẽt factu
rus deus. vel aliq̃s ſaluaturus. non videt̃
potuiſſe in deo eſſe p̃ſcientia vel diſpoſitio
vel p̃deſtinatio. Potuit aũt de⁹ nulla p̃ſci
re futura. potuit non creare aliq̃d vel non
ſaluare aliquos. Potuit ergo in deo nõ eſſe p̃
ſcientia vel diſpoſitio vel p̃deſtinatio. Ad

Oppoſitõ

hoc aũt ita a quibuſdam opponit̃. Si in-
quiunt potuit p̃ſcientia dei non eſſe in deo
ab eterno. ⁊ potuit non eſſe. Si ꝟo potuit
non eſſe cum p̃ſcientia dei ſit eius ſcia. ⁊ ſci
entia ſit eius eſſentia. Potuit ergo non eſſe ab
eterno: id quod eſt diuina eſſentia. Ita et
de diſpoſitione ⁊ p̃deſtinatione que eſt di-
uina eſſentia obijciunt. Addunt quoq̃ et
alia ita loquentes. Si potuit deus nõ p̃ſci
re aliqua: cũ idem ſit deo p̃ſcire quod ſcire
⁊ ſcire qđ eſſe. potuit ergo non eſſe. Item.
Cũ idem ſit deũ p̃ſcium eſſe: ⁊ deum eſſe. ſi
potuit non eſſe p̃ſcius. potuit nõ eſſe deus.
Potuit aũt non eſſe p̃ſcius: ſi potuit nulla
p̃ſcire. At potuit nulla p̃ſcire. quia potuit
nulla facere.

## Rñſio ꝙ p̃ſcia et diſpoſitio et pre-deſtinatio quaſi relatiue dicũt̃ ad futuras res vel faciendas. c

Ad hoc iuxta mo-
dulũ noſtre intelligẽtie ita dicimus. Pre-
ſcientia ⁊ diſpoſitio vel p̃deſtinatio ad ali-
quid dici videt̃. Sicut eñ creator ad crea
turam relatiue dicit̃. ita p̃ſcia vel preſcius
ad futura referri videt̃. ⁊ diſpoſitio ad faci
enda. ac p̃deſtinatio ad ſaluanda. Verũta
men creator ita relatiue dicit̃: vt eſſentiam
non ſignificet. Preſcientia ꝟo vel preſci⁹.
⁊ in reſpectu futuroꝝ dicit̃. ⁊ eſſentiã de-
ſignat. Ita etiam diſpoſitio ⁊ p̃deſtinatio
Ideoq̃ cum dicit̃. Si nulla eſſent futura:
non eſſet in deo p̃ſcientia. vel nõ eſſet deus
p̃ſcius. Quia varia eſt ibi cauſa dicendi.
diſtingui oportet rationem dicti. Cum er-
go dicis. Si nulla eſſent futura: non eſſet i
deo p̃ſcientia. vel non eſſet preſcius. Si in
dicendo hanc cauſam attendis. ſ. quia nul
la eſſent ſubiecta eius p̃ſcientie. vnde ipſa
poſſit dici preſcientia vel ip̃e preſcius. qđ
vtrunq̃ dicitur propter futura. verus eſt
intellectus. Sin autem ea ratione id dicis
ꝙ non ſit in eo ſcia qua preſcit futura. vl' ꝙ
ipſe non ſit deus qui eſt futurorum preſci-
us: falſa eſt intelligentia. Similiter ⁊ ille lo
cutiones determinande ſunt. Potuit non

De { Scientia. Preſcientia. Prouidentia. Diſpoſitione. Predeſtinatione. Voluntate. Potentia.

eſſe p̄ſcientia dei. vel potuit non eſſe p̄ſci⁹. ⁊ potuit deus non p̄ſcire aliqua .i. potuit eſſe ꝙ nulla futura ſubiecta eſſent eius ſcie̅tie. ⁊ ita non poſſet dici p̄ſcius vel preſcire vel ſcientia eius preſcia. nō tn̄ eo minus ipſe eſſet: vel eius ſcientia. Sed non poſſet dici p̄ſcius vel preſcire vł preſcientia. ſi eius ſcientie futura nulla forent ſubiecta. Similiter de diſpoſitione ⁊ predeſtinatione vel prouidentia. Hec enim vt dictum eſt ad te̅poralia referuntur. ⁊ de temporalibus tm̄ ſunt.

Q̄ ſcīa dei nō tantū eſt de tpalibus ſed etiam de eternis. d

**Scientia vero vel** ſapientia non tm̄ de tempalibus: ſed etiam de eternis eſt. Ideoq̄ ⁊ ſi nulla fuiſſent futura. eſſet tamen in deo ſcientia eadem que modo eſt. nec minor eſſet q̄ȝ modo. nec maior eſt q̄ȝ eſſet. Sciuit ergo deus ab eterno eternum. ⁊ omne quod futurum erat ⁊ ſciuit immutabiliter. Scit quoq̄ non minus p̄terita ⁊ futura q̄ȝ p̄ſentia. ⁊ ſua eterna ſapientia ⁊ immutabili: ſcit ipſe omnia q̄ ſciūtur. Omnis enim ratio ſuperne ⁊ eterne ſapientie (vt ait Ambroſius) in eo eſt. quia omnem ſapientiā ⁊ eſſentiam capit ſua immenſa ſapientia.

Quare omnia dicant̄ eſſe in deo et quod factuȝ eſt. habet vitā eſſe in eo. e

noſtra ſcientia illi ſciẽtie dei diſſimilis eſt. ſic ⁊ noſtrũ v̾bum qđ naſcit̾ de ſciẽtia noſtra: diſſimile eſt illi v̾bo quod natū eſt de patre ſciẽtia. Ex hac autoritate clare oſtẽditur ſcientiam dei omnino inuariabilem eſſe: ſicut ip̄a eſſentia dei omnino inuariabilis eſt. ⁊ ꝙ pater ⁊ filius cum ſpirituſancto ſimul omnia ſciunt ⁊ vident. Sicut ergo non poteſt augeri vel minui diuina eſſentia. ita nec diuina ſcientia. ⁊ tamen conceditur poſſe ſcire quod nõ ſcit. ⁊ poſſe nõ ſcire quod ſcit. quia poſſet aliquid eſſe ſubiectum eius ſcientie qđ non eſt. ⁊ poſſet nõ eſſe ſubiectũ aliq̄d qđ eſt ſine ꝑmutatione ip̄ius ſcientie.

Oppoſitio an deus poſſit nouiter vel ex tempore ſcire vel p̄ſcire aliquid. b

Hic opponit̾ a quibuſdam ita. Si deus poteſt aliq̄d ſcire vel p̄ſcire qđ nunq̄ ſciuit vel p̄ſciuit. Poteſt ẽ ex tempore aliq̄d ſcire vel p̄ſcire? Ad quod dicimus. Poteſt quidem deus ſcire vel p̄ſcire omne quod poteſt facere. ⁊ põt facere quod nunq̄ fiet. Poteſt ergo ſcire vel p̄ſcire qđ nũq̄ fiet. nec eſt nec fuit. nec illud ſcit vel neſciuit. neq̄ p̄ſcit vel p̄ſciuit q̄ ſcientia eius nõ eſt: niſi de his que ſunt vel fuerunt vel erũt. ⁊ p̄ſcientia non eſt niſi de futuris. Et licet poſſit ſcire vel preſcire qđ nunq̄ eſt vel erit. nõ tñ põt aliq̄d ſcire vel p̄ſcire ex tp̄e. Põt vtiq̄ ſcire vł preſcire qđ nunq̄ eſt nec erit. nec illud ſcitum vel p̄ſcitũ eſt ab eterno. Nec tñ põt incipere ſcire vel preſcire illud. ſed ita põt mõ ſcire vel p̄ſcire: ſicut põt ſciſſe vel preſciſſe ab eterno. Si eñ dicas eum modo poſſe ſcire vel p̄ſcire quod ab eterno non ſciuit vel p̄ſciuit. id eſt ita quod ab eterno non ſciuerit vel p̄ſciuerit quaſi vtrũq̄ ſimul eſſe poſſit: falſum eſt. Si v̾o dicas eum poſſe mõ ſcire vel preſcire quod ab eterno non ſciuit vł p̄ſciuit i. habere potentiam ſciendi vel p̄ſciendi ab eterno ⁊ modo aliquid. nec tamen illud p̄ſcitũ eſt vel futurũ. verũ eſt. Nõ poteſt ergo nouit̾ vel ex tempe ſcire vel p̄ſcire aliquid. ſicut non põt nouiter vł ex tempe velle aliquid. ⁊ tñ poteſt velle quod nũq̄ voluit.

Utrum deus poſſit ſcire plura q̄ ſcit. c

Item a quibuſdã dicit̾ deus poſſe plura ſcire q̄ ſciat. q̄ põt ſcire omnia que ſcit. ⁊ poteſt aliqua facere que nunq̄ erunt. ⁊ illa poteſt ſcire. non eñ aliqua incognita facere poteſt. Si v̾o omnia eſſent que modo ſunt. ⁊ alia quedam faceret que non ſunt nec erunt. ⁊ illa omia ſciret. Procerto plura ſciret q̄ mõ ſciat. nec tñ eius ſcientia augeri põt. q̄ hoc totũ fieri poſſet ſine mutabilitate ſcie. Cõſtat ẽ dei ſciam omnino eſſe immutabilẽ. nec augeri poſſe vel minui: ſed ei ſubiecta.

Quod videt̾ aduerſum illi ſentẽtie qua ſupra dictũ eſt deũ ſꝑ et ſił ſcire omnia. d

Ei vero quod predictũ eſt. ſ. ꝙ deus omnia ſꝑ videt ⁊ ſimul. videt̾ obuiare qđ ait Hiero. in expoſitiõe Abachuc. Abſurdum eſt inq̄t ab hoc deducere dei maieſtatem: vt ſciat ꝑ momenta ſingula quot culices naſcantur. quotue moriant̾. quota pulicũ ⁊ muſcarũ ſit multitudo. quotue piſces natent in aquis. ⁊ ſimilia. Nõ ſimus tam fatui adulatores dei vt dum ꝓuidentiam eius etiam ad ima retrudimus: in nos ip̄os iniurioſi ſumus. eandem irrationabiliũ ⁊ rationabiliũ ꝓuidentiã eſſe dicentes. Hic videt̾ dicere Hieroñ. ꝙ deus illorũ minimorũ ſcientiã ſiue ꝓuidentiam non habeat. quod ſi hoc eſt. tunc non omnia ſimul ſcit ⁊ ſemꝑ. Ex tali itaq̄ ſenſu illud dictum eſſe nouerim᷒ vt deũ illa alternatim vel particulatim ſcire neget nec ꝑ diuerſa temporũ momenta ſic illa cognouit. ſicut ꝑ varia momenta illorũ quedam deficiũt. q̄dam incipiũt. Neq̄ illł aliiſq̄ irrationabilibus ita ꝓuidet quẽadmodum rationabilibus. Nunq̄d enim (vt ait aplus) cura eſt deo de bobus. et ſicut non eſt cura deo de bobus. ita nec de aliis irrationabilibus. Dicit tamẽ ſcriptura. q̄ ip̄i eſt cura de oibus. Prouidentiã ẽ ⁊ curã vniuerſaliter de cũctis que condidit habꝫ vt habeat vnũqđq̄ qđ ſibi debet̾ ⁊ conuenit. Sed ſpẽalem ꝓuidentiã atq̄ curã habet de rationabilibus quibus p̄cepta tradidit. eiſq̄ recte viuendi legẽ p̄ſcripſit. ac p̄mia ꝑmiſit. Hanc ꝓuidentiã ⁊ curã de irrationabilibus non habet. Ideo dic̄ aplꝯ q̄ non eſt cura deo de bobus. ꝓuidet tam

Reſpõſio.

Hiero.

Quõ ꝑmiſſa v̾ba Hiero. ſint intelligẽda.

onibus ⁊ curat.i.gubernat om̄ia.qui om̄ibus ſolem ſuuꝫ facit oꝛiri.⁊ pluuiam dat. Scit itaqꝫ deus q̄ta ſit multitudo pulicū culicū ⁊ muſcarū ⁊ piſciū.⁊ quot naſcan̄t quot ve moꝛiantur. ſed non ſcit hoc ꝑ momenta ſingula.imo ſimul ⁊ ſꝑ omnia. Neqꝫ ita ſcit.vt eandē habeat ꝓuidentiã irrationabiliū ⁊ rōnabiliū.id ē.vt eodē penitꝰ modo ꝓuideat irrōnabilibus ⁊ rationabilibus. Rationabilibꝰ eīn ⁊ precepta dedit ⁊ angelos ad cuſtodiã delegauit.

## Breuis ſumma p̄dictoꝛum cum additione quoꝛūdam. e

# Simul itaqꝫ ⁊ immutabiliter ſcit deus om̄ia que fuerunt ⁊ ſunt ⁊ erunt.tam bona q̄ꝫ mala. p̄ſcit q̄ꝫ om̄ia futura tam bona q̄ꝫ mala.

## Iſta eſt diſtinctio triceſimanona

In qua mgr̄ poſtq̄ oſtenſum eſt qualit̄ ſcīa dei ſe habeat cauſaliter reſpectu rerū creatarū: conſequen̄t agit de ipſius ſcientie immutabilitate. Et tria facit. Naꝫ p̄mo inquirit an ſcientia dei poſſit augeri vl̄ minui. Sc̄do inquirit an deus poſſit ſcire quod modo neſcit. Tertio quandam obiectionem ⁊ eius ſolutionem adducit. Primū facit a p̄ncipio diſtinctōis vſqꝫ ibi. Hic opponit̄. Sc̄dm ab inde vſqꝫ ibi. Et ꝟo qḋ p̄dictum eſt. Tertium ꝟo vſqꝫ ad finem diſtinctōis. Et tm̄ de ſententia huius diſtinctionis in generali. In ſpēali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus.quarū p̄ma eſt hec.Deus vnica ⁊ inuariabili ſcientia ſcit ſimul p̄ſentia omnia preterita ⁊ futura. Hanc magiſter ꝓbans querit an ſcientia dei poſſit augeri vel minui. ⁊ ꝑ conſequens mutari. Et arguit ꝙ ſic. Nam deus poteſt hodie aliquid ſcire qḋ nū q̄ ante ſciuit.ſ.aliquem legere vel moꝛi. qui nunq̄ ante legit vel moꝛiebat̄. ⁊ ꝑ conſequens eius ſcientia poteſt augeri vel minui. Similiter ſcit hodie aliquid quod nunq̄ poſtea ſciet. quia ſcit hodie aliquē legere quem nunq̄ poſt hoc ſciet legere.ergo ſcientia eius pōt minui. ⁊ ꝑ conſequens mutari. Reſpōdet mgr̄ ad hoc ſcientiam dei omnino eſſe immutabilem. Cuius ratio eſt quia ſcientia dei nihil aliud eſt: q̄ diuina eſſentia que variari non pōt.ergo ſcientia dei etiam variari non poteſt. Attñ aliq̄d poteſt eſſe ſubiectum ſcīe dei quod p̄us non fuit ei ſubiectum. quia non fuit. Et poteſt eſſe iam aliq̄d ſubiectū ſciētie dei quod poſtea non erit ſibi ſubiectū. eo ꝙ poſtea non erit. Ex hoc non ſequit̄ aliqua augmentatio vel diminutio ſeu variatio fieri in ſcientia. cū ſic deꝰ poteſt ſcire que neſcit.⁊ neſcire que ſcit. Secūda ꝓpoſitio eſt hec.Deus ſcientia viſionis. licet nō ex tempꝛe poteſt ſcire plura q̄ ſcit atqꝫ pauciora. Hanc magiſter ꝓbans ſic arguit. Si aliquid poteſt eē ſubiectum diuine ſcientie quod prius non fuit ſibi ſubiectum.ergo deus poteſt aliquid ſcire de nouo ex tempoꝛe. Ad qḋ magiſter reſpondens dicit deum poſſe ſcire quod neſcit. ⁊ quod non vult poteſt velle abſqꝫ mutatione facta in ip̄o. Et addit ꝙ iſte ꝓpoſitiones deus poteſt ſcire quod neſcit ⁊ conſimiles pñt intelligi vl̄ ꝯiunctim vl̄ diuiſim. Cōiunctim intellecte ſūt falſe. Nam iſta.deus poteſt ſcire quod neſcit. ſic intellecta.deſignat deum aliquid poſſe ſcire quod nūc non ſcit vel ante non ſciuit. Diuiſim ꝟo intellecte ſūt vere.vnde iſta. Deus poteſt ſcire quod neſcit. in iſto ſenſu ſumpta eſt vera.quia deſignat deū libertateꝫ ⁊ potentiam habere omnia ſciendi vel non ſciendi. ſicut habuit ab eterno.⁊ hoc loquēdo de ſcientia approbationis.ſm̄ quã oēs res ſunt ſcibiles ⁊ nō ſcibiles. Poſtea dicit ſm̄ opinionē quoꝛūdam dicentium ꝙ deus poteſt plura ſcire q̄ ſcit ⁊ econuerſo pauciora pōt ſcire q̄ ſcit.ſaltem ſm̄ ſcientiã viſionis. Nam deus pōt multa facere que nunq̄ facturus eſt. et ſi illa faceret:plura q̄ ſcit ſcientia viſionis ſciret. Silr̄ multa que facit poſſet nō facere.q̄ ſi nō faceret pauciora q̄ ſcit ſciret ſcientia viſionis. Sed illud nō habet veritatem de ſcientia ſimplicis intelligentie.quarum differentia patebit in concluſione. Tertia propoſitio eſt hec. Dei ſimplici ꝓuidentia gubernantur ſimul oēs creature. Hanc mgr̄ ꝓbans ꝓponit quãdam autoꝛitatem.b. Hiero.ſuꝑ Abacuc.in q̃ vidꝛ dicere ꝙ deus non ſcit omnia ⁊ ꝙ ſua ꝓuidentia nō ſit omniū. Et reſpondet magiſter ꝙ beatus Hiero. non vult dicere ꝙ deus aliq̄d neſciat. ſed ꝙ ſua ſciētia non mutat̄ ꝑ tempoꝛū momenta. ⁊ qḋ non equaliter ꝓuideat rationabilibus ⁊ irrationabilibus.qꝛ rationalia oꝛdinat ad vitam eternam. bruta ꝟo nō. Et tm̄ in ſpēali.

## Quid ſit p̄deſtinatio et in quo diffaccording a p̄ſcientia. a

# Predeſtinatio

ꝟo de bonis ſalutaribus eſt. et de hominibus ſaluandis. vt eniꝫ ait. Augꝰ.in li.de p̄deſtinatione ſanctoꝛū. Predeſtinatio eſt gratie p̄paratio.q̄ ſine p̄ſcientia eſſe non poteſt. Poteſt aūt ſine predeſtinatione eſſe p̄ſcientia. Predeſtinatiōe quippe deus ea p̄ſciuit que fuerat ip̄e facturus. ſed p̄ſciuit ea deus etiam que non eſt ip̄e facturus.i.om̄ia mala. Predeſtinauit eos quos elegit. reliquos ꝟo reprobauit. id eſt ad moꝛtem eternam preſciuit peccaturos.

## An aliquis p̄deſtinatoꝛum poſſit damnari vl̄ reproboꝛū ſaluari. b

# Predeſtinatoꝛum

nullus videt̄ poſſe damnari. nec reproboꝛum aliquis poſſe ſaluari. Vñ Augꝰ. i li. de coꝛrectione ⁊ gr̄a. In Apocal̄.inq̄t dicitur. Tene qḋ habes:ne alius accipiat coꝛonam tuam. Si alius nō eſt accepturus niſi iſte ꝑdiderit:certus eſt electoꝝ numrus.i. nō pōt augeri vel minui. Ad hoc aūt obijciunt q̄dam nitētes ꝓbare numeꝝ electoꝛum poſſe augeri ⁊ minui ſic. Poſſet deus non apponere gr̄am quibus apponit. ⁊ poſſet ſubtrahere quibꝰ nō ſubtrahit. quod ſi

Auguſti.

Oppoſitō

faceret vtiq̄ damnarent̄. Poſſent ḡ damnari iſti qui tn̄ ſaluabunt̄. Poſſet itaq̄ minui electoꝝ numerus. Ita etiam poſſet augeri. qꝛ poſſet apponi gr̄a q̄bus non apponitur ꝑ quā ſaluarent̄. Poſſent ḡ ſaluari habita gr̄a. qui tn̄ ſine ea damnabunt̄. poſſet itaq̄ augeri numerus electoꝝ. Quib⁹ reſpondemus ex ea ratione dictū eſſe. ⁊ verū eſſe numerū electoꝝ non poſſe augeri vel minui. qꝛ nō pōt vtrūq̄ ſimul eſſe. ſ. vt aliquis ſaluet̄ ⁊ nō ſit p̄deſtinatus. vel vt aliquis p̄deſtinatus ſit ⁊ damnet̄. Intelligētia em̄ conditionis implicite veritatem facit in dicto: ⁊ impoſſibilitatem in vero. Si ꝟo ſimplicit̄ intelligat̄. impoſſibilitas non admittit̄. vt cum dicit̄. p̄deſtinatus poteſt vl̄ non poteſt damnari. ⁊ reprobus poteſt ſaluari. In his em̄ ⁊ hmōi locutionib⁹ ex rōe dicti dijudicanda eſt ſententia dictiōis Alia nanq̄ fit intelligentia. ſi ꝑ coniūctionem hec accipiant̄ dicta. atq̄ alia ſi ꝑ diſiūctionem. vt ſupra cū de p̄ſcientia agebat̄ p̄taxatum eſt. Si em̄ cum dicis p̄deſtinat⁹ non pōt damnari intelligas ita. i. nō pōt eē vt p̄deſtinat⁹ ſit ⁊ damnet̄. verū dicis. q̄a coniūctim intelligis. falſum aūt ſi diſiūcti vt ſi intelligas iſtū non poſſe dānari quē dico p̄deſtinatum. potuit em̄ nō eſſe predeſtinatus. ⁊ ita damnaret̄.

*Margin:* Reſpōſio.

## Quō adhuc inſtant queſtioni. c

Verūtamē adhuc inſtant. ⁊ ſm̄ coniūctionē argumentando ita ꝓcedunt. Nō em̄ inquiūt pōt eſſe vt aliquis p̄deſtinat⁹ ſit ⁊ damnet̄. Utrūq̄ iſtorum ſimul eſſe nō pōt. ſed alterum hoꝝ nō pōt nō eſſe. ſ. q̄n iſte ſit p̄deſtinat⁹. ab eterno em̄ p̄deſtinatus eſt. ⁊ nō pōt mō non eē p̄deſtinatus. Cum ḡ impoſſibile ſit ſimul vtrūq̄ eſſe. ⁊ impoſſibile ſit alterū non eſſe videt̄ non poſſe alterū eſſe. ſ. vt damnetur. Quod ſi eſt. ḡ non pōt eſſe. vt non ſaluetur

In hui⁹ queſtionis ſolutōe mallē alios audire q̄ꝫ docere. Dicim⁹ tn̄ de p̄ſcientia ſil'em poſſe moueri queſtionem. Ideoq̄ tā hic q̄ꝫ ibi vnā facimus reſpōſionē dicētes determinandū fore illud cui innitit̄ tota h̄ queſtio. ſ. impoſſibile eſt alterū iſtoꝝ non eſſe. ſ. q̄n iſte mō ſit p̄deſtinatus. ab eterno em̄ iſte p̄deſtinatus eſt. Diſtinguendū em̄ eſt cū ait. Iſte nō pōt mō nō eſſe p̄deſtinatus. vel nō pōt mō eſſe q̄n ſit p̄deſtinatus. hoc em̄ coniunctim vel diſiunctim intelligi pōt. Nō em̄ pōt eſſe vt ab eterno ſit p̄deſtinatus. ⁊ mō non ſit p̄deſtinatus. nec poteſt eſſe ſimul vt ſit p̄deſtinatus. ⁊ nō ſit p̄deſtinat⁹. ſed tn̄ potuit eſſe ab eterno ꝙ nō eſſet p̄deſtioatus. ſi potuit ab eterno nō eē p̄deſtinatus. Et ſic ab eterno de⁹ potuit eū nō p̄deſtinare. ita ꝯcedit̄ a q̄buſdā ꝙ ⁊ mō pōt deus eū non p̄deſtinaſſe. ab eterno ergo pōt deus nō p̄deſtinaſſe eum. ḡ pōt iſte nō fuiſſe p̄deſtinatus. Si ꝟo nō fuiſſet p̄deſtinat⁹ nec modo eſſet p̄deſtinat⁹. ḡ mō pōt non eſſe p̄deſtinatus. Ita ⁊ de p̄ſcientia ⁊ de p̄ſcitis dicunt. qđ in actionib⁹ vel in opationibus dei ⁊ hoīm nullaten⁹ concedūt. Ex quo em̄ aliquid factum eſt vl̄ dictum nō cōcedunt ꝙ poſſit non eſſe vel nō fuiſſe. imo impoſſibile eſt nō eſſe vl̄ nō fuiſſe qđ factū eſt vel dictū. referentes poſſibilitatem vel impoſſibilitatē ad naturam rei exiſtentis. Cū ꝟo de p̄ſcientia vel de predeſtinatione dei agit̄. poſſibilitas vel impoſſibilitas ad potentiā dei refert̄. q̄ ſꝑ eadem fuit ⁊ eſt. qꝛ p̄deſtinatio. p̄ſciētia. potētia. vnū in deo eſt.

*Margin:* Solutio in q̄ vellet magis alios audire: q̄ docere

## Quid ſit reprobatio dei. et in quibus conſideret̄. et quis ſit predeſtinationis effectus. d

Cumqꝫ predeſtinatio ſit gr̄e p̄paratio. i. diuia electio q̄ elegit quos voluit an̄ mūdi ꝯſtitutionem. vt ait apl's. Reprobatio econuerſo intelligēda ē p̄ſcientia iniquitatis quorundam ⁊ p̄paratio damnatiōis eorūdem. Sicut em̄ p̄deſtinationis effect⁹ illa gr̄a eſt. q̄ in p̄ſenti iuſtificamur atq̄ ad recte viuendū ⁊ in bono ꝑſeuerandum adiuuamur ⁊ illa q̄ in futuro beatificamur. Ita reprobatio dei q̄ ab eterno nō eligendo q̄ſdam reprobauit. ſm̄ duo conſiderat̄. quoꝝ alteꝝ p̄ſcit ⁊ non p̄parat. i. iniq̄tatem. alterū p̄ſcit ⁊ p̄parat. ſ. eternam penā. Un̄ Aug⁹. ad ꝓſperū ⁊ Hilarium. Hec inq̄t regula incōcuſſe tenēda eſt: peccatores in peccatis p̄ſcitos eſſe non p̄paratos. penam aūt eſſe p̄paratam. Preparauit em̄ deus (vt ait Aug⁹. in li. de bono perſeuerantie) in p̄ſcientia ſua quibus voluit bona ſua'. ⁊ quibuſcūq̄ donat proculdubio ſe donaturum eſſe preſciuit. Preparauit etiam deus (vt ait Fulgentius) malis ignem eternum. illis vtiq̄ quos iuſte preparauit ad luenda ſupplicia. nec tamen preparauit ad facienda peccata. Pre

*Margin:* Hic dicit q̄d ſit p̄deſtinationis effectus

*Margin:* Hic ſm̄ q̄ conſideret̄ reprobatio.

*Margin:* Auguſti.

*Margin:* Fulgenti⁹

parauit eñ deus quod diuīa equitas redderet. non qḋ humana iniquitas admitteret. Non eñ ſicut p̄parauit ſanctos ad iuſticiaꝫ ꝑcipiendā. ſic p̄parauit iniq̄s ad iniuſticiam amittendam. q꞉ prauitatis preparatoꝛ nunq̄ꝫ fuit. Sicut ergo predeſtinatio dei ꝓprie eſt p̄ſcientia ⁊ p̄paratio beneficioꝛum dei: quibus certiſſime liberanť q̄cunqꝫ liberanť. ita reprobatio dei eſt p̄ſcientia malicie in quibuſdam non finiende. ⁊ p̄paratio pene non terminande. Et ſicut p̄deſtinationis effectus eſt gratie appoſitio. ita reprobationis eterne quodāmodo effectus eſſe videtur obduratio. Nec obdurat deus (vt ait Auguſtinus ad Sixtum) impartiendo maliciam. ſed non impartiendo gratiam: ſicut nec digni ſunt. Quibꝰ enim non impartiť. nec digni ſunt nec merētur. potius vt non impartiať: hoc digni ſunt: hoc merenť. Unde apoſtolus ait. Cuius vult misereť deus: ⁊ quem vult indurat. miſericoꝛdiā appellans p̄deſtinationem: et precipue predeſtinationis effectum. i. gratie appoſitionem. obdurationem vo gratie p̄uationem. Non enim (vt ait Auguſtinꝰ ad Simplicianum) intelligēdū eſt ꝙ deus ita induret. quaſi quenq̄ꝫ peccare cogat. ſꝫ tamen quibuſdam peccatoribus miſericoꝛdiam iuſtificationis ſue non largiť. et ob h̄ eos indurare diciť. quia non eoꝛū misereť. non q꞉ impellit vt peccent. Eoꝛū autē non misereť. quibus gratiā non eſſe p̄bendam equitate occultiſſima ⁊ ab humanis ſenſibus remotiſſima iudicat. quā non apit: ſed mirať apl's dicens. O altitudo diuitiaruꝫ ſapie ⁊ ſcientie dei.

Aug⁹. in lib. de bono perſeuerantie

Obduratio quō effectꝰ ſit reprobatiōis Aug. quō di caťdeꝰ obdurare.

Iſta eſt diſtinctio. xl. huiꝰ primi libri. In qua magiſter poſtq̄ agit de ſcientia dei in generali. Hic incipit agere de q̄dam eius ſpecie. ſ. de p̄deſtinatione in ſpēali. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo oſtendit q̄d ſit p̄deſtinatio. Scd̄o ſubdit comparationem p̄deſtinationis ⁊ p̄deſtinatoꝛū. Tertio ſubiungit quis ſit effectus tam p̄deſtinationis q̄ reprobationis. Primum facit a p̄ncipio huius diſtinctionis vſqꝫ ibi. Predeſtinatoꝛum nullus vid꞉ poſſe damnari. Secundū ab inde vſqꝫ ibi. Cūqꝫ p̄deſtinatio. Tertium vo vſqꝫ ad finem diſtinctōnis. Et tantum in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat ī tribus ꝓpoſitionibus. quarum p̄ma eſt hec. Diuīa p̄deſtinatio eſt tam gratie q̄ glorie p̄paratio. Hanc magiſť ꝓbat autoꝛitate beati Auguſtini. qua etiaꝫ oſtendit quomō p̄deſtinatio ſe habeat ad p̄ſcientiaꝫ dicens. ꝙ p̄deſtinatio preſupponit p̄ſcientiam. ſed non econuerſo. Cuius ratio eſt. quia deus nihil predeſtinauit niſi quod ip̄e ſcit eſſe facturū. igiť omnis predeſtinatio p̄ſupponit p̄ſcientiam. ſed non econuerſo. omne qḋ deus p̄ſcit eſt facturus. quia omnia mala p̄ſcit. tñ nunq̄ eſt ea facturus. igiť non om̄is p̄ſcientia eſt p̄deſtinatio. ſed magis ecōuerſo. Et ſubdit p̄deſtinationem eſſe ſolum reſpectu ſaluandoꝛuꝫ p̄ſcientiā vo eſſe reſpectu reprobandoꝝ ſeu damnādoꝛum. Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Numerus p̄deſtinatoꝛum non poteſt augeri vel minui. Hanc mgr̄ probans dicit numerū p̄deſtinatoꝛū eſſe ideo certuꝫ. q꞉ nullus damnandus poteſt ſaluari. neqꝫ quicūqꝫ predeſtinatus poteſt damnari. quod ꝓbat autoꝛitate beati Auguſtini. Deinde obijcit contra predicta ſic Deus pōt dare grām illis quibus nō dat. ⁊ ſubtrahere illis quibus dat. q꞉ alr̄s nō eſſet liber. ergo vid꞉ ꝙ numerus p̄deſtinatoꝛū augeri poſſit vel minui. et ꝑ ꝯſequens nō ē certus. Ad quod mgr̄ reſpondens dicit ꝙ iſte ꝓpoſitiones. p̄deſtinatus poteſt damnari. preſcitus poteſt ſaluari. ⁊ alie conſiľes ꝓpoſitiones poſſunt intelligi coniunctim vel diuiſim. coniunctim ſi intelliganť. tunc ſunt falſe. quia deſignant illum poſſe ſaluari quem deus p̄uidit damnandum. que nunq̄ poſſunt ſimul ſtare cum ratione certitudinis diuine ꝓuidentie. Si intelliganť diuiſim. vľ ſi predeſtinatus conſidereť non vt p̄deſtinatus. ſed vt hic homo abſolute: ⁊ ſic omnes tales ſunt vere. q꞉ nihil aliud denotant niſi ꝙ talis homo poſſit damnari ⁊ talis ſaluari. quod verū eſt quocūqꝫ homine denotato. eo ꝙ q̄libet inq̄tum in ſe eſt nō magis ſe habeat ad vnū q̄ ad reliquū. Illud conſequenť magis declarat dicens. ꝙ p̄deſtinatus inq̄tum p̄deſtinatꝰ nūq̄ poteſt damnari. ⁊ p̄ſcitus inq̄tum p̄ſcitus nunq̄ poteſt ſaluari. Unde hoc additum eſt inquantū propoſitionem veram facit impoſſibilem. ⁊ falſam reddit veram. Poſtea obijcit. Si predeſtinatus inq̄tuꝫ predeſtinatus non poſſit damnari. igiť cum quilibet p̄deſtinatꝰ non poſſit nō eſſe p̄deſtinatus. videť certe ꝙ nullo mō ꝯcedendū ſit p̄deſtinatū poſſe damnari. Ad qḋ reſpondens mgr̄ dicit ꝙ p̄deſtinatus nō pōt nō eſſe p̄deſtinatus. Hec coniūctim intellecta ē vera. q꞉ eius ſenſus eſt ꝙ ille q̄ ab eterno eſt p̄deſtinatus. poſtea nō pōt nō eſſe p̄deſtinatus. Cuius oppoſito dato ſequereť ſcientie diuine mutatio. Sꝫ diuiſim ip̄am intelligendo eſt falſa. quia deſignat ꝙ p̄deſtinatū quem deus ab eterno potuit non p̄deſtinare iam nō poſſet nō p̄deſtinare. quod eſt falſum. q̄a cum actus diuinus nō tranſeat in p̄teritū. Id̄o ſicut quemlibet p̄deſtinatum potuit ab eterno non p̄deſtinare. ita pōt quemlibet mō p̄deſtinatū nō p̄deſtinare. ſed in actibus hominū qui tranſeūt in p̄teritū taľ diſtinctio locum non habet. Tertia propoſitio ē hec Effectus predeſtinationis eſt ſaluatio. ⁊ reprobationis damnatio. Hanc ꝓbat mgr̄ diuerſis ſanctoꝛuꝫ autoꝛitatibus. que patent in lr̄a. Et tantum in ſpeciali.

## Utrū aliquod ſit meritum obdurationis et miſericoꝛdie. a

Si aūt querimus meritū obduratōnis ⁊ miſericoꝛdie. obdurationis meritū inuenimus. miſericoꝛdie aūt meritū nō inuenimus. q꞉ nullū ē miſericoꝛdie meritū. ne grā vacueť ſi nō ḡtis donetur. ſꝫ meritis reddiť. Misereť itaqꝫ ſm grām q̄ ḡtis dať. obdurat aūt ſm iudiciuꝫ qḋ meritis reddiť. Unde dať intelligi. vt

Hic ſummati colligit predicta vt addat alia.

ſicut reprobatio dei eſt nolle miſereri. ita ob
duratio dei ſit nō miſereri. vt non ab illo ir=
rogetur aliquid quo ſit homo deterior. ſed
tm̄ quo ſit melior nō erogetur. Ex his aperte
oñdit quid miſcdiam. q̄d obdurationē3 in
tellexerit apl's. ꝛ quia miſcdia nullū aduo=
cat meritū. obduratio vo non eſt ſine meri
to ꝛ miſericordie verbo. hic accipit prede
ſtinatio. ꝛ p̄cipue p̄deſtinationis effectus.
obdurationis vo non ip̄a dei eterna repro
batio. quia eius nullum eſt meritū. ſed gra
tie priuatio ſiue ſubtractio. que quodam=
modo eſt reprobationis effectus. Accipit
tm̄ aliquādo reprobatio ꝓ obduratiōe. ſic
ꝛ p̄deſtinatio ꝓ ſuo effectu. qui eſt grā ap=
poſita. Grā em̄ que apponit effectus eſt p̄=
deſtinationis. Cum ergo gratie que appo=
nitur homi ad iuſtificationē nulla ſint me=
rita. multominus ꝛ ip̄ius p̄deſtinationis.

Exemplū ponit de iacob ꝛ eſau dicēs, ꝙ nec illum elegit nec illū reprobauit de9 ꝓ meritis

qua ab eterno elegit deus quos voluit. ali
qua poſſunt exiſtere merita. Ita nec repro
bationis qua ab eterno q̄ſdam p̄ſciuit futu
ros malos ꝛ damnandos. ſicut elegit Ja=
cob. ꝛ reprobauit Eſau. qd̄ non fuit ꝓ me=
ritis eorū q̄ tunc haberēt. q2 nulla habebāt
qm̄ nec ip̄i exiſtebāt. nec ꝓpter futura me=
rita q̄ ꝓuideret. vt vel illū elegit vel illū re=
probauit.

## Opinio quorūdam in qua fuit aliqn̄ Auguſtinus. ſed poſtea retractauit. b

Opinati ſūt tamē
q̄dam deū ideo elegiſſe Jacob. q2 talem fu

Aug9. in lib. retrac.

turū p̄ſciuit. q̄ in eu3 crederet ꝛ ei ſeruiret.
qd̄ aliqn̄ Aug9. ſe ſenſiſſe dicit in li. retrac.
vbi apte oſtendit ꝙ ſi ꝓpter futura merita
electus eſſet. iam non ex gratia eſſ3 electio.
Non ḡ ideo electus eſt a deo. q2 talis futu=
rus erat. ſed ex electione talis eſt factus ita
dicens. Diſputans quid elegerit deus in
nondū nato. cui dixit ſeruiturū eſſe maiorē.
ꝛ quid in eodem maiore ſimiliter nondum
nato reprobauerit; Ad hoc pduxi ratioci=
nationem vt dicerē. Nō ḡ elegit de9 opera
cuiuſq̄ in p̄ſcia que ip̄e daturus eſt. ſed fi=
dem elegit in p̄ſcientia. ꝛ quē ſibi crediturū
eſſe p̄ſciuit. ip̄m elegit cui ſpm̄ſanctum da=
ret. vt bona opando etiā eternā vitā cōſeq

Explanat ſēntentiā predictorū vborū

retur. Ecce hic apte dicit non ꝓpt opa
cum elegiſſe. ſed ꝓpter fide3 qua eū p̄uidit
crediturū. ſed q2 ꝛ in fide meritū eſt ſicuti ꝛ
in opibus. hoc retractauit dicens. Nōdu3
diligentius queſiuerā nec adhuc inuenerā
qualis ſit electio gratie. de qua dicit apl's.
Reliquie ꝑ electionē grē ſalue fient. q̄ vtiq3
non ex gratia ſi ex meritis ꝓcedit. vt iā qd̄
dat. non ſm̄ gratiam: ſ3 ſm̄ debitū ſibi red
datur potius cum meritis: q3 donet. Per
inde quod continue dixi. Dicit enim idem
apl'us. Idem deus qui opatur oīa in omi=
bus. Nuſq̄ aūt dictum eſt. De9 credit om
nia in oībus. ac deinde ſubiunxi. Qd̄ ergo
credimus nr̄m eſt. qd̄ vo bonum opamur
illius eſt q̄ credentibus dat ſpm̄ſanctu3. ꝑ
fecto non dicerē ſi iam ſcirem etiam ip̄am fi
dem inter dei munera repiri que dantur in
eodem ſpū. Utrunq3 ergo nr̄m eſt ꝓpt ar=
bitrium volūtatis. ꝛ vtrūq3 datū eſt ꝑ ſpi=

Retractatio.

ritum fidei ꝛ caritatis. Et ꝙ paulopoſt di=
xi. Noſtrū em̄ eſt eum credere ꝛ velle. Il=
lius aūt dare credentibus ꝛ volentibus fa
cultatem bene opandi ꝑ ſpūmſanctu3. per
quem charitas dei diffundit in cordib9 no
ſtris. Uerū eſt q̄dem. ſ3 eade3 regula eſt: et
vtrūq3 ip̄ius eſt. q2 ip̄e p̄parat voluntate3
ꝛ vtrūq3 nr̄m. q2 non fit niſi volentib9 no=
bis. ergo ꝛ meritū fidei de miſcdia dei venit
Non ergo propter fidem vel aliqua meri=
ta elegit deus aliquos ab eterno. vel appo=
ſuit gratiam iuſtificationis in tempore: ſed
gratuita bonitate ſua elegit vt boni eſſent.

Auguſti.

Unde Aug9. in li. de predeſti. ſan. Non q2
futuros nos tales eſſe preſciuit ideo elegit:
ſed vt eſſemus tales per ip̄a3 electionē gra
tie ſue. qua gratificauit nos in dilecto filio
ſuo.

## Hic videt cōtrariū quod alibi ait Auguſtinus. c

His tamen aduer=
ſari videt qd̄ dicit Aug9. ſup Malachiā

Auguſti.

ꝓphetam: vbi ſcriptum eſt. Jacob dilexi.
Eſau aūt odio habui. Cui vult iuq̄t miſe=
ret de9. ꝛ quē vult indurat. ſed h̄ volūtas
dei iniuſta eſſe nō pōt. Uenit em̄ de occul=
tiſſimis meritis. q2 ꝛ ip̄i pctōres cum ꝓpt
generale peccatū vnam maſſam fecerūt. tm̄
nonnulla inter eos diuerſitas. Precedit ḡ
aliquid in peccatoribus. quo q̄uis nōdu3
ſint iuſtificati. digni efficiant iuſtificatiōe.
Et item p̄cedit in aliis peccatoribus: quo
digni ſunt obtuſione. Ecce hic videt Au
guſti. dicere ꝙ ꝛ ip̄a dei voluntas q̄ alios
elegit alios reprobat ex meritis proueniat
ſed occultiſſimis. i. quod pro meritis alios

voluerit eligere. alios reprobare. ⁊ qd pro
meritis alijs apponit gr̃a iuſtificatõis alijs
Põt dici hoc retractaſſe — nõ. vnde obtundunt̃. Sed qd intelligẽ vo
luerit: ignorat̃: niſi forte hoc dicat̃ intellex
iſſe quod ſupra diximus eum retractaſſe.
Nam ibidem etiã q̃dam alia cõtinue ſbdit
q̃ in li. retrac. apte retractat. qd vtrunqꝫ le
Põt tñ ex tali ſenſu dictũ intelligi — genti patebit. Unde veriſſile eſt in premiſ
ſis etiã h̃ retractaſſe. Quidã tñ ex eo ſen
ſu accipiũt fore dictum. non qꝛ aliq̃s prede
ſtinetur ꝑ meritis vel iuſtificatõis gratiaꝫ
mereat̃. ſed qꝛ aliqui nõ adeo mali ſunt: vt
mereant̃ ſibi gr̃am nõ impartiri. Nullꝰ eñ
dei gr̃am mereri põt ꝑ quam iuſtificatur.
põt tñ mereri vt non apponat̃. vt penitus
abijciat̃. Et quidẽ aliq̃ in tm̃ ꝓfundũ iniq
tatis deuenerũt vt hoc mereant̃. vt hoc di
gni ſint. alij vo ita viuunt. vt ſi non mereã
tur gr̃am iuſtificationis. non tñ merentur
oĩno repelli ⁊ gratiam ſibi ſubtrahi. Ideo
qꝫ dixit in quibuſdam p̃cedere quo digni
ſint iuſtificatiõe. ⁊ i alijs quo digni ſunt ob
tuſione. ſed h̃ friuolum eſt.

**Opinio quorũdam falſa de occultis dei diſſerentiũ carnaliter. D**

## Multi vero de iſto
Aug⁹. de v̈bis apl'. — ꝓfundo querẽtes reddere ratõneꝫ atqꝫ ſm
piecturas cordis ſui inſcrutabilem altitu
dinem iudiciorũ dei cogitare conãtes. i fa
bulas vanitatis abierũt dicẽtes. Qꝫ aĩe ſur
ſum i celo peccant. ⁊ ſm peccata ſua ad cor
pora ꝓ meritis dirigunt̃. ⁊ dignis ſibi q̃ſi
carceribus includunt̃. Ierũt hi tales poſt
cogitatiões ſuas. ⁊ volentes diſputare de
dei ꝓfundo. vſi ſunt in ꝓfundum dicentes
aĩmas in celo ante ꝯuerſatas. ⁊ ibi aliquid
boni vel mali egiſſe. ⁊ ꝓ meritis ad corpo
ra terrena detruſas eſſe. Hoc aũt reſpuit ca
tholica fides ꝓpter euidentẽ apl̃i ſentẽtiaꝫ
qua ait. Cum nondũ nati eſſent. aut aliq̃d
boni vel mali egiſſent ⁊c̃. Melior eſt ergo
fidel̃ ignorantia: q̃ꝫ temeraria ſcia. Elegit g̃
eos quos voluit gratuita miĩcordia. nõ
quia fideles futuri erãt. ſed vt fideles eſſẽt.
eiſqꝫ gratiam dedit. non qꝛ fideles erant: ſ
Aug⁹. in li. retracta. — vt fierent. Ait enim aplꝰs. Miſericordiã
conſecutus ſum. vt fidelis eſſem. nõ ait. q̃a
fidelis eram. Dat̃ quidẽ ⁊ fideli: ſ data eſt
etiam p̃us vt eſſet fidelis. Ita etiam repro
bauit quos voluit. non ꝓpter futura meri
ta q̃ p̃uideret. veritate tñ rectiſſima ⁊ a no
ſtris ſenſibus remota.

**Queſtio.**

## Sed querit̃ vtruꝫ
ſicut dr̃ elegiſſe quoſdam vt boni fierẽt ⁊ fi
deles: ita etiam ꝯcedi debeat reprobaſſe q̃ſ
dam vt mali eſſent ⁊ infideles. ⁊ obdurare
vt peccẽt: Qd nullatenus concedi opoꝛtꝫ. — Reſpõſio.
Nõ eñ reprobatio ita eſt cã mali ſicut pre
deſtinatio eſt cã boni. neqꝫ obduratio ita
facit hoiem malũ: quemadmodũ miſcdia
facit bonũ.

**An ea que ſemel ſcit deꝰ vel p̃ſcit ſp ſciat ⁊ p̃ſciat. et ſemp ſcierit vel p̃ſcierit. F**

## Preterea cõſidera
ri oportet. vtrũ ea oĩa que ſel' ſcit vel p̃ſcit
deus ſp ſciat ⁊ ſcierit. ac p̃ſciat ⁊ preſcierit.
an olim ſcierit vel p̃ſcierit qd mõ nõ ſcit vel
p̃ſcit: De p̃ſcia p̃mo r̃ndemꝰ dicẽtes mlt̃a — De p̃ſcia p̃us r̃ndet dicens deum nõ ſemper preſcire q̃ olim p̃ſciuit.
eũ p̃ſciſſe q̃ mõ nõ p̃ſcit. cũ eñ eius p̃ſcia ñ
ſit niſi de futuris. ex q̃ illa q̃ futura erãt pre
ſentia fiũt vel p̃tereũt. ſub dei p̃ſcia eſſe de
ſinũt. ſub ſcia vo ſp ſunt. Preſciuit g̃ deus
oĩa ab et̃no q̃ futura erãt. neqꝫ p̃ſcire deſi
nit niſi cũ futura eſſe deſinũt. Neqꝫ cũ p̃ſci
re deſinit aliq̃ q̃ añ p̃ſciebat minꝰ ea noſcit
q̃ꝫ añ cõgnoſcebat. Non eñ dr̃ ex defectu
ſcie dei qꝛ aliq̃ p̃ſcierit aliqñ que mõ nõ pre
ſciat. ſ ex rõe v̈bi qd eſt p̃ſcia Preſcire eñ
eſt añ ſcire aliq̃d q̃ꝫ fiat. Ideoqꝫ nõ põt di
ci deus p̃ſcire: niſi ea que futura ſunt.

**Hic de ſcia dicens deum ſp ſcire que ſemel ſcit. G**

## De ſcientia autem
alit̃ dicimꝰ. Scit eñ deꝰ ſp oĩa q̃ aliqñ ſcit
oẽm eñ ſciaꝫ quã aliqñ hꝫ ſp habuit. et hꝫ
⁊ habebit. Ad h̃ aũt opponit̃ ita. Olim ſci — Oppoſitõ
uit hunc hoiem naſciturũ q̃ natꝰ eſt. mõ nõ
ſcit eũ naſciturũ. Sciuit g̃ aliq̃d qd mõ non
ſcit. Itẽ ſciuit mũdũ eſſe creandũ. mõ ñ ſcit
eũ eẽ creandũ. aliq̃d g̃ ſciuit qd mõ nõ ſcit. — Solutio
⁊ alia hmõi infinita dici p̃nt. Sꝫ ad h̃ dici
mus qꝛ idẽ de natiuitate huiꝰ hoĩs ⁊ mũdi
creatiõe nũc etiã ſcit qd ſciebat añ q̃ꝫ fierent
licꝫ tũc ⁊ nũc hãc ſciaꝫ eius diuſis exp̃mi v̈
bis oportet. Nã qd tũc futurꝫ erat: nũc p̃te
ritũ ẽ. Ideoqꝫ v̈ba cõmutãda ſũt ad ip̃m de
ſignãdũ. Sic diuſis tp̃ibꝰ loq̃ntes eadem
dic̃. mõ ꝑ h̃ adũbiũ cras deſignamꝰ dũ ad

huc futura eſt. mõ ꝑ hodie dũ p̄ñs ẽ. mõ ꝑ heri dũ p̄terita eſt. Itaq3 añq̃ crearet mũdus ſciebat de⁹ hũc creandũ. poſtq̃ creatus ẽ ſcit eũ creatũ. nec eſt h̄ ſcire diuerſa: ſ; oı̄no idẽ de creatõe mũdi. Sic antiq̄ p̄res crediderũt xp̄m naſcituꝝ ꝛ morituꝝ. nos aũt credim⁹ eũ natũ ꝛ mortuũ. nec tñ diuſa credim⁹ nos ꝛ illi: ſ; eadem. Tp̄a em̄ (vt ait Aug⁹.) variata ſunt. ꝛ iõ v̄ba ſunt mutata nõ fides. Indubitant̄ g̃ teneam⁹ deu3 ſꝑ oia ſcire que aliqñ ſcit. Auguſti.

Iſta eſt diſtinctio. xlj. hui⁹ primi libri. In qua mgr̄ poſtq̃ egit quid ſit p̄deſtinatio et quis ſit effectus ei⁹. inquirit de cauſa ipſius. Et tria facit. Nam p̄mo ponit ſententiã veritatis Secundo elidit falſitatem. Tertio concludit q̄ nulla mutatio ſit in ſcientia deitatis. Primum facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq3 ibi. Opinati ſunt tñ quidã. Secundum ab inde vſq3 ibi. Preterea conſiderari oportet. Tertium vſq3 ad finem diſtinctiõis. Et tantũ ĩ generali In ſp̄ali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitõib⁹ q̄rum p̄ma ẽ hec. Predeſtinatio nõ cadit ſub merito ſicut obduratio. Hanc mgr̄ ꝓbans dicit q̄ obduratione cadere ſub merito. ibi nõie obduratiõis nõ intelligit ipſam diuinã p̄ſciam que ab eterno eſt. iõ nullam põt habere cauſam. ſed intelligit ꝑ eam ſubtractionẽ vel carentiã gr̄e quam q̄dã ſuis peccatis merent̄: q̄liter non eſt de p̄deſtinatiõe que nec quo ad illud quod in eo eternum eſt. ſ. diuinã electõ3. nec quo ad illud quod in ipſa tempale eſt. ſ. gr̄e appoſitione3 põt mereri. ſaltem intelligendo quo ad p̄mã gr̄am. que ſub ꝓprio merito non exiſtit. Sc̄da propoſitio eſt hec. De⁹ ꝓpter nulla futura merita vl̄ demerita: ſed libere ab eterno elegit vel reprobauit. Hãc mgr̄ ꝓbãs ponit opinionẽ quorũdam: q̄ opinati ſũt q̄ ꝓpter futura merita aliqui p̄deſtinant̄ vel reprobant̄ a deo. Et ad hoc inducit autoritates. b. Auguſtini q̄bus videt̄ dicere q̄ futura fides in Jacob fuit cauſa ſue p̄deſtinatiõis. ſed vt dicit mgr̄ hoc beatus Aug⁹. poſtea retractauit. Et poſtremo addit q̄ reprobatio dei nõ eſt cauſa peccati. ſed p̄deſtinatio ei⁹ eſt cauſa boni. ꝛ in. viij. c. ponit exp̄ſſe ſn̄iam huius ꝓpoſitiõis. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Q2 lic3 de⁹ omnia ſciat que p̄us ſciuit. non tñ p̄ſcit que p̄ſciuit. Hanc ꝓbans mgr̄ querit an ſc̄ia dei poſſit diminui. Et r̄ñdet q̄ p̄ſcientia põt diminui. ſed non ſcientia. Multa em̄ deus p̄ſciuit que mõ nõ p̄ſcit. q2 nõ ſunt futura. ſed quod ſciuit ſcit. Poſtea obijcit in contrarium ſic. De⁹ ſciuit me naſciturũ ꝛ mũdũ creandum ꝛ hoc mõ neſcit. ergo nõ oia q̄ ſciuit ſcit. Et reſpondet q̄ oẽm rem quã deus ſciuit ſcit. Et argumentũ ꝓcedit diuerſimode quo ad modũ ſciendi q̄ ĩportat̄ ꝑ enunciabilia. Et tm̄ in ſp̄ali.

## De omnipotentia dei vbi pri⁹ cõſideratur quare dicatur omnipotens. a

Di. XLII

NUnc de omnipotentia dei agendũ eſt. vbi prima cõſideratio occurrit quõ vere de⁹ dicat̄ oipotens: an q2 oia poſſit. an tm̄ q2 ea poſſit q̄ vult. Q2 em̄ de⁹ oia poſſit: pluribꝰ autoritatibꝰ cõprobat̄. Ait enĩm Aug⁹. in li. q. veteris ac noue legis. Oia q̄dem põt de⁹: ſ; nõ facit niſi qđ couenit veritati ei⁹ ꝛ iuſticie. Idẽ ĩ eodẽ. Potuit deus cũcta facẽ ſil. ſ; rõ ꝓhibuit. i. voluntas. Ratõ3 nẽpe ibi volũtatẽ dei appellauit. q2 dei volũtas rationabil̄ eſt ꝛ equiſſima Fatendum eſt g̃ deum oia poſſe. Auguſti.

## Quõ dicat̄ deus omia poſſe. cu3 nos multa poſſumus que ipſe nõ poteſt. b

Sed queritur quõ oia poſſe dicat̄. cũ nos q̄dam poſſim⁹ que ipſe nõ põt: Nõ põt em̄ ambulare. loqui et hmõi. q̄ a natura diuinitatis ſunt penitus aliena. cũ hoꝝ inſtrumẽta nullaten⁹ habere queat incorpea ꝛ ſimplex ſb̄a. Quib⁹ id rñdendũ arbitror q̄ hmõi actiões ambulatio. ſ. ꝛ locutio ꝛ hmõi a dei potentia aliene non ſunt: ſ; ad ipſam ꝑtinent. Licet enim hmõi actiones in ſe deus habere nõ poſſit non em̄ põt ambulare vel loqui: ꝛ hmõi. eas tñ in creaturis põt opari. facit em̄ vt hõ ãbulet ꝛ loq̄t̄. ꝛ hmõi. Nõ g̃ ꝑ iſtas actiones diuine potẽtie detrahit̄ aliq̄d. q2 et h̄ põt facere omnipotens. Reſpõſio.

## De alijs obijcit̄. c

Sed ſunt alia quedam q̄ deus nullaten⁹ facere põt. vt pctã. Nõ em̄ põt mentiri. nõ põt peccare: ſ; non ideo omipotentie dei in aliquo detrahitur vel derogat̄ ſi peccare nõ poſſe dr̄. q2 non eſſ3 h̄ potẽtie: ſ; infirmitatiſ. Si em̄ h̄ poſſ3 oipotens nõ eſſet. Nõ g̃ impotẽtie: ſ; potẽtie imputãdũ eſt q̄ iſta nõ põt. Vñ aug⁹. in. xv. li. de tri. Mag̃ inq̄t dei potentia eſt nõ poſſe mentiri. Sunt em̄ q̄dã q̄ in alijs rebus potentie deputanda ſunt. in alijs v̄o minime. Et q̄ in alijs laudabilia ſunt. in alijs v̄o rep̄henſibilia ſunt. Nõ g̃ ideo de⁹ min⁹ potẽs eſt q2 peccare nõ põt. cũ omipotens nullatenus poſſit eſſe qui hoc põt. Soluit Auguſti.

## Item de alijs opponit. d

Sunt etiam et alia q̄dã q̄ de⁹ nõ põt. vñ videt̄ nõ oia poſſe. nõ em̄ põt mori vel falli. Vñ Aug⁹. in lib. de ſimbolo. Deus oipotens non põt mori: nõ põt falli. non põt miſer fieri. non põt vinci. Auguſti.

Hec vtiq; ⁊ hmõi abſit vt poſſit oipotens
Si eñ hmõi paſſionib⁹ atq; defectib⁹ ſbij=
ci poſſet. oipotens mĩme foret. Et iõ mon=
ſtrat oipotens. q꞉ ei h̄ ꝓpinquari non va=
lent. põt tñ h̄ in alijs opari.

De omnipotentia dei ſm duo cõſi=
deratur. e

# Hic ergo diligẽter

ꝯſiderantib⁹ oipotentia eius ſm duo appa
ret. ſ. ꝙ oĩa facit que vult. ⁊ nihil oĩno pa=
titur. ſm vtrũq; de⁹ oipotens veriſſime ꝓ=
dicat. q꞉ nec aliq̃d eſt qđ ei ad patiendum
corruptionẽ inferre valeat. nec aliq̃d ad fa
ciendũ impedimentũ afferre. Manifeſtu;
eſt itaq; deũ oĩno nihil poſſe pati ⁊ omnia
facere poſſe. ꝑter ea ſola q̃bus eius digni=
tas lederet. eiuſq; excellẽtie derogaret: in
quo tñ non eſt minus oipotens. Hoc enim
poſſe nõ eſſet poſſe: ſ; non poſſe. Neõ g̃ deũ
oipotentem in aliquo dicere ꝑſumat. q̃ oĩa
põt que poſſe potentie eſt. ⁊ inde vere dici
tur omnipotens.

Quibuſdam autoritatibus tradi
tur ꝙ dicit omnino oipotens. q꞉
põt quicquid vult. f

# Ex quibuſdam ta=

men autoritatib⁹ tradit ideo vere dici omi
potens. q꞉ q̃cq̃d vult põt. Vñ Aug⁹. i en= Auguſti.
chi. Nõ ob aliud veracit vocat oipotens
niſi qm̃ q̃cq̃d vult põt. nec volũtate cuiuſ=
piam creature volũtatis oipotẽtis impe=
ditur effectus. Idẽ in li. de ſpũ ⁊ lra. Non
põt deus facere iniuſta. q꞉ ipẽ eſt ſũma iu
ſticia ⁊ bonitas. Oipotens vo eſt. non ꝙ
poſſit oĩa facere: ſed q꞉ põt efficere quicq̃d
vult. ita vt nihil valeat eius voluntati reſi
ſtere q̃n compleat. aut aliq̃ mõ impedire
eandẽ. Ioh. Chryſ. in omel. q̃dam de ex= Ioh. Chryſ.
poſitiõe ſimboli ait. Oipotens dr̃ deus. q꞉
poſſe illi⁹ nõ põt inuenire nõ poſſe: dicente
ꝓpheta. Oĩa q̃cũq; voluit fecit. Ipẽ eſt g̃
oipotens. vt totũ qđ vult poſſit. Vñ aplꝰs
Ei⁹ inq̃t volũtati q̃s reſiſtit. His autorita
tibus videt oñdi ꝙ de⁹ ex eo tñ dicat omi=
potẽs ꝙ oĩa põt q̃ vult. nõ q꞉ oĩa poſſit.

Determinatio ꝑmiſſarũ autorita=
tum. g

# Sed ad hoc poteſt

dici ꝙ Aug⁹. vbi dicit. Oipotẽs nõ dr̃ ꝙ
oĩa poſſit ⁊c. tam ample ⁊ generaliter acci
pit oĩa. vt etiã mala includeret q̃ deus non
põt: nec vult. Nõ g̃ negauit eũ poſſe oĩa q̃
ꝯuenit ei poſſe. Silr̃ cũ dicit. nõ ob aliđ ve=
racit dr̃ oipotens: niſi qm̃ q̃cq̃d vult põt.
nõ negat eũ poſſe etiã ea q̃ nõ vult: ſed ad=
uerſus illos q̃ dicebant deũ multa velle: q̃
nõ poterat: affirmat eum poſſe quicq̃d vult
Et ex eo vere dici oipotentẽ nõ ob aliđ. q꞉ Quõ intelli=
põt quicq̃d vult. S; caue quõ intelligas. gendũ ſit q̃c=
põt quicq̃d vult. An quicq̃d vult ſe poſſe. q̃d vult
an quicq̃d vult facere. an quicq̃d vult fieri
Sed eñ dicas ideo omipotentẽ vocari. q꞉
põt quicq̃d vult ſe poſſe. ergo ⁊ Petrus ſi
militer oipotens dici põt. vel q̃lib; ſctõru;
beatorũ. q꞉ põt quicq̃d vult ſe poſſe. ⁊ põt
facere q̃cq̃d vult facere. Non eñ vult facẽ
niſi qđ facit. nec poſſe niſi qđ põt: ſ; non po
teſt facere quicquid vult fieri. Vult eñ ſal
uos fieri q̃ ſaluandi ſunt. verũtñ eos ſalua
re non valet. Deus autem quicq̃d vult fie
ri poteſt facere. Si eñ vult aliquid fieri ꝑ
ſe. poteſt illud facere ꝑ ſe. ⁊ ꝑ ſe facit ſicẽ ce=
lum et terram ꝑ ſe fecit. quia voluit. Si au
tem vult fieri ꝑ creaturam ⁊ ꝑ eam operat
ſicut ꝑ homĩes facit domus ⁊ hmõi artifi=
cialia. ⁊ deus q̃dem ex ſe ⁊ ꝑ ſe poteſt Ho=
mo aũt vel angel⁹ q̃ntũcũq; beatus eſt non
eſt potens ex ſe vel ꝑ ſe.

Oppoſitio. h

# Sz forte dices nec

dei filius põt a ſe. nec ſpũſſanctus: ſed ſol⁹
pr̃. Ille eñ põt a ſe q̃ eſt a ſe: filius autẽ q꞉
non eſt a ſe ſed a patre. non põt a ſe ſed a pa
tre. ⁊ ſpũſſanctus ab vtroq;. Ad qđ di=
cimus q꞉ licet filius nõ poſſit a ſe. nec ope= Solutio
retur a ſe. poteſt tñ ⁊ operat ꝑ ſe. ſic ⁊ ſpiri=
tuſſanctus. Vnde Hylari⁹ in lib. ix. de tri. Hylarius.
Nature inq̃t cui ꝯtradicis heretice h̄ vni=
tas eſt. vt ita ꝑ ſe agat filius. ne a ſe agat. et
ita non a ſe agat vt ꝑ ſe agat. Per ſe aũt dr̃
agere ⁊ potẽs eẽ q꞉ naturalẽ h; potentiam
eandẽ quam ⁊ pr̃ qua potens eſt ⁊ opat.
ſ; q꞉ illam h; a patre. non a ſe. ideo a prẽ nõ
a ſe dr̃ poſſe ⁊ agere. Hõ aũt vel angel⁹ gra
tuitam h; potentiã qua potens eſt. Iõ Hic plene oñ=
ergo vere ac ꝓprie deus trinitas oipotens dit q̃re de⁹ oi
dicit. quia ꝑ ſe. id eſt naturali potentia po= potẽs dicat
teſt quicquid vult fieri. ⁊ quicquid vult ſe
poſſe. Nihil enim vult fieri qđ nõ poſſit fa=
cere per ſe vel ꝑ creaturam. ⁊ nihil vult ſe

poſſe. qđ nõ poſſit. ⁊ oẽ qđ vult fieri vult ſe poſſe. ſ; non omne q̧ vult ſe poſſe vult fieri. Si eñ vellet fieri. q̄ꝛ voluntati ei⁹ nihil reſiſtere põt.

Iſta eſt diſtinctio. xlij. huius primi libri. In qua mgr̄ poſtq̄ egit de ſcĩa dei. incipit agere de potentia eius. Et tria facit. Nam p̄mo inq̄rit an deus ſit oĩpotens. ⁊ vnde omĩpotens dicatur Scđo ſubdit determinationẽ queſtionis mote. Tertio ſoluit inducta ⁊ confirmat ſententiã p̄us datam. Prima duo facit in. j. c. Tertium v̄o in ſequentib⁹. Et tm̃ in generali. In ſpẽali ſententia mgr̄i ſtat ĩ tribus ꝑpoſitionibus. quarũ p̄ma eſt hec. Deus dicit̃ omĩpotens. q̄ꝛ omĩa que poſſunt eſſe poteſt efficere.

Scđa ꝑpoſitio eſt hec. Aliquẽ poſſe omĩa q̃ vult ſe poſſe. nõ videt̃ ad rationem omĩpotentie ſufficere

Tertia ꝑpoſitio eſt hec. Deus ſimplicit̃ põt efficere q̃cq̃d eſt factibile. Has ꝑpoſitiones mgr̄ omnes ꝓbat determinando hanc queſtionẽ. ſ. vtrum deus dicat̃ omnipotens. ſ. ideo aut quia poteſt omĩa ſimpliciter. aut quia põt omĩa tm̃ q̃ vult. Et q̧ non dicat̃ omĩpotens eo q̧ omĩa põt ſimpliciter. arguit ex hoc q̧ non põt ambulare. loqui. vinci. falli ⁊ peccare. Et q̧ dicat̃ omĩpotens. q̄ꝛ põt omnia que vult: arguit diuerſis autoritatibus doctorum. Et rñdet q̧ non eſt dicendus ideo omĩpotens. q̄ꝛ põt omnia que vult. quia ſi hoc ſufficeret tunc quilibet ſanctus in celo poſſet dici oĩpotens. eo q̧ q̃libet tal' põt quicq̃d vult. ſed ideo de⁹ dicẽdus eſt oĩpotens. quia põt omnia ſimpliciter que cadunt ſub potentia actiua. Ad argumentũ p̄mum de ambulatiõe ⁊ locutõe dicit. q̧ iſta potentiã dei nõ euacuant. q̄ꝛ licet illa deus non poſſit omĩa ꝑ ſe. põt tñ illa in nobis ⁊ ꝑ nos. De peccare mentiri ⁊ mori dicit hmõi nõ arguere potentiam in deo. eo q̧ talia facere non ſit potentie. ſ; magis infirmitatis ⁊ inſufficiẽtie. Ad ſcđm argumẽtu; ſc; ad autoritates q̃bus ꝓbat̃ ideo deũ dici omĩpotentem. quia põt omnia que vult. dicit q̧ non ideo deus debeat dici omnipotens. quia ſi hoc ſufficeret tunc quilibet beatus in celo poſſet dici oĩpotẽs. cum poſſit q̃cq̃d velit. Et ille autoritates non aliud dicere intendunt. niſi q̧ voluntas dei nõ poſſit impediri Et ſubdit poſtea q̧ licet ſolus pater dicat̃ oĩpotens a ſe. q̄ꝛ a nullo habeat omnipotentiã. filius ⁊ ſpũſſãctus non poſſunt dici omnipotentes a ſe. eo q̧ omnipotentiã ab alio accepe rũt. poſſunt tñ dici omnipotentes ꝑ ſe. q̄ꝛ ꝑ ſuam naturam ſunt omnipotentes. Et tm̃ in ſpẽali.

Opinio quorũdam dicentiũ deu; nil poſſe niſi qđ facit. a

DI. XLIII.

Quidam tamẽ de ſuo ſenſu gloriãtes. dei potẽtentiã ſub mẽſura coartari conati ſunt. Cũ eñ dicunt: huc uſq; põt deus: ⁊ nõ amplius. quid h̄ eſt aliud q̄; ei⁹ potentiam q̃ infinita eſt concludere ⁊ reſtringere ad mẽſurã. Aiũt eñ nõ põt deus aliud facere q̄; facit. nec melius facere id quod fac̃. nec aliquid p̄termittere de his q̃ fac̃. Iſtãq; p̄mã ſuã opinionẽ veriſimilib⁹ argumẽtis cauſiſq; cõmẽtıcijs necnõ ⁊ ſacrarum autoritatũ teſtimonijs munire conant̃ dicentes. Nõ põt de⁹ facere niſi qđ bonu; ⁊ iuſtũ eſt fieri. nõ eſt aũt iuſtũ ⁊ bonum fieri ab eo niſi qđ facit. Si eñ aliud iuſtũ ẽ ⁊ bonum eũ facẽ q̄; facit. nõ g̊ fac̃ oẽ qđ iuſtu; ẽ ⁊ bonũ eũ facẽ. ſ; q̃s audeat h̄ dicere.

Ratio illorũ p̄ma

Secunda ratio. b

Addunt etia; non põt facere niſi qđ iuſticia ei⁹ exigit. ſed nõ exigit eius iuſticia vt faciat niſi qđ fac̃. nõ g̊ poteſt facere niſi quod facit. Eade; q; iuſticia exigit. vt ⁊ id non faciat qđ non facit non aute; poteſt facere cõtra iuſticiã ſuam nõ ergo põt aliquid eoꝝ facẽ que dimittit

Reſponſio ad prius dictum. c

His autem reſpondemus duplicẽ verborũ intelligentiã aperiẽtes ⁊ ab eis ĩuoluta euoluẽtes. ſic. Non põt de⁹ facere niſi qđ bonũ ẽ ⁊ iuſtũ. i. non põt facere niſi illud qđ ſi faceret bonũ ⁊ iuſtum eſſet. veꝝ ẽ. ſ; m̃lta põt facẽ q̃ non bona ſũt nec iuſta. q̄ꝛ nec ſũt nec erũt nec bñ fiunt. nec fiẽt. q̄ꝛ nunq̄; fiẽt. Itẽ qđ ſcđo ꝑpoſitũ fuit nõ põt facere niſi qđ iuſticia ſua exigit. ⁊ nõ põt id facẽ qđ iuſticia ſua exigit vt nõ fiat. Dicim⁹ q̄ꝛ exactõis v̄bũ de deo ꝯgrue nõ dr̄. nec ꝓprie accipit̃. ⁊ in ill' locutiõib⁹ duplex ẽ ſenſus. Si eñ itelligas nõ põt facere niſi qđ ſua iuſticia exigit. id ẽ niſi qđ volũtas ſua iuſta vult. falſu; dicis. Iuſticia eñ ipſi⁹ dei eq̃ſſima volũtas accipit̃. q̃lit̃ accipit Aug⁹ illa v̄ba dñi ĩ Geñ. loq̃ñt ad loth (Nõ poſſũ q̃cq̄; facẽ donec illo itroeas) exponẽs. nõ poſſe iq̃t ſe dixit. qđ ſine dubio pot̃at ꝑ potẽtiã. ſ; nõ pot̃at ꝑ iuſticiã. q̃ſi pot̃at q̃dẽ. ſ; nõ volebat. ⁊ illa volũtas iuſta erat. Si v̄o ꝑ hec v̄ba itelligis eũ nõ poſſe facẽ. niſi illđ qđ ſi fieret iuſticie ei⁹ ꝯueniret. veꝝ dic̃. Siliť diſtingue illđ. Nõ põt facẽ qđ ſua iuſticia exigit vt ñ faciat. i. nõ põt facẽ id qđ ip̄e q̃ ẽ ſũma iuſticia nõ vult facere. falſũ ẽ. Si aũt his v̄bis itelligas eũ ñ poſſe facere id qđ iuſticie ei⁹ ꝯuenire nõ põt. verum dicis.

Reſpõſio ad id qđ ſecũdo dictũ eſt.

Tercia illorũ ratio. d

Addunt quoq; et alia dicẽtes. Nõ põt de⁹ facẽ niſi qđ d; nõ ãt d; facẽ niſi qđ fac̃. Si eñ d; alia facẽ. nõ g̊ fac̃ oẽ qđ d;. Si v̄o fac̃ oẽ qđ d;. nec põt facẽ niſi qđ d;. ñ g̊ põt facẽ niſi qđ fac̃. Itẽ aut d; dimittẽ qđ dimittit ne faciat. aut nõ d;. Si nõ d; nõ recte dimittit. Si v̄o d; di

mittere. ergo nõ debet facere. Si aũt nõ de
bet. nec decet. nec oportet eũ facere. ⁊ ſi nõ
decet nec oportet eũ facere. ergo non põt face
re. non ergo põt facere: niſi quod facit. nec
poteſt illud dimittere quod facit quin faci
Reſpõſio. at. quia debet illud facere ⁊ quod debꝫ fa-
cere: non põt illud dimittere. Sed vt mi
hi videt̃ hoc verbum debet: venenum ha
bet. Multiplicem eñ ⁊ inuolutã continet
intelligentiam. nec deo ꝓprie competit qui
non eſt debitor nobis: niſi forte ex ꝓmiſſo.
Nos vero ei debitores ſumus ex commiſſo
Ut aũt venenum euacuet̃: diſtingue ver-
bi ſenſus. Non poteſt deus facere: niſi qđ
debet. i. niſi qđ vult: falſum eſt. Si eñ põt
ipſe dici debere aliquid quia vult illud. Si
aũt dicat̃ non poteſt: niſi quod debet. id ẽ
non poteſt niſi illud quod ſi faceret ei bene
Quarta illorum ratio. cõueniret: verũ eſt. Addunt ꝙ illi dicẽ-
tes. Nihil facit aut dimittit niſi optima et
rationabili cauſa. licet nob occulta ſit. ſm
quam oportet eum facere aut dimittere: q̃
facit vel dimittit. Ratio eñ penes eum eſt
qua illa facit ⁊ illa dimittit. que ratio eter-
na eſt ⁊ ſp manens. ꝑter quam non põt ali
q̃d facere vel dimittere. Illa ergo manẽte non
poteſt quod facit dimittere. nec qđ dimit-
tit facere. ⁊ ita non poteſt facere niſi qđ fa-
Reſpõſio. cit. Et ad hoc reſpondemus ambiguita
tem locutionis determinantes. Cum enim
dicit̃ ratio vel cauſa optima penes deũ eſt
q̃ facit cuncta que facit. ⁊ dimittit ea que
dimittit. verũ q̃dem eſt. qꝛ in eo volũtas ẽ
equiſſima ⁊ rectiſſima: q̃ facit ⁊ dimittit q̃
vult. contra quã facere nõ põt. nec ꝑter eã
facere põt. Nec vtiqꝫ contra eã faceret nec
ꝑter eam. ſi ea que facit dimitteret. vel que
dimittit faceret. ſed eadem manente ratiõe
⁊ cauſa: alia potuit facere: ⁊ iſta dimittẽ.
Licet ergo ratio ſit penes eũ qua alia facit
⁊ alia dimittit. põt tñ ſm eandem ratõeꝫ ⁊
dimittere que facit: ⁊ facere q̃ dimittit.
Ad hunc addunt q̃ſtionẽ Ipſi aũt addũt. Ratio eſt eũ facere q̃ facit.
⁊ non alia. ⁊ nõ põt facere niſi qđ rõ eſt eũ
facere. ⁊ ita nõ põt facere niſi qđ facit. Itẽ
rõ eſt eũ dimittere q̃ dimittit: ⁊ nõ põt non
dimittere qđ rõ eſt eũ dimittere. ⁊ ita non
põt nõ dimittere qđ dimittit. Et ad hoc
Reſpõſio. dicimus locutiões ambiguas eſſe. ⁊ iõ de-
terminãdas. Si eñ cum dr̃ nõ põt facẽ niſi
qđ rõ eſt eũ facere intelligas eũ nõ poſſe fa
cere niſi ea q̃ rõabilia ſunt. ⁊ ea q̃ ſi fierẽt rõ
nabilia eſſent. verꝰ ẽ ſenſus. Si aũt intelli-
gas eũ nõ poſſe facẽ alia rõabilia ⁊ bõa: ni
ſi ea q̃ vult ⁊ facit. falſus ẽ intellectꝰ. Itẽ

aliud adiũgũt dicẽtes. Si põt deꝰ aliud fa Alia illorum rõ
cere ꝙ facit. põt ergo facẽ qđ non ꝑſciuit. ⁊ ſi
põt facẽ qđ nõ ꝑſciuit: põt ſine ꝑſcia opari
qꝛ oẽ qđ facturũ ſe ꝑſciuit facit. nec fac̃ ali-
q̃d qđ nõ ꝑſciuit. Qđ ſi ꝑter ſciam eiꝰ aliq̃d
fieri impoſſibile eſt. oẽ ergo qđ ꝑſcitũ eſt fieri
neceſſe ẽ. ergo aliud fieri ꝙ ſit nulla rõe poſſibi
le eſt. ergo non poteſt a deo fieri niſi quod fit.
Hec aũt q̃ſtio de ꝑſcia facile determina- Hec q̃ſtioꝰ ex ꝓdictis facile determinat̃.
ri põt ꝑ ea que ſupius dicta ſunt. cũ de pre
ſcia ageret̃.

## Autoritatibus vtunt̃ in aſſertionem ſue opinionis. e

His aũt illi ſcruta-
tores q̃ defecerũt ſcrutãtes ſcrutinia ſctõꝝ
annectũt teſtimonia. Dic eñ Augꝰ. in lib. Auguſti.
de ſimbolo. Hoc ſolum põt deus quod nõ
vult. ꝑ qđ videt̃ nõ poſſe facere aliq̃d: niſi
qđ vult: ſꝫ nõ vult niſi qđ facit. ⁊ ita videt̃
non poſſe: niſi quod facit. Illud aũt ita in- Quõ intelligenda ſit autoritas.
telligendũ eſt. Id ſolũ non põt deꝰ qđ non
vult. ſ. ſe poſſe. Idem in. vii. li. ꝯfeſ. ad deũ
loquens ait. Ne cogeris inuitus ad aliq̃d:
qꝛ volũtas tua non eſt maior ꝙ potentia.
eſſet aũt maior. ſi teipſo tu ipſe maior eſſes.
Ex h videt̃ ꝙ deꝰ nõ poſſit pl̃a ꝙ vult. ſicut
nõ vult pl̃a ꝙ põt. Sic eñ volũtas nõ eſt
maior potẽtia. ita nec potẽtia maior eſt vo
lũtate. Ideoqꝫ ſicut pl̃a nõ vult ꝙ põt. ita eũ
non plura poſſe ꝙ velle dicũt. Sed ad h Reſpõſio.
dicimꝰ. qꝛ nec volũtas potẽtia. nec poten-
tia volũtate maior eſt. qꝛ vna ⁊ eadẽ res ẽ
potẽtia ⁊ volũtas. ſ. ipſe deꝰ. q̃ eſſet maior
ſeipſo. ſi volũtas maior eſſꝫ potẽtia. vel po-
tentia volũtate. Nec hac auctẽ negat̃ deũ
plura poſſe ꝙ velle. qꝛ pl̃a ſunt ſubiecta eiꝰ
potentie ꝙ volũtati. Fateamur itaqꝫ deũ
pl̃a poſſe facere q̃ non vult. ⁊ poſſe dimitte Autoritatibꝰ ꝯfirmat deũ plura ꝙ facit facere poſſe.
re que facit. Qđ vt certius firmiuſqꝫ te-
neat̃ ſcripture teſtimoniis aſſeramus deuꝫ
pl̃a poſſe facere ꝙ faciat. Ueritas ipſa ſm
Mat. ait. An putas qꝛ nõ poſſum rogare
pr̃em meũ. ⁊ exhibebit mihi mõ plꝰ ꝙ. xii.
legiones angelorũ. Ex qbꝰ verbis patet̃ in-
nuit̃. qꝛ ⁊ filiꝰ poterat rogare qđ non roga
bat. ⁊ pr̃ exhibere qđ nõ exhibebat. Uter-
qꝫ ergo poterat facẽ qđ nõ faciebat. Augꝰ. etiaꝫ Aug. i ench.
i ench. ait. Oĩpotẽtis volũtas mĺta põt facẽ
q̃ nõ vult nec fac̃. potuit eñ facẽ vt. xii. legi
ones ãgelorũ pugnarẽt ꝯ illos q̃ xp̃m ceperũt
Itẽ i eodẽ. Cur apđ q̃ſdã nõ fcẽ ſũt vtutes

que ſi facte fuiſſent. egiſſent illi homines pniam. ⁊ facte ſunt apud eos ꝗ nõ erãt credituri. tũc nõ latebit ꝙ nũc latet. Nec vti꜡ iniuſte deꝰ noluit ſaluos fieri. cũ poſſent ſalui eſſe ſi vellent. Tunc in clariſſima ſapientie luce videbit᷑. ꝙ nunc pioꝝ fides hȝ anteꝗ̃ manifeſta cognitõe videat᷑ ꝗ̃ certa ⁊ immutabilis ⁊ efficaciſſima ſit voluntaſ dei. que multa poſſit ⁊ non velit. nihil aũt ꝙ non poſſit velit. Idem in li. de natura ⁊ gratia. Dominus Lazarũ ſuſcitauit in corpoꝛe. Nũꝗd dicendũ eſt. nõ potuit Iudã ſuſcitare in mente? Potuit ꝗdem: ſ; noluit.

Q꜡ ſine mutabilitate potẽtie vel voluntatis põt deꝰ ⁊ alia velle et alia facere ꝗ̃ vult vel facit

His autoꝛitatibus aliiſꝗ̃ multis aperte docet᷑. ꝙ deus ml̃ta poſſit facere que nõ vult. ꝙ etiam rõe ꝓbari põt. Nõ eñ vult deus oẽs hoĩes iuſtificare. ⁊ tñ quis dubitat eum poſſe. Poteſt ḡ deus aliud facere: ꝗ̃ facit. ⁊ tñ ſi aliud faceret. alius ipſe nõ eſſet. Et põt aliud velle ꝗ̃ vult. ⁊ tñ eius voluntas nec alia nec noua. nec mutabil᷑ aliꝗ modo poteſt eſſe. Q꜡ ⁊ ſi poſſit velle ꝙ nũꝗ̃ voluit. nec tamen nouiter nec noua voluntate: ſed ſempiterna tñ voluntate velle poteſt. poteſt eñ velle quod ab eterno põt voluiſſe. habet eñ potentiã volendi ⁊ nũc ſi ab eterno. quod tñ nec modo vult nec ab eterno voluit.

grecos dicta eſt chaos: in illo exordio con-
ditionis primarie ⁊ formā confuſionis ha
buit. ⁊ nō habuit formā diſtinctionis et di
ſcretionis. donec poſtea formaretur. atq; di
ſtinctas reciperet ſpecies. ita ſpūalis et an
gelica natura in ſua conditione ſm̄ nature
habitum formata fuit. ⁊ tamē illam quam
poſtea per amorem ⁊ conuerſionem a crea
tore ſuo acceptura erat formam non habu
it. ſed erat informis ſine illa. Unde Augu. Auguſti.
multipliciter exponens premiſſa verba Ge-
neſis. per celū dicit intelligi informem na-
turam vite ſpiritualis ſicut in ſe poteſt exi
ſtere non conuerſa ad creatorez in quo for
matur. per terram corporalem materiaz ſi-
ne omni qualitate q̄ apparet in materia for
mata.

Q̄uo dicat lucifer ſm̄ Eſaiā. Aſcē
dam in celum et ero ſimilis altiſſi-
mo. cum eſſet in celo. h

# Hic queri ſolet ſi in
celo empireo fuerunt angeli q̄ ſtatim facti
ſunt. quomodo vt legitur in Eſaia dicit luci
fer. Aſcendam in celum et exaltabo ſoliuz
meum. ⁊ ero ſimilis altiſſimo? Sz ibi celuz
vocat dei celſitudinem. cui parificari vole
bat. et eſt tale. Aſcendam in celū. i. ad qua
litatem dei.

Hic incipit ſecūda diſtinctio hu
ius ſecundi libri. Jn qua magiſter poſtq̄ egit de cre
atione vniuerſi in communi. Jncipit agere de parti-
bus eius in ſpeciali. Et primo de creatura ſpūali cor
pori non vnita. ſ. angelo Unde in preſenti tria circa
hoc facit Nam primo dat de ordine in preſenti mate
ria procedendi. inſinuans angelos eſſe creatos. Se-
cundo tractat de loco creationis eorum aſſerens eos
in celo empireo eſſe creatos ⁊ collocatos. Tertio a-
git de qualitate eoꝝ. affirmans eos informes produ
ctos. Primum iſtorum facit a principio diſtinctionis
vſq; ibi. Jam oſtenſum eſt. Secundum ab inde vſq;
ibi. Simul ergo viſibilium. Tertiuz ab inde vſq; ad
finem diſtinctionis. Et tantū in generali. Jn ſpecia-
li ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝑpoſitionibꝰ qua-
rum prima eſt hec. Angelica natura non tempore
ſed dignitate nature ante om̄ia corporalia eſt produ
cta Q autē angeli ſunt primo producti. patet ex illo

Ecc̄i. j. Omniū primo creata eſt ſapientia .id eſt. angelica natura. quia illud non poteſt intelligi de ſapiētia eterna vel͛ increata. cuiuſmodi eſt filius in diuinis vt deducit̄ in l͛ra Huius oppoſitum magiſter arguit per illud Gen̄. j. In principio creauit deus celum et terram. Per hanc ⁊ ſimiles autoritates videt̄ probare ꝙ celum et terra ſunt prius creata ꝙ̄ angelica natura. Hanc ↄtrouerſiam magiſter ſoluit dicēs ꝙ angelica natura et oīa corporalia ſimul ſunt creata. qd̄ ꝓbat per illud Ecc̄i. xviij. Qui viuit in eternū creauit oīa ſimul. Et idem cōfirmat autoritate beati Auguſtini. que habetur in textu. Et poſtea inducit alias autoritates quibus probat angelicam naturam celum empireū tempus et materiam quattuor elemētorum confuſam ſimul fore creata tempore. ⁊ vnum alterum tempis duratione non preceſſiſſe. Licet angelica natura prius bene dicat̄ creata dignitate nature. Sc̄da ꝓpoſitio eſt hec. Vꝫ tam viſibilis .id eſt. corꝑalis ꝙ̄ inuiſibilis .id eſt. ſpūalis creatura fuit quodāmodo informis producta. Quod patet. q̄a viſibilium materia et inuiſibiliū natura fuerūt ſimul condita. ⁊ vtraqꝫ informis. ſed tn̄ aliter ⁊ aliter. Nā corporalium reruꝫ materia dicitur informis creata. ideo quia habuit formam confuſionis prius ꝙ̄ fuiſſet formata et diſtincta ꝑ ſpecies. vt infra diſtinctiōe duodecima clarius patebit Spūalis ideo dicit̄ informis ꝓducta. quia licet fuerit formata in ſua conditōne ſm̄ habitum nature. fuit tn̄ informis ſm̄ habituꝫ gratie. per quem habuit perfici ⁊ informari Poſtea magiſter querit Si omnes angeli fuerunt in celo creati vt predictum eſt. quod ⁊ quale fuit tunc celum in quod lucifer aſcendere volens peccauit. dicendo illud Eſa. xiiij. Aſcendam in celum. et ſimilis ero altiſſimo qd̄ ſoluens magiſter dicit. ꝙ per celum nō debet intelligi quodcūqꝫ corꝑale ſed diuina celſitudo. vt ſenſus autoritatis ſit. Aſcendā in celū. i. ad equalitatē dei. Et tn̄ in ſpeciali.

Quales facti fuerint angeli. et ꝙ quattuor eis attributa ſunt in ipo initio ſue conditionis. a

DI. III. e

Ecce oſtenſum eſt vbi angeli fuerint mox vt creati ſunt. Nunc ↄſequens eſt inueſtigare quales facti fuerint in ipſo ꝓmordio ſue conditionis. ⁊ quatuor quidem angelis vident̄ eſſe attributa ī initio ſubſiſtētie ſue. ſ. eſſentia ſimplex. id eſt. indiuiſibilis et immaterialis. et diſcretio ꝑſonalis. ⁊ ꝑ rationem naturaliter inſitam. intelligentia. memoria et volūtas ſiue dilectio. liberum ꝙ̄ arbitrium. i. libera inclinā de volūtatis ſiue ad bonuꝫ ſiue ad malū facultas. Poterant em̄ ꝑ liberum arbitriū ſine violentia et coactiōe ad vtrumlibet ꝓpria voluntate deflecti.

An omnes fuerint equales angeli in tribus. ſ. in ſapia in eſſentia in libertate arbitrij. b

Hic conſiderandū eſt. vtrū in ſua ſubſtantia ſpirituali ⁊ ſapientia rationali et libertate arbitrij que omnib⁹ inerant om̄es equales fuerint. vt ſit ꝓma conſiderario de ſubſtantia. ſecunda ꝺ forma. tertia ꝺ poteſtate. Perſona quippe ſubſtantia eſt. ſapientia forma. arbitriū poteſtas. et ad ſubſtantiam quidem pertinet nature ſubtilitas. Ad formam vero intelligentie perſpicacitas. et ad poteſtatē rationalis voluntatis abilitas. Ille ergo eſſentie rationales que perſone erant. et ſpirit⁹ erant. naturaqꝫ ſimplices ⁊ vita imortales differentem eſſentie tenuitatem: ⁊ differentem ſapientie ꝑſpicacitatem. atqꝫ differentem arbitrij libertateꝫ et abilitatē recte habuiſſe intelligunt̄. Sic̄ in corꝑibus nōnulla differentia eſt ſm̄ eſſentiaꝫ ac formam et pondus. Quedā em̄ alijs meliorem ac digniorē eſſentiam ⁊ formā habēt. ⁊ alia alijs leuiora atqꝫ agiliora ſunt. Ad hunc ḡ modum credendum eſt illas ſpūales naturas ↄueniētes ſue puritati ⁊ excellētie. et in eſſentia ⁊ in forma ⁊ in facultate differētias accepiſſe in exordio ſue ↄditōis. quib⁹ alij inferiores alij ſuꝑiores dei ſapiētia conſtituerent̄. alijs maiora. alijs minora dona ꝓſtantis. vt q̄ tūc ꝑ naturalia bona alijs excellebāt. ipi etiā poſt ꝑ munera gr̄e eiſdem ꝓcellent. Qui em̄ natura magis ſubtiles et ſapia ampli⁹ ꝑſpicaces creati ſunt. hi etiaꝫ maiorib⁹ gr̄e munerib⁹ ꝓditi ſunt. ⁊ dignitate excellētiores alijs ↄſtituti. Qui v͛o natura minus ſubtiles. et ſapia min⁹ ꝑſpicaces ↄditi ſunt. minora gr̄e dona habuerūt inferioreſqꝫ ↄſtituti ſunt ſapiētia dei equo moderamine cūcta ordinati. In ipſa facultate arbitrij differentia animadūtenda eſt ſm̄ differentē nature virtutē et differenteꝫ cognitionis ⁊ intelligētie vim. Et ſicut differēs vigor ⁊ ſubtilitas natare infirmitatē nō adducit. minorqꝫ cognitō ſapiētie ignorantiā non ingerit. ſic libertas inferior nullam arbitrio neceſſitatis volūtatē iponit.

Hic dicit differentes erāt in illis.

Per ſimilitudinem corporuꝫ ita eſſe oſtendit.

Scd̄m qd̄ eſt conſiderāda differentia arbitrij.

Quod nec minor tenuitas infirmitatez nec minor cognitio ſapientie ignorātiam nec inferior libertas neceſſitatē inducit.

Que communia et equalia habuerunt angeli. c

Et ſicut ī predictis angeli differebāt. ita ⁊ q̄dā cōia ⁊ eq̄lia habebāt ꝙ ſpūs erāt. ex idiſſolubiles ⁊ imortales erāt cōmune oib⁹ ⁊ eq̄le erat. In ſbtilitate vero eſſentie et intelligētia ſapientie

et libertate voluntatis differentes erant. Has diſtinctiones intelligibiles inuiſibilium naturarũ ille ſolus comprehẽdere potuit et ponderare q̃ tũc cuncta fecit in pondere numero et meſura.

An boni vel mali iuſti vel iniuſti creati ſint angeli. et an aliqua mora fuerit inter creationez et lapſũ. d

Illud quoqz inueſtigatione dignuz videt̃ quod etiã a pluribus queri ſolet Utrũ boni vl' mali. iuſti vl' iniuſti creati ſunt angeli. ⁊ an aliqua mora fuerit inter creationem et lapſum. vel ſine mora in ipſo creationis exordio ceciderũt

Opinio quorundã dicentiũ angelos in malicia creatoſ. ⁊ ſine omni mora ruiſſe.

Putauerunt enim quidaz angelos qui ceciderũt creatos eſſe malos ⁊ nõ libero arbitrio in maliciam declinaſſe. ſ; etiaz in malicia a deo factos eſſe nec aliquã fuiſſe morã int̃ creationem ⁊ lapſum. ſed ab initio apoſtataſſe. alios vero creatos fuiſſe plene beatos. Qui opinionẽ ſuam muniunt autoritate Auguſtini ſup Geñ. ita dicẽtis Nõ fruſtra putari põt ab initio tempis diabolum cecidiſſe. nec cum ſanctis angelis pacatum aliquãdo vixiſſe et beatum. ſ; mox apoſtataſſe. Unde dñs ait. Ille homicida erat ab initio. ⁊ in veritate nõ ſtetit. vt intelligamus quia in veritate nõ ſtetit. ex quo creat' eſt qui ſtaret. ſi ſtare voluiſſ;. Idem in eodem. Non fruſtra inquit putanduz eſt ab ipſo initio temporis vel cõditionis ſue diabolum cecidiſſe ⁊ nunq̃ʒ in veritate ſtetiſſe. Uñ quidã in hanc maliciam libero arbitrio non eſſe inflexum. ſ; in hac q̃uis a deo putant eſſe creatum. ſm illud beati Iob. Hoc eſt inq̃t initium figmenti dei qd̃ fecit deus vt illudat̃ ei ab angelis eius. Et ꝓpheta ait. Draco iſte quẽ formaſti ad illudendũ ei. tanq̃ʒ primo factus ſit malus inuidus et diabolus. nec volũtate deprauatus. His aliiſq; teſtimoniis vtunt̃ qui dicunt angelos qui ceciderunt creatos fuiſſe malos et ſine mora corruiſſe. eos vo qui ꝯſtiterunt perfectos et beatos fore creatos aſtruunt autoritate Auguſtini qui ſup Geñ. dicit: ꝑ celũ ſignificari creaturom ſpiritualem que ab exordio quo facta eſt et perfecta et beata ẽ ſemper.

Alioꝝ ſententia probabilis qui dicunt omnes angelos creatos eſſe bonos. ⁊ aliquã morulã fuiſſe int̃ creationẽ et lapſum. e

Aliis aũt videtur oẽs angelos creatos eſſe bonos. et in ipſo creatõis initio bonos extitiſſe. i. ſine vitio iuſtoſq; fuiſſe. i. innocentes ſed non iuſtos id eſt virtutum exercitium habẽtes. Nondum eñ prediti erant virtutibus que ſtantibus appoſite fuerunt in confirmatione ꝑ gratiam. aliis vero per liberũ arbitriuz ſuꝑbientibus ⁊ ideo cadentibus: aliquã etiã fuiſſe morulam aiunt inter creationẽ et lapſum et confirmationẽ. et in illa breuitate temporis oĩes boni erant. non quidẽ per vſum liberi arbitrii. ſ; per creationis beneficium. et tales erant qui ſtare poterant. i. non cadere per bona creationis ⁊ cadere ꝑ liberum arbitriũ. Poterant eñ peccare et non peccare. ſ; non poterant ꝓficere ad meritum vite. niſi gratia ſupadderet̃ que addita eſt quibuſdam in ꝯfirmatione. Et ad hoc confirmandum vtunt̃ teſtimonio Auguſtini. qui ſup Geñ. dicit angelicam naturam primo informiter creatam ⁊ celũ dictam. poſtea formatã et luce appelatam. qñ ad creatorem eſt conuerſa perfecta dilectione ei inherens. vnde prius dictuz eſt. In ꝑncipio creauit de' celũ ⁊ terram. ⁊ poſtea ſubditũ. dixit deus. fiat lux. et facta ẽ lux. q2 in ꝑmo agit̃ de creatione ſpiritualis nature informis. poſtea de formatiõe eiuſdẽ Ratio quoq; obuiat illis qui dicunt angelos creatos fuiſſe malos. Nõ enim potuit creator optimus auctor mali eſſe. ⁊ ideo totum bounm erat quod ex ipſo illis erat. et totum bonum erat quoniam ex ipſo totuz erat. Hoc modo probatur q boni erãt omnes angeli quando primo facti ſunt. ſed ea bonitate. quam natura incipiens acceperat.

Aug'. autoritate illa confirmãt hoc eẽ

Ratione idez aſtruit.

Probationem Auguſtini contra illos inducit qui dicũt angelos factos malos. verba etiam Iob determinat que illi pro ſe inducebãt. f

|| Nō ſignificati dei di
|| Nō oēs angelos bonos eē creatos
et aliquos interpoſita morula cecidiſſe



Ideoq3 Augu. ex-
terminans opinionē eoꝝ qui angelos crea
tos fuiſſe malos putant. autoritate ⁊ ratio
ne ꝓbat bonos fuiſſe creatos. et ỽba pmiſ
ſa beati Job. que ille ꝑ ſe inducebant quō
ſint intelligenda apit dicēs ſup Gen̄. Om
nia inquit fecit deus valde bona. Naturā
ergo angeloꝝ bonā fecit. Et q2 iniuſtu3 eſt
vt nullo merito hic in aliquo quod creauit
deꝰ damnat. nō natura3 ſed voluntatē ma
lam puniendā eſſe credendum eſt. nec eius
naturā ſignificatā eſſe cum dr̄. hoc ē initiū
figmenti dei ⁊c. Sed corpus aereum qd̄ ta
li voluntati aptauit deus: vel ipſam ordi-
nationē dei in qua cum initium etiam fecit
vtilem bonis vel ipſius angeli facturā q̄a
et ſi preſciret deus voluntate malum futu
rum: fecit tn̄ eū ꝓuidens quāta de illo ſua
bonitate eſſet facturus. Figmentū ergo di
dicit̄. q2 cum ſciret eū deus volūtate malū ||
futurum vt bonis noceret. creauit tn̄ illu3
vt de illo bonis prodeſſet. hoc autem fecit
vt illudat̄ ei. Illudit̄ em̄ ei cum ſanctis ꝓfi
cit tēptatio eiꝰ. Sicut et mali homines q̄s
deus malos futuros preuidēs: creauit tn̄
ad ſanctorū vtilitatem. illudunt̄: cū pſtat̄
ſanctis eorum temptatione ꝓfectus. Sed
ipſe eſt initiū q2 precedit antiquitate ⁊ pn̄-
cipatu malicie. Hec autē illuſio fit angelis
malis et hominibꝰ malis ꝑ angelos ſctōs.
quia ſubdit eis angelos malos ⁊ homines
malos: vt nō q̄tum nitunt̄. ſ3 q̄tum ſinū-
tur poſſint nocere. Ecce apte oſtēdit quali
ter predicta ỽba Job intelligenda ſint. et
angelicā naturam bonā creatā eſſe aſſeruit

Quomodo intelligenda ſint ver-
ba premiſſa domini diſſerit euidē-
ter tradēs angelos eſſe creatos bo
nos. et poſt creatiōe3 cecidiſſe. g

Deinde qualiter ỽ
ba dn̄i que ſupra poſuit accipiēda ſint Au
guſtinꝰ apit. vbi etiam ſua que p̄dixit ver
ba determinat euident̄ docēs angelos bo
nos fuiſſe creatos. ⁊ poſt creationem inter
poſita aliqua morula cecidiſſe ita inquiēs
Qꝫ putat̄ diabolus nunq̄ in veritate ſtetiſ
ſe. nunq̄ beatam vitā duxiſſe. ſed ab initio
cecidiſſe. non ſic accipiendū eſt vt malus a
bono deo creatꝰ eſſe putet̄ quaſi ab initio
nō cecidiſſe diceret̄. Nō em̄ cecidit ſi talis
ſc3 malus factꝰ eſt. A quo em̄ caderet? Fa-
ctus ē prius ſtatim a veritate ſe auertit. ꝓ-
pria poteſtate delectatus. beateq3 vite dul
cedinem nō guſtauit. quā accepta3 non fa-
ſtidiuit. ſed nolendo accipe amiſit. Sui er
go caſus pſcius eſſe nō potuit. quia ſapien
tia fructus eſt pietatis. Cōtinuo autē vt fa
ctus eſt cecidit nō ab eo qd̄ accepit. ſed ab
eo quod acciperet. ſi deo ſb̄di voluiſſet Ec
ce hic apte declarat āgelos bonos creatos
fuiſſe. et poſt creationē cecidiſſe. et fuit ibi
aliqua morula lic3 breuiſſima. Quod Ori
genes ꝯfirmat ſup Ezech. di. Serpens eſt
hoſtis contrarius veritati. non tn̄ a princi
pio nec ſtatim ſupra pectus ⁊ ventrē ſuum
ambulauit. ſicut Adam ⁊ Eua non ſtatim
peccauer̄t. ita et ſpens aliqn̄ fuit nō ſpēs
cū in paradiſo delitiaꝝ moraret̄. deus em̄
maliciam nō fecit. Ecce apte dicit poſt cre
ationem interpoſita morula cecidiſſe. Ido
q3 illa verba ſic accipiēda vident̄. homici
da erat ab initio vel mendax. i. ſtatim poſt
initiū qn̄ ſibi equalitatem dei promiſit ⁊ ſe
ipm̄ occidit. qui homo dicit̄ in euangelio
nec in veritate ſtetit. q2 in ea nō fuit. ſed ab
initio tpis. i. ſtatim poſt initiū tempis apo
ſtatauit. Poteſt etia3 et ſic accipi illud. ab
initio homicida fuit vel mendax. i. ex q̄ hō
fuit ꝯditus quē per inuidiā in mortem p̄ci
pitauit ⁊ fallacit̄ ſeduxit. Ex predicti ergo ||
liquet angelos bonos oēs eſſe creatos. et
poſt creationem quoſdā cecidiſſe a bono:
quod habuiſſent ſi pſtitiſſent.

Qꝫ triplex fuit ſapientia in angelis
ante caſum vel ꝯfirmationē. h

Hic iquiri ſolet q̄m
ſapientiā habuerūt ante caſum vel ꝯfirma
tionē? Erat in eis triplex naturalˀ cognitio
q̄ ſciebāt qꝫ facti erāt ⁊ a q̄ facti erant. et cū
q̄ facti erāt. ⁊ habebant aliquā boni et ma
li noticiā. intelligentes q̄d appetendu3 vel
ſpuendum illis foret.

An aliquā dei habuerint dilectio-
nem vel ſui inuicem. i

Solet etiam queri
vtrū aliquā dei vel ſui dilectionem inuicē
habuerint? Ad quod dici poteſt qꝫ natura
lem dilectionem habebant. vt memoriam
et intellectū ⁊ ingenium qua deū et ſe aliq̄-
tenus diligebant. per quam tn̄ non mere-
bantur.

Ho pctō miſeria eſt

Iſta eſt diſtinctio. iij. hui⁹ ſecūdi
libri. In qua magiſter poſtꝙ̃ egit de creatiōe ange
lorum quo ad ꝯditiones extrinſecas. incipit agere de
eodem quo ad ꝯditiones eoꝝ intrinſecas. Et circa
hoc tria facit. Nam primo oſtendit ꝯditiones eorum
in naturalibus. Secūdo oſtendit ꝯditionem eorū in
gratuitis. Tertio facit hoc idem in quibuſdā meri-
torijs. Primum facit a principio diſtinctiōis vſqꝫ ibi
Illud quoqꝫ. Secundū ab inde vſqꝫ ibi. Hic inquirit
Tertium vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in gene
rali. In ſpeciali ſentētia magiſtri ſtat in tribus ꝓpo
ſitionbus quaruz prima eſt hec. Angeli in principio
ſue creationis differenter acceperūt eſſentie ſimpli-
citatē. diſtinctam ſubſiſtendi ꝑſonalitatem. intelligē-
di ꝑſpicacitatem et arbitrij libertatem. Iſtaz ꝓpoſi
tionem magiſter ꝓbans proponit ꝙ quattuor ſunt
circa creationem angeloꝝ conſideranda. que in pn-
cipio ſue creatōnis acceperunt. quorum duo prima
ꝑtinent ad eorum ſubſtantiam. cuiuſmodi ſunt eſſen
tie eoꝝ. immaterialis ſimplicitas. ⁊ diſtinctōnis eo-
rūm ꝑſonalis diuerſitas. Tertiū vero ſpectat ad eo
rum formam. ſ. intelligendi perſpicacitas. Quartuz
vero ſpectat ad eorum poteſtatem. ſ. volendi libertas
Hec quattuor oēs angeli in ſua creatione acceperūt
non tm̄ equaliter. ſed diſpares in his creati fuerunt
Unde infert ꝙ ſicut differentē naturā in angelis ſeq̄
tur differens cognitio. ita etiam differens gratie col
latio. et differens arbitrij libertas. Secunda pro
poſitio eſt hec. Q angeli nulla malicia cuiuſcunqꝫ cul
pe in ſua creatione fuerunt deprauati. Hanc ꝓpoſi
tionem magiſter ꝓbans querit. Utruz angeli creati
ſunt boni vel mali. et vtrū aliqua morula inter eorū
creationem et lapſum extiterit. Ad quas queſtiōes
ſimul reſpondens recitat opinionē quorundam dicē
tium angelos fuiſſe creatos malos nec fuiſſe moram
inter eoꝝ creationem ⁊ lapſum. quod comfirmat au
toritate euāgelij Iohis. vbi chriſtus dicit diaboluz
homicidam fuiſſe et in veritate non ſtetiſſe. Et auto
ritate Iob. iiij. vbi dr̄ ꝙ diabolus eſt initiū figmen-
ti dei ad illudendū ei. Confirmāt illud autoritate be-
ati Auguſtini qua etiam ꝓbant angelos qui ꝑſtite-
runt fuiſſe creatos perfectos ⁊ beatos. Poſtea reci
tat aliam opinionem et p̄me contrariā que dicit om-
nes angelos fuiſſe creatos bonos ⁊ iuſtos. quantuz
ad carentiā mali ⁊ iniuſticie. ſed nō ꝙ̃tum ad grām
conſummatā. Et dicit etiam moram fuiſſe inter crea
tionem et lapſum. Quā opinionem cōfirmat autori
tate beati Auguſtini. et ꝓbat eam ratione que ſtat
in hoc. Q cū deus ſit optimus non poteſt mala crea
tura per ipm̄ ꝑduci. imo ſi angelum malum creaſſet
nequaꝙ̃ malum ipſius puniret. Deinde ſoluit auto-
ritates pro alia opinione allegatas dicens. ꝙ diabo
lus dicit̄ initium figmenti dei. eo ꝙ deus prouidit qn̄
ipſum fecit quāta bona de eius malicia preuenirent
cum ad eius temptationes ſancti proficerent. Simi
liter dicit ipſum in veritate non ſtetiſſe. quia a veri-
tate cecidit a qua nō cecidiſſet ſi in veritate creatus
nō fuiſſet Dicit etiā ipm̄ fuiſſe homicidaz ab initio qr
ſtatim poſt initium temporis apoſtatauit. et ſeipſum
occidit. Uel dicit̄ homicida ab initio conditionis ho
minis quem ꝑ fallaciam ſeducēdo occidit. Tertia
ꝓpoſitio eſt hec. Q ſpiritus angelici creati mox na
turali cognitione ſui et creatoris licet non meritorie
erant decorati. Hanc magiſter probans dicit ꝙ om-
nes angeli a principio ſue creationis cognouerūt de
um et ſe ⁊ ceteras creaturas. Unde intellexerunt q̄d
appetendum et quid reſpuendum foret. et tam boni
ꝙ̃ mali noticiā habuerunt. Similit̄ deum et ſe natu-
rali dilectiōe quadā ſed nō meritorie dilexerūt. quia
radix meriti. ſ. gratia eis adhuc non fuit addita. Et

radix meriti ē grā

tantum in ſpeciali.

## An ꝑfectos ⁊ beatos creauit deus āgelos. an miſeros ⁊ imꝑfectos a

Poſt hec vi- DI. IIII
dendu eſt vtrū ꝑfectos et
beatos creauit deus ange-
los: an miſeros ⁊ ipfectos
Ad quod dici poteſt ꝙ nec in beatitudine
nec in miſeria creati ſunt. Miſeri em̄ ante
pctm̄ eſſe nō potuerunt. qr ex pctō miſeria
eſt. Nā ſi nō fuiſſz pctm̄ nulla eēt miſeria.
Beati quoqꝫ nunꝙ̃ fuerūt illi qui cecide-
rūt qr ſui euentus ignari fuerūt. i. peccati ⁊
ſupplicij futuri. Si em̄ lapſum ſuū p̄ſciuerīt
aut vitare voluerūt ſed nō potuerūt. et ita
erant miſeri. aut potuerūt ſed noluerūt. et
ita erant ſtulti ⁊ maligni. Ideoqꝫ dicimus
qr non erant preſcij euentus ſui. nec eis da
ta eſt cognitio eorum. que futura erant ſu-
per eos. Boni vero ⁊ qui perſtiterunt for-
te ſue beatitudinis preſcij fuerunt. Unde
Aug⁹. ſup Gen̄. Quō inquit beatus inter
angelos fuit qui futuri peccati atqꝫ ſuppli-
cij preſcius nō fuit. Querit̄ aūt cur nō fue-
rit? Forte hoc de⁹ reuelare diabolo noluit
quid facturus vel paſſurus eſſet. Ceteris
vero reuelare voluit ꝙ in veritate māſuri
eſſent. His verbis videtur Aug⁹. ſignifica
re ꝙ angeli qui corruerūt nō fuerūt preſcij
ſui caſus. ideoqꝫ beati nō fuerunt Et ꝙ an
geli q̄ ꝑſtiterūt beatitudinē ſibi affuturā p̄
ſciuerunt. atqꝫ de ea certi in ſpe extiterunt.
vnde quodāmō iam beati erant Et reuera
ſi fuiſſet. poſſet illos dici aliq̄ mō fuiſſe bea
tos. alios vero nō qui neſcierūt euentū ſuū.

Q nō fuerūt mali angeli p̄ſcij ſui caſus boni vero forte fuerunt p̄ſcij futuri boni.

## Q opinādo hoc dixerit nō aſſeren do. ſ. ꝙ angeli q̄ perſtiterūt preſcij fuerunt futuri boni. b

Sz hoc magis opi
nando ⁊ querēdo dicit Aug⁹. ꝙ̃ aſſerendo
Un̄ ⁊ huic opinioni oppōnēs ꝯſequent̄ ſb- Auguſti.
dit. Sz q̄re diſcernebant̄ illi a ceteris? Ut
de⁹ iſtis q̄ ad ipos ꝑtinerēt n̄ reuelaret. Alijs
vero reuelaret. cū nō pri⁹ ſit ipe vltor ꝙ̃ ali-
q̄s pctōr. nō em̄ dānat ipe inocētes. Hic vi
det̄ innuere ꝙ nec peccaturis futurū malum
nec ꝑmanſuris futurū bonū reuelauerit Iō
qꝫ nec illi q̄ ceciderūt vnꝙ̃ nec illi q̄ ꝑſtite-
runt vſqꝫ ad conſummationem beati fue-
runt. quia beati non poterant eſſe ſi de bea
titudine certi non erant. vel ſi dānationis

Auguſti. incerti erāt. Vñ Aug⁹. in codē. Dicere in quit ꝺ angelis ꝙ in ſuo genere beati eē pñt damnationis vel ſalutis incerti. quib⁹ nec ſpes eſſet ꝙ mutādi eſſent in melius nimia ꝓſumptio eſt Quõ em̄ beati eſſe pñt. q̄bus eſt incerta ſua beatitudo.

**Summam colligit predictoꝝ confirmans oēs angelos ante confirmationē vel lapſum non fuiſſe beatos niſi per beatitudinē accipiat illum ſtatū innocentie in quo fuerunt ante caſum.** c

**Ex predictis conſe**quitur ꝙ angeli qui corruerūt nunq̄ꝫ beati fuerūt niſi beatitudinē aliquis accipiat illum ſtatū innocentie in quo fuerunt ante pctm̄. Illi vero qui ꝑſtiterūt aut ſuā beatitudinem futuram deo reuelante ꝓſcierūt. et ita ſpei certitudīe aliquo modo beati fuerunt vel incerti extiterūt ſue beatitudinis et ita aliter beati nō fuerūt q̄ꝫ reliqui qui ceciderunt. Mihi aūt qꝺ poſterius dictum eſt ꝓbabilius videt̄.

**Reſponſio ad id quod querebat̄. an angeli eſſent creati perfecti aut imperfecti. ⁊ dicit̄ ꝙ perfecti fuerunt ſm aliquid. et imperfecti ſm aliquid.** d

**Ad hoc aūt ꝙ que**rebatur vtrum perfecti vel imperfecti fuerint creati. dici poteſt quia quodammodo ꝑfecti fuerunt. et quodāmodo alio imperfecti. Non em̄ vno modo aliq̄d dicitur ꝑfectum ſed pluribus.

**Q tribus modis dicitur perfectū ſm tempus. ſm naturā. ⁊ vniuerſaliter ꝑfectum.** e

**Diciturnanqꝫ per**fectum tribus modis. Eſt em̄ ꝑfectum ſm tp̄s ⁊ eſt perfectū ſm naturam. ⁊ eſt vniūſaliter ꝑfectum. Scd̄m tp̄s perfectū eſt qꝺ habet q̄cquid tp̄s requirit ⁊ ꝯuenit ſm tēpus haberi. et hoc modo angeli erant ꝑfecti ante ꝯfirmationē vel lapſum. Scd̄m naturam ꝑfectum eſt qꝺ habet q̄cquid debitum eſt. vl' expedit nature ſue ad glorificationem. et hoc modo ꝑfecti fuerūt angeli poſt ꝯfirmationē. et erūt ſancti poſt reſurrectionē. Uniuerſalit̄ ⁊ ſumme perfectum eſt. cui nihil vnq̄ꝫ deeſt et a quo vniuerſa ꝓueniunt bona. qꝺ eſt ſolius dei. Prima ergo ꝑfectio eſt nature condite. ſcd̄a nature gloꝛificate. tercia nature increate.

**Predicta breuiter tangit addens quales fuerunt angeli in cōuerſione ⁊ auerſione.** f

**Quales fuerūt an**geli in creatione oſtēſum eſt. boni. ſ. et non mali. iuſti. id eſt. innocentes et ꝑfecti quodammodo. Alio ꝟo modo impꝑfecti. Beati vero nō fuerūt vſq̄ꝫ ad cōfirmationē. niſi beatitudo accipiat̄ vt iam dictum eſt: ille ſtatus innocentie et bonitatis in quo cōditi ſunt.

**Iſta ē diſtinctio. iiij. hui⁹ ſecundi** libꝛi. In qua magiſter poſtq̄ꝫ egit de conditionibus angeloꝛum quo ad ſtatum inchoationis. Agit de cōditionibus eoꝛum quo ad ſtatum cōtinuationis. Et tria facit ſm tres queſtiōes quas mouet. Primo eñ inquirit an angeli fuerūt creati beati vl' miſeri. Secūdo an angeli mali ſui lapſus fuerunt preſcij. Tertio an omnes fuerunt perfecti creati. Primum facit a principio diſtinctionis vſq̄ꝫ ibi. Queritur autē cur Secundum ab inde vſq̄ꝫ ibi. Ad hoc autē. Tertiū vero ab inde vſq̄ꝫ ad finem diſtinctionis Et tm̄ in generali. In ſpeciali. autem ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum pꝛima eſt hec. Angeli propꝛie nec beati nec miſeri fuerūt creati. Hāc propoſitionē magiſter inueſtigans proponit pꝛimo Utrum angeli ſunt creati beati vl' miſeri. perfecti vl' impꝑfecti. Et reſpondet ad pꝛimum iſtoꝛum dicens. ꝙ nulli angeli ſunt creati miſeri vel beati. ꝙ non miſeri patet. quia dato ꝙ ſic. hoc videt̄ maxime verū eſſe de malis angelis. ſed illi nō fuerunt miſeri creati. quia non fuerunt ceati in peccato. quod quidem peccatum ſolum miſeria conſequit̄. ꝙ etiam ipſi demones non fuerunt creati beati. patet ex hoc ꝙ non habuerunt certitudinem ſui ſtatus nec ſuum caſum preſciuerūt. Q etiam beati angeli non fuerunt creati beati. patet ex hoc ꝙ ante lapſum nulla fuit diſtinctio bonoꝛum angeloꝛum a malis. ⁊ tam boni q̄ꝫ mali fuerunt incerti ſui ſtatus licet dicat Aug⁹. bonos ſuum ſtatum pꝛeſciuiſſe. ⁊ nō malos. qꝺ tamen magiſter dicit beatum Auguſtinum plus dixiſſe inquirēdo q̄ꝫ aſſerendo. Ex pꝛedictis infero ſecundam ꝓpoſitionem que eſt. Q angeli videlicet mali ſuum caſum ⁊ boni ſuam confirmationem non pꝛeſciuerunt. Patet iſta ꝓpoſitio ex pꝛedictis. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Q angeli tam boni q̄ꝫ mali ante confirmatōnem bonoꝛum et lapſum maloꝛum omnem perfectionem pro illo tempoꝛe eis congruentem habuerunt. Hanc ꝓpoſitionem probat reſpondendo ad queſtionem talem. ſ. vtrum angeli ſint creati perfecti vel imperfecti. Pro cuius euidētia magiſter ponit triplicē perfectionem. Quarum pꝛima attendit̄ ſm tempus

Secunda ſm naturā. Tertia ſm vniuerſalem omnium bonorum abundantiam. Primā habuerūt omnes angeli mox creati. quia nihil pfectionis cōueniebat eis ꝑ illo tempe quod nō habuerūt. Scd̄am q̄ includit omne illō cui⁹ natura capax eſt nō habuerunt mox creati ſed ſtantes in gr̄a acceperūt illā pfectionē i gratia ɔfirmati. Tertiā v̄o nemo habꝫ nec habere pōt preter ſolū deū. Ex qua diſtinctione magiſter ɔcludit angelos quodāmodo fuiſſe pfecte creatos. ſ. quo ad pfectionem tpis illius. et quodāmodo nō pfectos. ſ. quo ad pfectionem nature. ſed nullo modo pfectos quo ad tertiā perfectionē vniuerſalem que includit omnium bonorum abundantiā. Et tantū in ſpeciali.

## De conuerſione et confirmatione ſtantiuꝫ et auerſione et lapſu cadētium. a

DI. V

Poſt hec conſideratio adducit inquirere quales effecti ſint. dū diuiderent̄ auerſione ⁊ ɔuſione. Poſt creationē nanqꝫ mox quidā cōuerſi ſunt ad creatorem ſuum quidā auerſi. Cōuerti ad deū fuit ei charitate adherere. auerti odio hr̄e vł inuidere Inuidie nāqꝫ mater eſt ſupbia. qua voluerunt ſe parificare deo. In ɔuerſis quaſi in ſpeculo relucere cepit dei ſapientia qua illuminati ſunt. Auerſi v̄o excecati ſunt. Et illi quidē ɔuerſi ſunt et illumiati a deo gr̄a appoſita Iſti v̄o ſunt excecati nō imiſſione malitie ſed deſertione gr̄e a qua deſerti ſūt nō ita ꝙ prius dedita ſubtraheret̄. ſꝫ q2 nū q̄ eſt appoſita vt ɔuerterent̄. Hec eſt ḡ cōuerſio ⁊ aūſio qua diuiſi ſunt q̄ natura boni erant. vt ſint alij ſupra illud bonū per iuſticiā boni alij illo corrupto per culpaꝫ mali. cōuerſio iuſtos fecit. ⁊ auerſio iniuſtos. Utraqꝫ fuit volūtatis. ⁊ volūtas vtriuſqꝫ libertatis.

Inuidie mater eſt ſuperbia

## De libero arbitrio breuiter tangit docens quid ſit. b

Habebant enim omnes liberꝫ arbitriuꝫ quod ē libera poteſtas ⁊ abilitas volūtatis rōnalis. Poterāt em̄ voluntate eligere qd̄libet ⁊ rōne iudicare. id eſt diſcernere in quib⁹ cōſtat liberū arbitrium. nec creati ſunt volētes auerti vł cōuerti. ſed abiles ad volendum hoc vel illō et poſt creationem ſpontanea volūtate alij elegerunt malum. alij bonum. et ita diſcreuit deus lucem a tenebris. ſic dicit ſcriptura. i. bonos angelos a malis. ⁊ lucē appellauit diem. noctē vero tenebras. quia bonoſ angelos gratia ſua illuminauit. malos vero excecauit.

## Poſt creationem aliquid datum eſt ſtantibus per quos conuerterētur. nec merito aliquo ſcꝫ gratia cooperans. c

Si autem queritur vtrū poſt creationem ɔuerſi aliquid collatum ſit p quod conuerterent̄. i. diligerent deum: Dicimus quia eſt eis collata gratia cooperans ſine qua nō poteſt proficere rationalis creature ad meritū vite. Cadere em̄ poteſt p ſe. ſed pficere nō poteſt ſine gratia adiuuante.

## Qua gratia indigebat angelus et qua nō d

Non indigebat angelus gratia p quaꝫ iuſtificaret̄. q2 malus nō erat. ſꝫ qua ad diligenduꝫ deū pfecte et obediendū adiuuaret̄. Operās quidē gratia dicit̄ qua iuſtificat̄ impius. i. de impio fit pius. de malo bonus. Cooperans vero gratia qua iuuat̄ ad beniuolendū efficacit̄ et deū pre oībus diligendum ⁊ ad operandum bonū. ⁊ ad pſeuerandū in bono ⁊ huiuſmodi de q̄bus poſtea plenius dicemus Data eſt ergo angelis qui perſtiterunt cooperans gr̄a per quā conuerſi ſunt vt deū p fecte diligerēt Cōuerſi ergo ſunt a bono quod habebāt non perdito: ad maius bonum qd̄ non habebāt. et facta eſt iſta conuerſio per gratiam cooperantē libero arbitrio que gratia alijs qui ceciderūt appoſita nō fuit.

Que ſit gr̄a operās ⁊ que cooperans

## An ſit imputandum illis qui auerſi ſunt. e

Ideoqꝫ a quibuſdam dici ſolet non eſſe imputanduꝫ illis q̄ auerſi ſunt et nō conuerſi. quia ſine gratia conuerti non poterant. Sed illa nō eſt eis data. nec culpa illoruꝫ fuit ꝙ non eſt data quia in eis nulla culpa adhuc preceſſerat. Ad quod dici pōt qm̄ quibus appoſita eſt ipſa gratia non fuit ex meritis eorum. alioquin iā nō eſſet gratia. ſi ex merito qd̄ eſſet ante gratiam daretur.

Qua culpa gratia non eſt data eis
qui ceciderunt. f

Quod vero alijs non
eſt data: culpa eoꝝ fuit. quia cum ſtare poſ
ſent noluerūt quouſqꝫ grā apponeretꝰ. ſicut
alij pſtiterunt donec illis cadentibꝰ p ſup-
biam eis gratia appoſita eſt. Apte ḡ caden
tiū culpa in hoc depꝛehendi pōt. quia licꝫ ſi-
ne grā nequirēt pficere quā nondū accepe
rant. p id tñ qđ eis collatū erat in creatōne
poterant nō cadere. i. ſtare. quia nihil erat
qđ ad caſum eos cōpelleret. ſed ſua ſpon-
tanea volūtate declinauerūt. qđ ſi nō fecіſ
ſent. quod datum eſt alijs vtiqꝫ daretur et
iſtis.

Quod angeli in ipſa confirmatione be
ati fuerunt. ſed vtrum eam meru-
erunt per gratiā tunc ſibi datā am
biguum eſt. de hoc enim diuerſi di
uerſa ſentiunt. g

Hic q̄ri ſolet vtruꝫ
in ipſa ꝯfirmatōe beati fuerint angeli. ⁊ an̄
ipſam beatitudinē aliquo modo meruerit
Quod in ipſa ꝯfirmatiōe beati fuerunt: plures
ꝯteſtanꝰ autoꝛitates. et ideo p ꝯſtanti ha-
bendū eſt. Utrū vero p grām tunc ſibi da-
tam ipſam beatitudinem meruerunt ambi-
guum eſt. Quibuſdam em̄ placet quod eā me
ruerunt p grām quā in confirmatione pce-
perunt ſimulqꝫ in eis meritū ⁊ pꝛemiū fuiſ
ſe dicunt. nec meritū pceſſiſſe pꝛemiū tem-
poꝛe ſed cauſa. Alijs aūt videꝰ quod beatitu-
dinem quā receperūt in ꝯfirmatione p gra
tiam tunc appoſitā non meruerūt dicentes
tūc non fuiſſe eis collatam gratiam ad me-
rendum ſed ad beate viuendum. nec tunc
eis datū eſſe bonuꝫ quo mererenꝰ. ſed quo
feliciter fruerenꝰ. Quod aūt tunc in pmiū acce
perunt p obſequia nobis exhibita. ex dei
obedientia et reuerētia mereri dicunt. ⁊ ita
pꝛemium pꝛeceſſit merita. ⁊ hoc mihi ma-
gis placere fateoꝛ.

Iſta eſt diſtinctio. v. huiꝰ ſecundi
libꝛi. In qua magiſter poſtq̄ȝ egit de angeloꝛuꝫ com
muni creatione. incipit modo agere de eoꝛum cōuer
ſione ⁊ auerſione. Et tria facit. Nam pꝛimo agit de
modo conuerſionis ⁊ auerſionis. Secundo de gra-
tia ſupaddita ad actum conuerſionis. Tertio de vſu
grē. ſ. de merito confirmationis. Pꝛimum facit a pn
cipio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Si autem queritꝰ. Secun
dum ab inde vſqꝫ ibi. Hic queri ſolet. Tertium ab in
de vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali In
ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribꝰ ppoſitionibꝰ
quaꝝ pꝛima eſt hec. Sicut aliqui angeli p ſupbiaꝫ
auerſione effecti ſunt mali et excecati. ita alij p cha-
ritatiuā ꝯuerſionē facti ſunt boni ⁊ illuminati. Hanc
ppoſitionem magiſter pꝛobans dicit quod quidam an-
geloꝛum poſt eoꝛum creationem ad deuꝫ conuerſi et
ſibi per charitatē adherentes illuminati ſunt p gra-
tiā. Alij v° auerſi et deum odio habentes excecati
fuerunt. nō quidem ex malicie immiſſione ſed gratie
ſubtractione que. qu[i]dem conuerſio iuſtos fecit ⁊ a-
uerſio iniuſtos. Et ſubdit quod tam cauſa conuerſionis
q̄ȝ auerſionis fuit libertas arbitrij per quam quidā
ipſoꝝ bonū alij vero malum elegerunt. Secunda
ppoſitio eſt hec. Quod boni angeli ſua ꝯuerſione gra-
tiam non operantē ſed cooperantē meruerūt. Hanc
magiſter pbans querit Utrū angelis bonis ad hoc
vt conuerterenꝰ appoſita fuit gratia. Et reſpondet
quod eis fuit appoſita gratia cooperans. ſed nō opans
quia gratia operante q̄ eſt idem quod iuſtificatio impij
non indigebāt eo quod mali non erant Sed indiguerūt
gratia cooperante ſeu pmouente eos ad conuerten
dum ſe ad deum. et hec gratia iuuat ad bonum perfi
ciendum. Et ſubinfert quod q̄uis ipſa gratia cooperās
in poteſtate cadentiū angeloꝝ nō fuit. tñ imputatur
ipſis ad culpam. quia ipſam non recipientes auerſi
ſunt. eo quod ipſam habere poterant ⁊ appoſita eis fuiſ
ſet ſi pſtitiſſent. Tertia ppoſitio eſt hec. Angeli p
cooperantē gratiam eis in conuerſione apppoſitam
non antecedenter ſed conſequenter. beatitudinē me
ruerunt. Hanc magiſter pbans querit. Utrum an-
geli boni in ipſa ſua confirmatione beati fuerunt. et
vtrū in ipſa reꝝ ꝯuerſione beatitudinem meruerūt
Pꝛimum iſtoꝛum queſitoꝛum magiſter ſimplicitꝰ cō-
cedit. Et circa ſecundum recitat opiniones dicens
quoſdam dicere angelos ſuam beatitudinem in ipſa
eoꝛum conuerſione ad deum meruiſſe. ita quod merituꝫ
et pꝛemiū ſimul et ſemel in eis fuerūt. Alios autem
dicit opinantes fuiſſe quod beatitudem quam in ipſa cō
uerſione acceperunt p obſequia que hominibus per
ſtiterunt et pꝛeſtant. meruerunt et merentur. ita quod
pꝛemium nō pꝛeceſſit meritum. Et iſtam opinionem
videtur magiſter fouere. Et tm̄ in ſpeciali.

Quod de maioꝛibus et minoꝛibus qui
dam ceciderunt. inter quos vnus
fuit celſioꝛ. ſ. lucifer. a

PReterea ſciri DI. VI
opoꝛtet. qm̄ ſicut đ maioꝛibꝰ
⁊ de minoꝛibꝰ quidā pſtiterꝰ
ita de vtroqꝫ gradu q̄dā coꝛ
ruerūt. Inter quos vnꝰ fuit oibus alijs ca
dentibꝰ excellentioꝛ. nec inter ſtātes aliq̄s
eo fuit dignioꝛ ſicut teſtimonijſ autoꝛitatū Job
monſtratꝰ Ait em̄ Job. Ipſe pncipium vi- Ezechiel.
arū dei Et in Ezechiele legitꝰ. Tu ſignacu
lum ſimilitudinis plenus ſcientia ⁊ pfectō
ne decoꝛꝰ in delitijs paradiſi dei fuiſti Quod
Gregoꝛius exponens ait. Quanto in eo ſb
tilioꝛ eſt natura. eo magiſ in illo imago dei
ſimilius inſinuatur impꝛeſſa. Item in Eze
chiele legitur. Omnis. lapis pꝛecioſus

operimentũ eius.i.oīs angelus quaſi operimentũ eius erat .quia vt dicit Grego.in alioꝝ compatione ceteris clarioꝛ fuit. vñ vocatus eſt lucifer. ſicut teſtat̃ Eſa. Quõ inquit cecidiſti lucifer qui mane oꝛiebaris ⁊c̃.qui nõ vnus oꝛdo ſed vn⁹ ſpũs accipiẽdus eſt.qui teſte Iſidoꝛo poſtq̃ creat⁹ eſt eminentiã nature ⁊ pfunditatẽ ſcientie ſue perpendẽs in ſuuꝫ creatoꝛẽ ſupbiuit intm̃ ꝙ etiam deo ſe equare voluit. vt in Eſaia dicit̃. In celum aſcendam ſup aſtra celi.et exaltabo ſolium meuꝫ. ⁊ ero ſimilis altiſſimo Similis quidem deo eſſe voluit non p imitationẽ.ſ per equalitatem potẽtie.

Unde ⁊ quo deiectus fuerit merito ſue ſuperbie. b

# Et tante ſupbie me

rito de celo.i. de empireo in quo cum aliꝭ fuerit deiectus ẽ in iſtũ caliginoſũ aerem cũ oībus ſue prauitatis ꝯſoꝛtibus. Naꝫ vt Johẽs ait in Apocal̃. Draco d̃ celo cadẽs ſecum traxit tertiã ptem ſtellaꝝ. quia lucifer ille aliꝭ maioꝛ ;nõ ſolus cecidit. ſed cuꝫ eo alij multi qui ei in malicia conſenſerunt eoſq̃ cadẽtes hui⁹ caliginoſi aeris habitaculum recepit. Et hoc ad nr̃am pbationeꝫ factũ eſt. vt ſit nobis exercitationis cauſa. Vñ apl̃us. Colluctatio eſt nob̃ adũſus pn̄cipes ⁊ ptãtes mũdi hui⁹ ⁊ aduerſus rectores tenebraꝝ.ꝯtra ſpũalia nequicie in celeſtibus. q2 demones qui ſunt ſpirituales et neq̃ in hoc turbulento aere nobis ppinq̃ qd̃ celum appellat̃ habitant. Vñ et diabolus princeps aeris dicitur.

Q2 non eſt ꝯceſſum eis habitare in celo vel in terra. c

# Nõ eni eſt eis con-

ceſſum habitare in celo.q2 clarus locus eſt ⁊ amenus.nec in terra nobiſcũ ne homies nimis infeſtarẽt Sed iuxta apl̃i Petri doctrinam in ep̃la canonica traditam:in aere iſto caliginoſo qui eis quaſi carcer vſq̃ ad tp̃s iudicij deputat⁹ eſt. Tunc autẽ detrudent̃ in baratrũ inferni.ſm illud. Ite maledicti in ignem eternũ qui paratus eſt diabolo et angelis eius.

Q2 demones alij aliꝭ preſunt ⁊ habent etiã alias prelationes. d

# Et ſicut iter bonos

angelos alij aliꝭ pſunt.ita et inter malos alij aliꝭ prelati ſunt ⁊ alij aliꝭ ſubiecti.q̃diu durat mũdus.angeli angelis. demões demonib⁹. hoies hoībus preſunt. Sed in futuro oīs euacuabit̃ platio vt docet apl̃s Habent quoq̃ ſm modũ ſcientie maioꝛis vl̃ minoꝛis plationes alias maioꝛes vl̃ minoꝛes. Quidã em̃ vni puincie alij vni homini.aliqui vni vitio preſunt. Unde dicit̃ ſpũs ſupbie.ſpũs luxurie.et hmõi. quia d̃ illo vitio maxime põt hoies temptare a q̃ nominat̃ Inde etiã eſt ꝙ noie demonis diuitie vocant̃ .ſ.mãmona. Eſt enim mammon nomen demonis. quo nomine vocantur diuitie ſm ſyram linguã. Hoc aũt non ideo eſt ꝙ diabol⁹ in ptãte habeat dare vl̃ auferre diuitias cui velit.ſed quia eis vtit̃ ad hominũ temptationẽ et deceptionem.

An omnes demões ſint in hoc aere caliginoſo. an aliqui ſint in iferno. e

# Solet auteꝫ queri

vtrũ omnes in iſto aere caliginoſo ſint.an aliqui iam ſint in inferno: Q2 in inferno q̃tidie deſcendant aliqui demonũ veriſimile eſt.q2 animas illuc cruciandas deducũt. ⁊ ꝙ illic aliqui ſemp ſint alternatis foꝛte vicibus.non pcul eſt a vero.qui illic animas detinent atq̃ cruciant. Q2 autem aie maloꝛum illic deſcendant atq̃ illic puniant̃. ex eo conſtat ꝙ xp̃us ad inferos deſcendit vt iuſtos qui ibi tenebant̃ educeret. Si enim iuſti illuc deſcendebant. multomagis iniuſti. ⁊ ſicut tradit autoꝛitaſ cũ iuſtos eduxit iniquos ibi reliq̃t. Momoꝛdit em̃ infernũ non abſoꝛbuit.

Quidam putant luciferum eſſe in inferno religatum ex quo temptauit chꝛiſtum et victus fuit queꝫ dicunt pꝛimum hominem temptaſſe et viciſſe. f

# De lucifero autem

quidã opinant̃ ꝙ ibi religatus ſit ⁊ ad noſ temptandos nũc acceſſum nõ habeat. q2 i Apocalipſi legit̃. Cum conſmmmati fuerint mille anni. ſoluetur ſathanas de carcere ſuo et exiet et ſeducet gentes .quod erit nouiſſimo tẽpoꝛe antichꝛiſti qñ erit tanta

tribulatio: vt etiam ſi fieri pōt moueantur electi. Quē ibi religatū dicunt ab eo tēpore quo temptauit chriſtū in deſerto vł i paſſione: ⁊ victus fuit ab eo. Ipm putant primum hoiem temptaſſe ⁊ viciſſe. ⁊ ſecundo deū: ſed ab eo victum eſſe. ⁊ ideo in inferno religatum. Alij aūt putant ex quo cecidit ꝓ pctī ſui magnitudīe illuc fuiſſe dimerſum.

ꝙ lucifer non hꝫ ptātē quā habebit in tpe antichriſti. g

## Sꝫ ſiue in infernū

dimerſus ſit ſiue non. credibile eſt euꝫ non habere ptātem accedendi ad nos quāꝫ habebit in tempe antichriſti. in quo fraudulenter ac violenter operabit̄. ⁊ ideo forte dicitur tunc ſoluendus. qꝛ tunc dabit̄ ei poteſtas a deo temptandi hoīes: quam mō nō habet.

ꝙ demones ſel' victi a ſanctis non accedūt amplius ad alios. h

## Alijs quoqꝫ qui a

ſanctis iuſte ⁊ pudice viuentibus vincūt̄ poteſtas alios temptandi vid̄r adimi. Vn̄ Origenes. Puto inq̄t ſane qꝛ ſancti repugnantes aduerſus iſtos incentores ⁊ vincentes minuāt exercitū demonū. vel vt q̄ſi plurimos eorū interimant. nec vltra fas ſit illi ſpiritui qui ab aliquo ſancto caſte ⁊ pudice viuendo victus eſt impugn̄re iteꝝ aliū hoiem. Hoc aūt putant quidam intelligēdum tm̄ de illo vitio in quo ſupatus eſt. vt ſi de ſupbia aliquē virū ſanctuꝫ temptat et vincit̄. vlterius nō liceat illi illū vel alium de ſupbia temptare.

Origenes

Iſta eſt diſtinctio ſexta hui⁹ ſecūdi libri. In qua magiſter poſtq̄ tractauit de auerſione ⁊ conuerſione bonorū ⁊ malorum angelorū. Incipit agere de conſequentibus auerſionē malorum ſpirituum ad cauſam localem. Et tria facit. Nam primo determinat de ꝓiectione ipſorum in hunc aerem caliginoſum. Secundo de deſcenſu eorum ad infernū. Tertio de confuſione ipſorum cum vincūt̄ in temptationibus hominū. Primuꝫ facit a pncipio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Et ſicut inter. Secundum ab inde vſqꝫ ibi. Alijs quoqꝫ. Tertium vero vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali autem ſentētia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarum pma hec eſt. Lucifer ſupremus angelus ⁊ ſibi de ſingulis ordinibus aſſentiētes ſupbe dei equalitatem appetendo corruerūt. ⁊ in iſto caliginoſo aere ſunt incarcerati. Hanc ꝓpoſitionem magiſter inſinuās ꝓponit ꝙ angeli peccantes de ſingulis ordinibus ceciderunt. inter quos primus peccās ⁊ maioris dignitatis credit̄ fuiſſe lucifer. qui conſiderās eminentiā ſue dignitatis in ſupbiam elatus eſt. Et iſtā ſententiam ꝓbat mgr̄ p beatū Grego. Et ſubdit ꝙ merito ꝓ tanti peccati malicia in hūc caliginoſum aereꝫ cū ſocijs ſuis eſt detruſus. Nam locus celeſtis ꝓpter ſui claritatem eis nō competebat. nec terra: ne nos nimis infeſtarent. ſed ſunt in aere caliginoſo ī ſignū tenebrarum peccati quod eſt in eis. ⁊ ob exercitium noſtrum vt nos temptent. Poſt diem vero iudicij ſimpliciter detrudent̄ in infernum. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. In malis angelis ⁊ bonis vſqꝫ ad finem mundi ſunt pmanentia officia p̄lationis ⁊ ſubiectionis. Hanc magiſter ponens dicit ꝙ inter angelos tā bonos q̄ malos vſqꝫ in diem iudicij eſt ordo p̄lationis. quia qui maioris ſunt ſcientie inter eos maioreꝫ habent prelationem. ⁊ a tali p̄latione quandoqꝫ denominant̄. vt qui p̄eſt vni prouincie dicitur princeps ꝓuincie. qui vero preeſt vni homini dicitur angelus hominis illius. qui vero vni vitio. vtpote quia de illo maxime temptare pmittitur ab illo denominātur vt aliquos dicimus ſpiritus ſupbie. alios vero ſpiritus luxurie. Poſtea querit. Utrum aliqui demones ſint iam in inferno. ſcḋm illud Apocal. Cū ꝯſummati fuerint mille anni ſoluetur ſathanas de carcere ſuo ⁊ exiet ⁊ ſeducet gentes. vn̄ dicit aliquos fuiſſe opinatos ꝙ lucifer temptauit ⁊ vicit primos parentes. Sed poſtq̄ chriſtum in deſerto ⁊ in paſſione tēptās extitit victus ⁊ in infernum religatus fuit. Tempore vero antichriſti iterum exiturus. Alij autem dicunt ꝙ ſtatim cum peccauit ꝓpter peccati ſui magnitudinem in inferuum detruſus fuit. ⁊ tempore antichriſti dicit̄ ſoluendus. qꝛ tunc dabit̄ ei poteſtas tēptandi, quam modo non habet. Tertia ꝓpoſitio ē hec Demones amittunt temptandi facultatem in his vitijs in quibus a ſanctis hominibus pudice viuentibus ſemel fuerint pfecte ſupati. Hanc ꝓpoſitionem magiſter ponens dicit eam fore intelligendam de eodem vitio. ⁊ non ſimpliciter ſaltem ſcḋm opinioneꝫ aliquorum. vt videlicet diabolus victus ab eo quē temptabat de luxuria. nunq̄ poſtea ſuuꝫ victorem de luxuria temptabit. Et tm̄ de ſententia hui⁹ diſtinctionis in ſpeciali.

ꝙ boni angeli adeo ſunt cōfirmati p gr̄am vt peccare non poſſint. et mali ita obdurati in malo vt bn̄ viuere nequeant. a

## Supra dictuꝫ

DI. VII.

eſt ꝙ angeli q̄ ꝑſtiterunt p gr̄aꝫ confirmati ſunt. ⁊ qui ceciderūt a gratia dei deſerti ſunt. Et boni quidem intantū confirmati ſunt p gratiam ꝙ peccare nequeunt. Mali vero p maliciaꝫ adeo ſunt obſtinati ꝙ bonam voluntatem habere ſiue bene velle non valent. ⁊ ſi bonum ſit qḋ aliquando volunt. Uolunt eīm aliquando aliquid fieri quod deus vult fieri. ⁊ vtiqꝫ illud bonum eſt ⁊ iuſtum fieri. nec tm̄ bona voluntate illud volunt.

ꝙ vtriqꝫ liberū arbitrium habent nec tamen ad vtrunqꝫ flecti poſ-

ſunt. b

Sed cum nec boni peccare poſſunt nec mali bene velle. vl' bñ opari. videt̄ q̄ iam non habeant liber̄ arbitrium. q2 in vtrāq̄ ptem flecti non pñt cum liberū arbitriū ad vtrunq̄ ſe habeat.

Hiero Unde Hiero. in tractatu de pdigo filio dicit. Solus deus eſt in quem peccatum cadere non pōt. cetera cum ſint liberi arbitrij in vtrāq̄ ptem flecti poſſunt. Hic videt̄ dicere q̄ oīs creatura in libero arbitrio cōſtituta flecti poteſt ad bonum ⁊ ad maluz. Qd ſi ē. ergo ⁊ boni angeli ⁊ mali ad vtrūq̄ flecti poſſunt. ergo ⁊ boni poſſunt fieri mali. ⁊ mali boni? Ad quod dicimus. quia boni tanta gratia confirmati ſunt vt neque ant fieri mali. ⁊ mali in malicia adeo obdurati ſunt vt non valeant fieri boni. ⁊ tamen vtriq̄ habent liberū arbitriū. quia ⁊ boni non aliqua cogente neceſſitate: ſ ppria ac ſpontanea voluntate p grām quidē adiuti bonum eligunt ⁊ malum reſpuūt. ⁊ mali ſimiliter ſpontanea voluntate a gratia deſtituti bonum vitāt ⁊ maluz ſequunt̄. ⁊ mali habent liberū arbitrium: ſed depſſum atq̄ corruptum q̄ ſurgere ad bonum non valent.

Q boni poſt cōfirmationē liberius arbitriū habent q̄ ante. c

Boni vero arbitrium habent multo liberius poſt cōfirmationem q̄ añ. Ut enim Aug⁹. tradit in encħ. Non ideo carēt libero arbitrio q2 male velle nō pñt. multo quippe liberius ē arbitriū quod non poteſt ſeruire peccato Neq̄ culpanda eſt voluntas. aut voluntas non eſt aut libera dicenda non eſt. quia beati eē ſic volunt. vt eſſe miſeri non ſolum nolint: ſed nec prorſus velle poſſunt. Nō poſſunt ita q̄ boni angeli velle malum vel velle eē miſeri. neq̄ hoc habent ex natura: ſed ex gratie beneficio. Ante grē nanq̄ ꝯfirmationez potuerunt peccare angeli. ⁊ q̄dā etiam pec

Auguſti. cauerunt ⁊ demones facti ſunt. Uñ aug⁹. in li. contra Maximinū. Creatura⁊ natura celeſtiū mori potuit. quia peccare potuit. Nam angeli peccauerūt: ⁊ demones facti ſunt. quoꝝ diabolus eſt pnceps. ⁊ qui nō peccauerūt: peccare potuerūt. ⁊ cuicūq̄ creature rationali pſtatur vt peccare nō poſſit. nō eſt hoc nature ppꝛie: ſ dei grē. Ideoq̄ ſolus deus eſt qui nō grā cuiuſq̄ ſed natura ſua nō potuit. nec poteſt nec poterit peccare. Ecce hic inſinuatur q̄ angeli ante confirmationem peccare potuerunt. ſ poſt confirmationē nō poſſunt. ⁊ q̄ potuerunt fuit eis ex libero arbitrio: qđ ē eis naturale. Q vo modo non poſſunt peccare: non eſt eis ex natura. id eſt libero arbitrio. ſed ex gratia ex qua gratia etiam eſt vt ipſum liberum arbitrium iam non poſſit peccato ſeruire.

Q poſt ꝯfirmationē angeli nō poſſunt ex natura peccare ſicut ante. nō q̄ debilitatū ſit eoꝝ liberū arbitrium ſed confirmatū d

Nō ergo poſt confirmationem angeli de natura ſicut añ peccare potuerunt. non q̄ liberum arbitriū eorum debilitatum ſit p gratiam: ſed ita potius confirmatum. vt iam p illud nō poſſit bonus angelus peccare. qđ vtiq̄ nō eſt ex libero arbitrio: ſed ex gratia dei. Q ḡ Hiero. ait. Cetera cuz ſint liberi arbitrij poſſūt flecti in vtrāq̄ partem. accipi oportet ſm ſtatum in quo creati ſunt. Talis enim ⁊ hō ⁊ angelus creatus eſt: qui ad vtrāq̄ flecti poterat. ſed poſtea boni angeli ita p grām ſunt confirmati: vt peccare non poſſint. et mali ita in vitio obdurati vt bene viuē nequeant. Similiter etiam illud Iſid. intelligendum eſt. Angeli mutabiles ſunt natura immutabiles ſunt gratia. quia ex natura i primordio ſue conditionis mutari potuerunt ad bonum ſiue ad maluz. ſed poſt per gratiam ita bono addicti ſunt: vt inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia: non natura.

Aplt quō ꝑdicta verba Hiero. ſint intelligenda

Q angeli mali viuacem ſenſum non perdiderunt et quibus modiſ ſciant. e

Et licet mali angeli ita p maliciam ſint obdurati: viuaci tamē ſenſu non ſunt penitus priuati. Naz vt tradit Iſidorus triplici acumine ſcientie vigent demones. ſcilicet ſubtilitate nature. experientia temporum. reuelatiōe ſupnoꝝ

Auguſti. ſpirituū. De hoc etiam Aug⁹. ait. Spirit⁹ mali quedam ꝟo de tempalibus reb⁹ noſcere pmittunẗ. partim ſubtilitate ſenſus. partim expientia temporū callidiores propter tam magnam longitudinem vite. partim ſanctis angel': qꝺ ipi ab oipotenti deo diſcunt iuſſu eius ſibi reuelantib⁹. Aliqn̄ idem nefandi ſpūs ꝛ q̄ acturi ſunt velut diuinando p̄dicunt.

Ꝙ magice artes virtute et ſcientia diaboli valent. que virtus et ſcia eſt ei data a deo vel ad fallēdū malos. vel ad monendū vel exercendum bonos. f

# Quorū ſcientia at=

ꝗ ꝟtute etiam magice artes exercenẗ. quibus tn̄ tam ſcientia ꝗ ptās a deo data eſt. vel ad fallendū fallaces. vel ad monendū fideles. vel ad exercendam pbandamꝗ iuſtorum patientiam. Unde Aug⁹. in libro iij. de trini. Uideo inquit infirme cogitationi quid poſſit occurrere. cur .ſ. iſta miracula etiam magicis artibus fiant. Nam et magi pharaonis ſerpentes fecerunt et alia ſed illud eſt amplius ammirandu3 quomō magorum potentia que ſerpentes facē potuit vbi ad muſcas minutiſſimaſ .ſ. cinifes ventum eſt. omnino defecit. qua tertia plaga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerūt magi dicentes. Digitus dei eſt hic. Unde intelligi datur nec ipos quidē tranſgreſſores angelos ꝛ aereas poteſtates in imam iſtam caliginem tanꝗ in ſui generis carcerem ab illius ſublimis etheree puritatl habitatione detruſos. per quos magice arteſ poſſunt quicquid poſſint. non aute3 aliq̄d valere poſſunt: niſi data deſuper poteſtate Datur autē vel ad fallendum fallaces: ſic̄ in egyptios. ꝛ in ipos etiam magos data ē vt in eorum ſpirituū operatione viderenẗ ammirandi a quibus fiebant damnādi. vł ad monendū fideles. ne tale aliquid facere p magno deſiderent. pꝑter quod etiā nobis in ſcriptura ſunt pdita. vel ad exercendam pbandam manifeſtandamꝗ iuſtorū patientiā.

Ꝙ tranſgreſſoribus angelis nō ſeruit ad nutum materia rerum viſibilium. g

# Nec putādum eſt

iſtis tranſgreſſoribus angelis ad nutū fuiſſe hanc viſibiliū rerum materiā: ſ; deo potius a quo h ptās daẗ ꝗtū incōmutabilis iudicat.

Ꝙ non ſunt creatores licet per eos magi ranas et alia fecerunt. ſed ſolus deus. h

# Nec ſane creatoreſ

illi mali angeli dicendi ſunt. q2 p illos magi ranas ꝛ ſerpentes fecerunt. non eni3 ipi eas creauerunt. Oim quippe rerū que corporaliter viſibiliterꝗ naſcunẗ occulta quedam ſemina incorporeis mundi huius elementis latent: que deus originaliter eis indidit. Ipe g̃ creator eſt oim rerū qui creator eſt inuiſibilium ſeminū. q2 quecūꝗ naſcendo ad oculos nr̄os exeunt ex occultis ſeminibus accipiūt pgrediendi hic p̄mordia ꝛ incrementa debite magnitudis diſtictionesꝗ formarū ab originalibus (vt ita dicam) regulis ſumunt.

*De ſeminib⁹ oīm corporū quorum creator ipe ſolus creator eſt*

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricole frugum. ita nec boni angeli nec mali et ſi p eorum miniſteriū fiant creature. i

# Sicut ergo nec pa=

rētes dicimus creatores hominū. nec agricolas creatores frugum ꝗuis eorum extriſecus adhibitis motibus iſta creanda dei virtus interius opereẗ. ita non ſolum malos. ſed nec bonos angelos fas eſt putare creatores. S3 p ſubtilitate ſui ſenſus ꝛ corporis ſemina iſtarū rerum nobis occultiora nouerunt. ꝛ ea p congruas temperationes elementorū latenter ſpargunt. atꝗ ita ꝛ gignendarū rerum ꝛ accelerandorum incrementorū p̄bent occaſiones. S3 nec boni hoc: niſi quantū deus iubet: nec mali h̄ iniuſte faciūt: niſi ꝗtu3 iuſte ipe permittit Nam iniqui malicia voluntatē ſuā habet iniuſtam. ptātem aūt non. niſi iuſte accipit ſiue ad ſuam penā. ſiue ad aliorū. vł penā malorū. vel laudem bonorū.

*Iniquus habet a ſe volūtatem malam a deo ꝟo poteſtatem iuſte accepit*

Sicut iuſtificationem mentis ita creationem rerum ſolus de⁹ opatur. licet creatura extrinſecus ſeruiat. k

Sicut ergo mentē noſtram iuſtificando formare nō poteſt:niſi deus. p̄dicare autem extrinſecus euāgelium etiam homīes poſſunt: non ſolum boni ꝑ veritatem:ſed etiam mali ꝑ occaſionē. ita creationem rerū viſibiliū deus interi⁹ operat̄. Exteriores autem opatiōes atq̄ contempationes ſiue occaſiones ab angel̄ tam bonis q̄ malis vel etiam hominibus adhibent̄. Sed hec ab hominibus tanto difficilius adhibent̄: quantum eis deſunt ſenſuum ſubtilitates. ꝛ corporū mobilitates ī membris terrenis ꝛ pigris. Unde qualib⁹cunq̄ angelis vicinas cauſas ab elemētis contrahere quanto facilius eſt. tanto mirabiliores in hmōi opibus eorū exiſtunt celeritates. ſ nō eſt creator niſi q̄ p̄ncipalit̄ iſta format. nec quiſq̄ hoc poteſt:niſi vn⁹ creator deus. Aliud eſt em̄ ex intimo ac ſummo cauſaꝝ cardine condere ac miniſtrare creaturam. qd̄ facit ſolus creator deus. Alius aūt ꝑ diſtributis ab illo viribus ac facultatibus aliquam opationem forinſecus admouere. vt tunc vel tūc. ſic vel ſic. exeat qd̄ creat̄. Iſta quippe originaliter ꝛ p̄mordialiter in q̄dam textura elementorū cūcta iā creata ſunt. ſed acceptis opportunitatibus poſtea ꝓdeunt.

Q angeli mali multa pn̄t ꝑ nature vigorem. que non poſſunt ꝓpter bonorum angelorum et dei prohibitionem. id eſt. quia non ꝑmittūtur. l

Illud quoq̄ ſciendum eſt q̄ angeli mali q̄dam poſſunt ꝑ nature ſubtilitatem: que tn̄ non pn̄t ꝓpt̄ dei vel bonorū angelorū ꝓhibitionem .i. q2 ñ ꝑmittunt̄ illa facere a deo vel ab angel̄ bonis. poſſent vtiq̄ feciſſe cinifes q̄ ranas ſerpenteſq̄ fecerunt. Quidā v̄o nō poſſunt facere. etiam ſi ꝑmittant̄ ab angelis ſuperioribus. q2 non ꝑmittit deus. Un̄ Aug⁹. in li. iij. de tri. Ex ineffabili potentatu dei fit. vt quod poſſent mali angeli ſi ꝑmitterent̄: ideo non poſſunt. q2 non ꝑmittunt̄. Neq̄ em̄ occurrit alia ratio cur non poterant facere cinifes qui ranas ſpenteſq̄ fecerunt. niſi q2 maior aderat dominatio ꝓhibentis dei ꝑ ſpūmſanctum. quod etiam magi confeſſi ſunt dicentes. Digitus dei eſt h̄. Quid

Auguſti. Quare ñ potuerūt producere cinifes q̄ ranas ꝛ ſpētes fecerunt.

aūt ꝑ naturam poſſint. nec poſſunt ꝓpt̄ ꝓhibitionem. ꝛ q̄d ꝑ ipſius nature ſue conditionem. facere non ſinant̄: homi explorare difficile eſt: imo impoſſibile. Nouimus hominem poſſe ambulare. ꝛ neq̄ h̄ poſſe ſi nō ꝑmittat̄. volare aūt non poſſe: etiam ſi permittat̄. Sic ꝛ illi angeli quedam pn̄t facere ſi ꝑmittant̄ ab angelis potentioribus ex imperio dei. Quedam v̄o non poſſunt etiam ſi ab eis ꝑmittant̄. q2 ille non ꝑmittit a quo eſt illis talis nature modus. qui etiā ꝑ angelos ſuos illa plerūq̄ non permittit. que conceſſit vt poſſint.

Iſta eſt diſtinctio. vij. hui⁹ ſecundi libri. In qua mgr̄ poſtq̄ egit de ꝑtinētibus ad caſum angeloꝝ localem agit de ꝑtinentibus ad eorum caſum ſpūalem. Et tria facit. Nam p̄mo oñdit qualiter liberum arbitriū etiam poſt lapſum retinuerūt Secundo qualiter intellectus viuacitatem poſt caſū non amiſerunt. Tertio qualiter omnia que poſſent ideo quia deus non ꝑmiſit implere non potuerunt. Primum facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq̄ ibi. Et licet mali angeli. Secundū vſq̄ ibi. Illud quoq̄ ſciendum eſt. Tertium vſq̄ ad finem diſtinctionis. Et tātum in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarum p̄ma eſt hec. Q licet angeli boni in gratia confirmati non poſſunt peccare. ꝛ mali in malicia obſtinati non poſſunt benefacere. Hoc tamen minime aufert alicui arbitrij libertatem. Hanc magiſter inſinuans dicit q̄ nec mali angeli poſt peccatū poſſunt benefacere. nec boni poſt eorum confirmationem poſſunt peccare. Contra qd̄ dictum obijciens dicit q̄ ſi boni angeli non poſſunt peccare. ergo non habent arbitrij libertatem. tenet conſequentia per dictum beati Hieronymi dicentis q̄ omnis creatura habens liberum arbitriū eſt vertibilis in bonum ꝛ malum. Cui obiectioni reſpondet ꝛ dicit. q̄ q̄uis boni angeli peccare non poſſunt. nō tamen propterea ſunt minus liberi. quia nō coacte: ſed libere ꝛ ſpontanee immutabiliter bonū eligunt. ꝛ hoc ex gratia non a natura. ꝑ quod ſoluit dictum beati Hiero. dicentis ipm̄ loqui de libero arbitrio gratia non confirmato:ſed p̄ciſe in ſua natura conſiderato. Et oppoſitum arguit ꝛ ſoluit de demonib⁹.

Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Quāuis angeli mali ī quibus eſt natural̄ cognitionis ꝑſpicacitas aliqua faciūt mirabilia ꝑ hoc nō ꝓbat̄ eis ineſſe creandi facultas. Hanc mgr̄ ꝓbat dicens demones hr̄e triplicem ſcientiā .ſ. vnā ex ſubtilitate nature. aliā ex tempore ꝛ diuturnitate. tertiā ex bonorum angelorū reuelatione. Et hoc ꝓbat autoritate Iſidori ꝛ b. Auguſtini. Et ſubdit q̄ demonum ſcientia ꝛ arte fiunt artes magice. deo tamen talia ꝑmittere volente ad fallendum fallaces ꝛ monendū fideles. ſeu ad exercitādum iuſtos ꝛ ꝓbos. In q̄bus q̄dem artibus magicis materia rerum viſibilium non ſeruit demonib⁹ ad nutum. ſed ſolum intantum quantum deus ꝑmittit. Et infert q̄ q̄uis demones quandoq̄ aliqua noua ꝛ mirabilia deo permittente operantur ſeu faciunt. non tamen ꝓpter hoc dicendi ſunt creatores. quia illa noua que producunt non niſi ex rerū virtutibus a deo eis inditis quaſi ex quibuſdam ſeminibus educūt eo q̄ ad talium ꝓductionem niſi inſtrumētaliter quodāmodo ſe habent ſicut agricole ad produ-

ctionem fructuum. ⁊ predicatores ad illuminationē mentium. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Demōes multo maioꝛa mala ⁊ plura poſſent facere ꝙ faciūt. niſi deus ⁊ angeli boni eos facere talia ꝓhiberēt. Hāc mgr̄ ꝓbat ꝑ hoc ꝙ magi pharaonis ita bū potuiſſēt miniſterio demonū feciſſe cinifes ſicut fecerūt ranas ſi deus talia oꝑari nō ꝓhibuiſſet. Et tm̄ de ſentētia in ſpēali.

**Utrū angeli omnes corporei ſint. qꝺ quibuſdam viſum eſt quibus Auguſtinus conſentire videt̄ dicens angelos oēs an̄ caſum habuiſſe corpora tenuia et ſpūalia ſed ī caſu mutata in deterius malorum corpora. vt in eis poſſent pati.** a

DI. VIII.

**SOlet etiam in** queſtione verſari apud doctos vtrū angeli omēs boni .ſ. ac mali corporei ſint .i. corꝑa habeant ſibi vnita. Quod aliqui putant innitentes ꝟbis Auguſtini ꝗ dicere videt̄ ꝙ angeli omēs ante ꝯfirmationē vel lapſum corpora aerea habuerint de puriori ac ſuꝑiore aeris ꝑte formata. ad faciendum abilia nō ad patiendū ⁊ angelis bonis qui ꝑſtiterunt talia ſūt obſeruata corpora. vt in eis poſſint facere: et non pati. que tāte ſunt tenuitatis vt a mortalibus videri non valeant. niſi ſuperveſtita aliqua groſſiori forma. qua aſſumpta videntur depoſitaq; videri deſinūt. Angelis ꝟo malis mutata ſunt in caſu corpora ī deteriorem q̄litatem ſpiſſioris aeris. Sic̄ eniꝫ a loco digniori in inferiorem locū .i. in caliginoſum aerem deiecti ſunt. ita illa corpora tenuia mutata ſunt ⁊ transformata in deteriora corꝑa ⁊ ſpiſſiora. in q̄bus pati poſſent in ſuꝑiori elemento .i. ab igne. Et hoc Aug᷒. ſenſiſſe vid̄r ſuper Gen̄. ita dicens. Demones dicunt̄ aerea animalia. qui corporū aereorū natura vigent. nec ꝑ mortem diſſoluunt̄. quia ꝑualet in eis elementum aptius ad faciendū q̄̄ ad patiendū. Ad patiendum em̄ humor ⁊ humus. Ad faciendum aer ⁊ ignis aptitudinem ꝑhent. Trāſgreſſores ꝟo angeli cum principe ſuo nūc diabolo tunc archangelo. nō miruꝫ ſi poſt peccatum in hanc caliginem detruſi ſunt. Neq; etiā hoc mirū eſt ſi cōuerſi ſunt ex pena in aeream q̄litatem qua poſſunt ab igne pati. Caliginoſa tm̄ aeris tenere tm̄ ꝑmiſſi ſunt q̄ eis quaſi carcer ſit vſq; ad tꝑs iudicij. Ecce his ꝟbis videt̄ Aug᷒. ita tradere ꝙ q̄dam opinant̄ de corporibus angelorū

Augu. in ij. li. retractationum. quodaꝫ loco dixit demones aliqn̄ hoīm diſpoſitiōes nō ſolū voce ꝓlatas verū etiaꝫ cogitatiōe cōceptas cū ſigna q̄dā ex animo exꝑmunt̄ in corꝑe tota facultate perdiſcere. Tūc rē dixi occultiſſimā audaciori aſſertōe ꝙ d́bui. Naꝫ peruenire iſta ad noticiā demonum ꝑ nōnulla exꝑimenta cōpertum eſt Siotriq; q̄dā ſigna dent̄ ex corꝑe cogitātium illi ſenſibilia. nos auertentia. an alia vt ſpūalia iſta cognoſcāt. Aut difficile ab hoībuſ aut nulla tenus pōt inuenire

Hoc autem eum alij dixiſſe aſtruūt non ita ſentiendo: ſed opinionem aliorū referēdo. quod ex ipſius verbis dijudicare volunt. quibus ait. Demones dicunt̄ aerea aīmalia: non ait ſunt. ita enim q̄dam dicebant. De habitatione ꝟo caliginoſi aeri in queꝫ detruſi ſunt: non opinando: ſed rei veritatē aſſerendo eum tradidiſſe dicunt. quod ipi᷒ locutionis diſtinctio oſtendit. Dicūt quoq; plurimos catholicos tractatores in hoc conueniſſe atq; id concorditer docuiſſe: ꝙ angeli incorporei ſint: nec corpora habent ſibi vnita. Aſſumunt autem aliqn̄ corpora deo ꝑparante. ad impletionem miniſterij ſui ſibi a deo iniuncti. eademq; poſt expletionem deponunt. in q̄bus corporibus hominib᷒ apparuerūt atq; locuti ſunt. Et aliquando q̄dem locuti ſunt ex ꝑſona dei ſine diſtinctione alicuius perſone. Aliquando ex perſona patris vel filij ſiue ſpiritusſancti.

**Ꝙ deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.** b

**Nec dubitandum** eſt deū in corꝑalibus formis apparuiſſe hominibus. ſicut Auguſtinus in .ij. li. de tri. oſtendit conferens diuerſa ſcripture teſtimonia. ex quibus deum in corporeis figuris hominibus apparuiſſe probat. et aliqn̄ ex ꝑſona dei ſine diſtinctione. aliquādo ſb̄ diſtinctione perſonarum ſermonem eis factum eſſe.

**De perplexa queſtione quam ponit Auguſtin᷒ querens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua ſit formata an angeli qui ante erant miſſi. et ſi ipi miſſi ſunt. vtrū ſeruata ſui ſpiritual̄ corporis qualitate aliquaꝫ ſpeciem corꝑalem de corpulētiori materia aſſumpſerint an ꝓprium corpus ſuū mutauerint in ſpecieꝫ actioni ſue aptam.** c

**Sed vbi deum ho**minibus in corporalibus imaginib᷒ apparuiſſe aſſerit. perplexam queſtionem ꝓponit quam nec abſoluit querens. vtruꝫ in il-

Deū nemo vidit vnq̄ʒ Iohēs
Dē viſibile mutabile eſt

lis corporalibus apparitionibus creatura
aliqua crearet̃ ad illud opus tantū in qua
deus hominibus appareret. an angeli q̄ ā
erant ita mitterent̃ vt manentes in ſuis ſpi
ritalibus corpib⁹ aſſumerēt ex corpulenta
inferiorū elementoꝝ materia aliquā ſpeciē
corpalem: quam coaptatā q̄ſi aliquam ve
ſtem mutarent in quaſlibet ſpecies corpo=
rales veras quidem. an corpus ſuū ꝓpꝛium
ꝟterent in ſpecies aptas actionibus ſuis ꝑ
Auguſti. ꝟtutem ſibi a deo dataʒ. Ait eñ ita Augu
ſtinus in .iij. li. de tri. Querendum eſt in il=
lis antiquis corporalibus formis ⁊ viſis:
vtrum ad hoc opus tantū creatura forma=
ta ſit in qua deus ſicut tunc oportuiſſe indi
cauit humanis oſtenderet̃ aſpectibus. an
angeli qui iam erant ita mittebant̃: vt ex ꝑ
ſona dei loquerent̃ aſſumentes corporaleʒ
ſpeciem de creatura corporea ſin vſum mini
ſterij ſui. aut ipm corpus ſuum cui non ſub
duntur: ſed ſubditum regunt mutantes at=
q3 vertentes in ſpecies quas vellent acco=
Concedendū ē āgelos mitti ſed reliq̄ expediri nō ſufficit. modatas atq3 aptas actionib⁹ ſuis ſm at=
tributam a creatore ſibi potentiam. Sed fa
teor excedere vires intentionis mee. vtruʒ
angeli manente ſpūali ſui corporis qualita
te. ꝑ hanc occultius opantes aſſumant ex
inferioribus elementis corpulentiorib⁹ qđ
ſibi coaptatum q̄ſi aliquam veſtē mutēt et
ꝟtant in quaſlibet ſpecies corporales ⁊ ip
ſas veras. ſicut aqua vera in vinum veruʒ
ꝯuerſa eſt a dño. An ipa ꝓpꝛia corpa ⁊ ſua
tranſforment in id quod volunt accōmoda
tum ad id quod agunt. Sed quod hoꝝ ſit
qm̄ hō ſum: nullo experimento compꝛehen=
dere valeo. ſicut angeli qui hoc agūt. Attē
de lector q2 queſtionem ꝓpoſitam non ſol=
uit: ſed indiſcuſſam reliquit. vtrū angeli q̄
mittebant̃ ſeruatis ſuis ꝓpꝛijs ſpiritalib⁹
corporibus ſupueſtirent̃ aliqua corpulen
tiori ſpecie in qua poſſent videri: an ipſum
corpus mutarent ⁊ tranſformarēt in quam
cunq3 vellent ſpeciem in qua poſſent cerni
In quibus ꝟbis videt̃ Aug⁹. atteſtari an
gelos eſſe corporeos ac ꝓpꝛia ac ſpiritualia
habere corpa.

## Q deꝰ in ſpecie qua ē deꝰ nūq̄3 mortalibus apparuit. d

Ceteruʒ hec velut
nimis ꝓfunda atq3 obſcura relinquētes: il
lud indubitant̃ teneamus. q̄ deꝰ in ſpecie
eſſentie ſue nūq̄3 mortalib⁹ apparuit. ſicꝫ fa=
mulo ſuo Moyſi dicit. Nō videbit me hō
⁊ viuet. Et in euāgelio Ioh. legit̃. Deum
nemo vidit vnq̄3. Viſibile eñ quicq̄3 non
eſt qđ non ſit mutabile. Idō ſubſtātia ſiue eſ
ſentia dei qm̄ nullo modo mutabil' eſt. nul=
lo modo ꝑ ſeipam viſibilis eſt. Proinde il
la omnia que patribus viſa ſunt cum deuſ
illis p̄ſentaretur: ꝑ creaturaʒ facta manife
ſtum eſt. Et ſi nos latet quō ea miſtris an=
gelis fecerit deus. ꝑ angelos tñ facta eē di
cim⁹. Audeo g̃ fiducialiter dicere nec deuʒ
patrem. nec ꝟbum eius. nec ſpūm eius qui
eſt vnus deus. ꝑ id qđ eſt atq3 idipm ē vl=
lo modo eſſe mutabilem. ac ꝑ hoc multomi
nus eſſe viſibilem.

## Vtrū demones intrent corpa hominū ſubſtantialiter. an illabant̃ mentibus hoim. e

Illud etiā conſide=
ratione digniſſimū videt̃. vtruʒ demones
ſiue corporei ſiue incorporei ſint hoīʒ ſbſtā
tialiter intrent corpa. eorumq3 animab⁹ il=
labantur. an ideo intrare dicant̃. quia ma=
licie ſue ibi effectum exercent dei ꝑmiſſione
opprimendo atq3 vexando eas. vel in pec=
catum ꝓ voluntate ſua trahendo. Q in ho
mines introeant atq3 ab eis expulſi exeant
euangelium apte declarat cōmemorās de
monia in quoſdam ingreſſa ⁊ ꝑ chꝛiſtū eie
cta. ſed vtrum ſm ſubam fuerint ingreſſa:
an ꝓpter mali effectum dicant̃ ingreſſa: nō
adeo ꝑſpicuum eſt. De hoc aūt Gennadi⁹
in diffinitionibus eccl'iaſticoꝝ dogmatum
ait. Demones ꝑ energiam opationem non
credimus ſubſtantialiter illabi aīe: ſed ap=
plicatione ⁊ oppreſſione vniri. Illabi autē
menti illi ſoli poſſibile eſt q̄ creauit. q̄ natu=
ra ſubſiſtens incorporeus capabil' ē ſue fa=
cture. Ecce hic vid̄r inſinuari q̄ ſubſtātia=
liter non illabāt̃ demones vel introeāt cor
da hoim. Beda q̄3 ſuꝑ illū locū Act. aplo
Beda rum vbi Petrus ait Ananie. Cur tempta
uit ſathanas cor tuum: dicit. Notanduʒ q̄
mentem homis iuxta ſubſtantiaʒ nihil im
plere poſſit: niſi creatrix trinitas. q2 tantū=
modo ſm opationem ⁊ volūtatis inſtictū
anima de his que ſunt creata implet̃. Im=
plet ꝟo ſathanas cor alicui⁹: non q̄dem in=
grediens in eum ⁊ in ſenſum eius: neq3 in=
troiens aditum cordis. ſiquid eſt poteſtas
hec ſolius dei eſt. ſed callida ⁊ fraudulenta

deceptione animam in effectū malicie trahens p cogitationes ⁊ incentiua vitiorum quibus plenus eſt. Impleuit ergo ſathanas cor Ananie non intrando: ſed malicie ſue vires inſerēdo. Idem ſpūs immūdus flamma ꝟtutum de cordibus fideliū expulſis. doctoribus veritatis venenū pſecutionis infundit. His autoritatibꝰ oſtendit ꝙ demones non ſubſtantialiter intrant corda hominū. ſed ꝓpter malicie effectum. de quibus pelli dicuntur. cum nocere non ſinuntur.

**Iſta eſt diſtinctio. viij. huiꝰ ſecūdi libri.** In qua mgr̄ poſtq̄ egit de angel' quo ad eorum caſum localem ⁊ ſpūalē. agit de eis quo ad corporum aſſumptionem. Et tria circa hoc facit. Nam pmo inquirit an angeli habeant corpa ſibi vnita Secundo oſtendit qualiter eis habentibꝰ fiat angeli apparitio. Tertio oſtendit qualiter operant̄ circa aīas ⁊ corpora noſtra. Primum facit a pncipio diſtictionis vſq₃ ibi. Nec dubitandū eſt. Scdm vſq₃ ibi. Illud etiam conſideratione. Tertium ꝟo vſq₃ ad finē diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpēali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū pma ē hec

Angeli non ſunt corpales q̄uis corpora ſibi aſſumunt aerea ꝓ explendo circa nos aliquo ope miniſteriali. Hanc ꝓpoſitionem mgr̄ ꝓbans q̄rit. Utrū angeli ſibi habent corpora naturaliter vnita? Et reſpondet ꝙ quidam opinati ſunt eos habere corpora aerea: que in demonibus ante peccatum fuerūt ſubtiliora ⁊ puriora ⁊ impaſſibilia. poſt peccatū aūt facta groſſiora etiā ab igne corpali paſſibilia. ⁊ hoc cōfirmant autoritate. b. Auguſtini. Alij ꝟo dicūt eos naturaliter fore incorporeos. ⁊ beatū Auguſtinum allegatū in contrariū aſſerunt magis fuiſſe locutum inq̄ſitiue q̄ determinatiue. Et ſubdit ꝙ licet angeli icorporei aſſumunt tamen q̄nq₃ corpa. q̄nq₃ viſibilit̄ aliq̄d opant̄ circa nos. ⁊ poſt opis completionē illa deponunt. Uñ in talibus corporibꝰ hominibus pluries apparuerunt ⁊ locuti ſunt aliq̄n in pſona patris. aliq̄n in pſona filij. aliquando in pſona ſpūſſancti.

Secunda propoſitio eſt hec. Q deus aliquando in formis corpalibus apparuit. Hāc ꝓbat magiſter autoritate beati Auguſtini. Uñ mouet q̄ſtionem circa hec. ſ. vtrum deus corpaliter apparens de nouo ſemp̄ creauit illud corpus in quo apparuit. Et vtrū angeli corpaliter apparentes. dato ꝙ ſint corporei tm̄ in ſuis corporibus appareant. vl' alia corpora aſſumant magis groſſa ex viſibilium rerum materia. ⁊ an illam ad placitum in quamlibet tranſſumant diſpoſitionem. Iſtam magiſter relinquit inſolutā. Et poſtea dicit ꝙ diuina eſſentia nūq̄ potuit nec poteſt videri vt eſt. quia omne viſibile mutabile eſt. Cū ergo eſſentia dei ſit immutabilis. quid aliud ſupereſt q̄ ꝙ ſit etiam inuiſibilis. Tertia ꝓpoſitio eſt hec Spūs maligni p quendam effectum poſſunt q̄nq₃ illabi hominibus. nō illapſu eſſentiali. Hanc magiſter ꝓbans querit. Utrū demones ſiue ſint corporei ſiue incorporei intrēt ſubſtantialiter corpora hominū vel ſolum dominant̄ in malicie effectum. Et rñdens dicit ꝙ ſolus deus menti humane illabit̄. ⁊ ꝙ diabolus ingredi dicit̄ corpa. hoc eſt ſolū p effectū malicie qđ ꝓbat autoritatibꝰ Gregorij ⁊ Bede q̄ patent in textu. Et tm̄ in ſpēali.

**De ordinū diſtinctiōe qui et quot ſint.** DI. IX
a

**P**Oſt predicta ſupeſt cognoſcere de ordinibꝰ angeloꝝ quid ſcriptura tradat Que in pluribꝰ locis nouem eſſe ordīes angelorū ꝓmulgat. ſ. angelos. archangelos. pncipatꝰ. ptātes. ꝟtutes. dominationes. thronos. cherubin ⁊ ſeraphin. Et inueniūtur in iſtis ordinibus tria terna eſſe. ⁊ in ſingulis tres ordines. vt trinitatis ſimilitudo in eis inſinuet̄ impreſſa. Unde Dionyſius tres ordines angelorū eſſe tradit. ternos in ſingul' ponens. Sunt em̄ tres ſuperiores. tres inferiores. tres medij. Supiores ſeraphin. cherubin. throni. Medij. dominationes. pncipatus. ptātes. Inferiores. virtutes. archangeli. angeli. Dionyſi.

**Quid appellet̄ ordo. et que ſit ratio nomis cuiuſq₃.**
b

**Hic conſiderandū** eſt quid appelletur ordo. Deinde vtrū ab ipa creatione fuerit diſtinctio illorum ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo celeſtium ſpirituū qui inter ſe in aliquo munere gratie ſimilantur. ſicut ⁊ in naturaliū datorum munere conueniunt. Ut verbi gr̄a. Seraphin dicuntur qui pre alijs ardēt charitate. Seraphin enim interp̄tatur ardens vel ſuccendens. Cherubin qui p̄ alijs in ſcientia eminent. Cherubin em̄ interp̄tatur plenitudo ſcientie. Thronus dicitur ſedes. Throni autem vocantur (vt beatus Gregorius ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur. vt in eis ſedeat deus: ⁊ p eos iudicia decernat atq₃ informet. Dominationes vocātur qui pncipatus ⁊ poteſtates tranſcendunt. Principatus dicunt̄. q̄ ſibi ſubiectis que ſunt agenda diſponunt. eiſq₃ ad explenda diuina myſteria pncipantur. Poteſtates nominant̄ hi qui hꝯ ceteris potentius in ſuo ordine acceperunt. vt virtutes aduerſe eis ſubiecte eorum refrenentur poteſtate: ne homines tātum temptare valeant q̄tum deſiderant. Uirtutes vocant̄ illi p quos ſigna ⁊ miracula frequēt̄ fiunt. Archangeli qui maiora nunciant. Angeli qui minora. Grego.

Q hec nomina nõ propter ſe ſʒ pro pter nos eis data ſunt que aſſũpta ſunt a donis grẽ que nõ hñt ſingu lariter ſed excellenter et a ꝑcipuis nominanť. c

## Hec noĩa illis non

ꝑpter ſe: ſ ꝑpť nos eis data ſunt Qui eñ ſibi noti ſunt contemplatiõe. nobis innoteſcunt cognominatõe. Et nominanť ſinguli ordines a donis gratiarum: q̃ non ſingulariter: ſed excellenter data ſunt in participatione. In illa eñ celeſti curia vbi plenitudo boni eſt. licet quedam data ſint excellẽter. nihil tñ poſſidetur ſingulariť. Oĩa eñ in omnibus ſunt. non q̃dẽ equaliter. quia alij alijs ſublimius poſſident. que tñ omẽs habent. Cũq; omnia dona gratiarũ ſuperiores ordines ſublimius ⁊ ꝑfectius perceperint. tamen ex ꝑcipuis ſortiti ſunt vocabula. inferiorib⁹ cetera relinquentes ordinibus ad cognominationem. Ut: ſeraphin q̃ ordo excellentiſſimus eſtimatur. tam dilectionem q̃ȝ cognitionem diuinitatis ⁊ cetera ꝟtutum dona ceteris omnibus ſblimi⁹ ⁊ ꝑfectius ꝑcepit. ⁊ tamen ab excellentiori dono. id eſt a charitate nomen accepit ille ſuperior ordo. Maius eñ donum ẽ ipa charitas q̃ȝ ſcientia. Iteȝ maius eſt ſcire q̃ȝ iudicare. ſcientia nanq; informat iudiciũ. Ideoq; ſecundus ordo a ſecũdo dono. id eſt cognitione veritatis appellatus eſt. ſcilicet cherubin. Ita ⁊ de alijs intelligendum eſt. Aſſignatur ergo excellentia ordinũ ſm excellentiam donorum. Et tamen ſic̃ Gregorius ait. illa dona omibus ſunt communia. Omẽs eñ ardent charitate: ⁊ ſcia pleni ſunt. ſic ⁊ de alijs. Sed ſupiores alijs excellentius. vt iam dictum eſt. ipa acceperũt a q̃bus ⁊ nominanť. Uñ Greg⁹. In illa ſumma ciuitate quiſq; ordo eius rei cenſetur nomine. quam plenius accepit in munere.

### Queſtio ex verbis Gregorij orta d

## Sʒ oritur hic que

ſtio talꝰ. Si quiſq; ordo ab illo dono noiať quod plenius poſſidet. tunc cherubin i ſcientia ꝑeminet omnibus. q: a ſcientia noiatur. Sed q̃ magis diligit: plus cognoſcit. Tñ eñ (vt tradit autoritas) cogñcit ibi q̃ſ q; q̃tum diligit. Itaq; ſeraphin nõ ſolũ in charitate: ſed etiam in ſcia ꝑeminẽt. Ideoq; autoritas illa ſic videtur intelligenda vt compatio non referatur ad omnes ordies: ſed ad quoſdam. ſ. inferiores. Ille eñ ordo non plenius ſeraphin accepit ſcientiam in munere. ſed plenius alijs ordinibus q̃ ſunt inferiores. Nec nominať q̃ſq; ordo ab omni re. quam plenius alijs accepit. ſed ab aliqua rerum quas accepit. Uel poteſt comparatio referri nõ ad ipos ordines: ſed ad alia dona. nec ad omnia alia dona: ſ ad q̃dam. Sicut enim hoĩes cum plura habeãt dona. quedam alijs excellentius poſſident Ita forte ⁊ angeli quibuſdã munerib⁹ magis pollent. ⁊ alijs q̃buſdam minus.

Explanatõ il lꝰ autoritatiſ

Alia declaratio eiuſdem

### Utrũ ordines ab initio creatiõis ita diſtincti fuerint. e

## Jam nunc inquire

re reſtat. Utrũ ⁊ iſti ordines a creatõis initio ita fuerint diſtincti? Q ita fuerũt diſtincti a ꝑmordio ſue ꝯditiõis vid: teſtimonio autoritatis inſinuari. que tradit de ſingulꝰ ordinibus aliquos cecidiſſe. De ordie nanq; ſupiori lucifer ille fuit. quo nullꝰ digniorſ conditus fuit. Apl's etiam ꝑncipatus ⁊ ptãtes tenebrarũ noiat oñdens de ordinibus illꝰ cecidiſſe. qui cum in malꝰ miſteriuȝ exerceãt. nõ tñ penit⁹ noib⁹ ordinũ ſuoruȝ ꝑuati ſunt. Sed non videť illõ poſſe ſtare. Nõ eñ tũc charitate ardebãt nec ſapia pollebant. neq; in eis deus ſedebat. Si enim h habuiſſent: nõ cecidiſſent. Nõ ĝ tunc erãt cherubĩ vꝰ ſeraphĩ vꝰ throni. Ad qđ dicimus q: añ caſuȝ q̃rũdã nõ erãt iſti ordines q: nondũ habebãt dona in quoꝝ ꝑticipationib⁹ ꝯueniũt. Sʒ q̃buſdã cadẽtib⁹ alijs appoſita ſunt. eiſq; q̃ ceciderũt collata fuiſſent eadẽ dona ſi ꝑſtitiſſent. Iđq; ſcriptura dicit de ſingulꝰ ordinibus aliq̃s cecidiſſe. ñ q: fuiſſent in ordinibus ⁊ poſtea corruerť. ſ q: ſi ꝑſtitiſſent eoꝝ aliq̃ in ſingulꝰ fuiſſent ordinibus. q̃ ⁊ in nature tenuitate ⁊ i forme ꝑſpicacitate differẽtes ĝdus habebant ſic̃ illi q̃ ꝑſtiterũt. Alij eñ vt ꝑdiximus ſupiores. alij inferiores conditi ſunt. Supiores q̃ naťa magis ſbtiles ⁊ ſapia magis ꝑſpicaces. Inferiores q̃ naťa min⁹ ſbtiles. ⁊ intelligẽtia min⁹ ꝑſpicaces facti ſunt. Has aũt inuiſibiles differentias inuiſibiliũ ſolus ille ponderare potuit q̃ oĩa in numero ⁊ menſura ⁊ pondere diſpoſuit. id eſt in ſeipſo

Q añ caſum quorũdã fuerintꝰhi ordieſ q: non habebãt dõa grẽ: que q̃buſdoȝ cadẽtib⁹ alia appoſita fuerunt.



qui eſt menſura omni rei modū pfigens. et numerus omni rei ſpeciem pbens . ⁊ pondus oēm rem ad ſtabilitatem trahens. id ē terminans ⁊ formans ⁊ ordinans omnia.

## Utrum omnes angeli eiuſdem ordinis ſint equales. f

Preterea conſiderari oportet. vtrū oēs angeli eiuſdeꝫ ordis equales ſint? Ita eſſe quibuſdam placuit. ſed non eſt hoc pbabile nec aſſertōe dignū quia lucifer qui fuit de collegio ſupiorum: ipis etiam dignior extitit qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo pcipitur: q ſi pſtitiſſet: in ordine ſupiori fuiſſet. et alijs eiuſdem ordinis dignior extitiſſet. Sic em̄ vnus eſt ordo apoſtolorū ⁊ alter martyꝝ. ⁊ tamē in apoſtol' alij alijs ſunt digniores. ſimiliter ⁊ in martyribus alij alijs ſunt ſuperiores. ita ⁊ in ordinibus angelorum recte credit eſſe.

Per ſiſte oſtēdit non omēs eiuſdeꝫ ordis pares eſſe

## Quomodo dicat ſcriptura decimum ordinem ex hominibus cōpleri. cum non ſint niſi nouem ordines. g

Notandum etiam q decimus ordo legit de homibꝰ reſtaurādus. Sed cū non ſint niſi nouem ordines: nec plures fuiſſent etiam ſi illi qui ceciderūt pſtitiſſent. mouent lectores quō ſcriptura dicat decimū ordinem compleri ex hoibꝰ. Gregꝰ. nanqꝫ ait homīes aſſumēdos in ordine angelorū. quorū alij aſſumūt in ordīe ſuperiorū. qui. ſ. magis ardent charitate. Alij in ordine inferiorū. qui. ſ. minus pfecti ſunt. Ex quo apparet nō eſſe de hominibus formandum decimū ordinē. tanqꝫ nouem ſint angelorū ⁊ decimus hominū. ſed homines pro qualitate meritorū ſtatuēdos in ordinibus angelorū. Qd ergo legitur decimus ordo cōplendus de hominibus. ex tali ſenſu dictum fore accipi poteſt. qꝛ de hominibꝰ reſtaurabit qd in angelis lapſuꝫ ē. de qbus tot corruerunt. vt poſſet fieri decimus ordo. Propter qd aplꝰs dicit reſtaurari omīa in xpo que in celis ⁊ q̄ etiā in terris ſunt. qꝛ p xpm redemptū eſt genus humanum. de q fit repatio ruine angelice. tn̄ non minꝰ ſaluaret hō ſi angelus nō cecidiſſet.

Nō minꝰ ſaluaret hō ſi angelus nō cecidiſſet.

Qd hoies aſſumunt iuxta numerū ſtantiū non lapſorū. h

Nō enim iuxta numerum eorū qui ceciderūt. ſed eorū qui pmanſerūt hoies ad beatitudinē admittunt. Unde Gregꝰ. Supna illa ciuitas ex angelis ⁊ hoibus cōſtat. ad quā credimꝰ tātos humani generis aſcendere qntos illic cōtigit angelos remanſiſſe. ſicut ſcriptū ē in cātico Deutronomij. Statuit termīos ꝑploꝝ iuxta numerū angelorū dei.

## Quidam dicunt ſm numerum lapſorum angelorum homīes reparandos. i

A quibuſdā tamē putat q hoies reparent iuxta numerū angelorum q ceciderūt. vt illa celeſtis ciuitas nec ſuorū ciuium numero pueť. nec maiori copia regnet. Qd Augꝰ. in ench. ſentire videt. nō aſſerens de homibꝰ plus ſaluari qꝫ corruit de angel'. ſed nō minus ita dicens. Supna hierl'm mr̄ noſtra ciuitas dei. nulla ciuiū ſuorū numeroſitate fraudabit aut vberiore etiam copia fortaſſe regbit. Neqꝫ em̄ numerū aut ſanctorū hoim aut immundorū demonum nouimꝰ. in quorū locū ſuccedentes filij catholice mr̄is. q ſteril' apparebat in terris in ea pace de q illi ceciderunt ſine vllo tpis termino pmanebunt. Sed illorū ciuiū numerꝰ ſiue q eſt ſiue q fuit: ſiue q futurꝰ eſt: in contemplatōe eiꝰ artificis ē q vocat ea q̄ non ſunt tanqꝫ ea q ſunt. Ecce apte dicit non minꝰ de hoibꝰ ſaluari qꝫ corruit de angel'. ſed plus nō aſſerit.

Iſta eſt diſtinctio. ix. huiꝰ ſecundi libri. In qua magiſter poſtqꝫ egit de cōi angeloꝝ creatōe ⁊ bonorum ⁊ maloꝝ diſtinctione: incipit tractare ſpecialit' de bonorū dignitate ⁊ compatōe. Et tria circa hoc facit. Nā pmo agit de nūero ordinū ⁊ noīatione. Scdo tractat de eorum diſtīctōe. Tertio tractat de eorū ex hominibꝰ repatōe. Primū facit a pncipio diſtinctiōis vſqꝫ ibi. Iā inqrere reſtat. Secundū ab inde vſqꝫ ibi. Notandū etiā q decimꝰ. Tertiū vo vſqꝫ ad finem diſtinctōis. In ſpēali ſnīa mgr̄i ſtat in tri. ppo. qua. pma ē hec. Nouem ſunt chori ſeu ordines angelorū in tribꝰ hierarchijs ſm dona noīatim diſtinctorū. Hanc mgr̄ inſinuās dic̄ nouem eē ordines angelorū tribꝰ ternarijs quos hierarchias vocamꝰ diſtictos. ita q qlibet ternarꝰ ſeu hierarchia tres ꝯtineat ordines. quoꝝ ordinū tres ſunt ſuperiores. ſ. ſeraphin cherubin ⁊ throni. tres ſūt medij. ſ. dn̄atōes. pncipatꝰ ⁊ ptātes. tres aūt ſunt inferiores vtpote vtutes. archangeli ⁊ angeli. Poſtea declarat qd ſit ordo. Et dicit q ordo ſit mltitudo ſpirituū celeſtium qui inter ſe in aliquo gratie munere aſſimulat. ſicut q in donorum naturalium participa

Ordo eſt

tione conueniunt. Sicut exempli gratia ſeraphꝭ cōueniūt in charitatis ardore. cherubin in ſcīe plenitudine. ⁊ ſic omnes qui ſunt eiuſdem ordinis conueniunt in illo quod illi ordini eſt ꝓpꝛium. Quod aūt cuiꝗ ordini ſit ꝓpꝛium oſtendit autoꝛ in littera. ⁊ ſubdit ꝙ angelis conueniunt nomina non ꝓpter eos: ſed ꝓpter nos. vt. ſ. ꝑ hmōi nomina nob̄ inoteſcant. Unde ſinguli ordines nominanᷣ a donis gratiarum in quibus ſupioꝛes inferioꝛes ꝑcellūt. quod ſic intelligendum eſt. non ꝙ ordinem gratie a quo ſuperioꝛ denominaᷣ inferioꝛ non habeat. ſed ꝙ tam excellenter ipſam non habeat. vnde ſuperioꝛem ordinem ſeraphin a dono charitatis quod eſt ſupꝛmum inᷣ dōa nominamus. non ideo quia ille ordo ſolus illꝺ donū habeat. ſed quia ceteris excellentius illud habꝫ ⁊ ipſum donum charitatis inter dona gratie pꝛimum locum tenet. ordinem autem ſequentiū. ſ. cherubin a plenitudine ſcientie dicimus. quia donum ſciētie donum charitatis immediate ſequitur in ordine donorum. Contra iſtam ſententiam magiſter obijciēs dicit ex ipa ſequi cherubin eſſe maioꝛis ſcientie ꝙ̄ ſeraphin. eo ꝙ cherubin a dono ſcientie nominatur. Et reſpondet ꝙ non ſequitur. Nam ſeraphin nō nominatur a ſcientia non obſtante ꝙ ſit perfectioꝛis ſcientie ꝙ̄ cherubin. eo ꝙ dignioꝛi ſeu ꝑfectioꝛi dono pollet ꝙ̄ ſit ſcientia. ſ. dono charitatis. ⁊ ergo denominari debet ab ipo dono. ſ. caritatis. ⁊ ſic de alijs angelis. Nā quilibet ordo debet denominari ab illo dono quod in eo pre alijs donis fulget. Secūda propoſitio eſt hec. Angeli ab initio ſue creatōis nō erāt vt nunc ſunt in nouem ordines diſtincti ſeu ordinati qui ordines ordinantur ſm dona gratuita. Licet tamen habuerunt tunc donoꝛum naturaliū vt nunc inequalitatem. Hanc magiſter pꝛobans querit. Utrū ordines angeloꝛum ab initio creationis eorū fuerūt diſtincti. Et arguit pꝛmo ꝙ ſic. ꝑ hoc ꝙ angelus pꝛimus qui cecidit dicitur ſupioꝛ fuiſſe. ⁊ ꝑ hoc quod apl'us dicit aliquos de poteſtatibus ⁊ pꝛincipatibꝰ demones effectos eſſe. In oppoſitum vͦo arguitur per hoc ꝙ ordines denominātur a donis gratuitis que nec boni nec mali in pꝛincipio creationis habuerunt. Et reſpondens dicit ꝙ non habuerunt ab initio ſue creationis eorum diſtinctionem ordinum. ſꝫ habuerunt bene diuerſitates donoꝛum naturaliuꝫ ſm que boni ſtantes diuerſa bona gratie receperunt ⁊ ordinati fuerunt. Et demones dicuntur cecidiſſe non idͦ quia ipi quandoꝗ ordinati fuerunt. ſed ſi ſtetiſſent ſm eoꝛum naturalia dona. ꝑ dona gratie ad illos ordines ꝑtinentia ꝑcepiſſent. ⁊ ſic in illos ordines locati fuiſſent. Deinde queritur. Utrū oēs angeli eiuſdē ordinis ſint equales. Et licet ꝗdam hoc poſuerunt. tñ mgr̄ dicit ꝙ non. Sed ſicut in ordine apoſtoloꝛuꝫ aut martyrū ꝗdam alijs ſunt dignioꝛes. ita conſimiliter in ordine angeloꝛū. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Ad ſingulares ordines angeloꝝ homines ſaluandi aſſumanᷣ ſm numerū beatoꝛū angeloꝛū. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. Cū non ſint niſi nouem ordines angeloꝛū. quare tunc ſcriptura dicit decimū ordineꝫ ꝑ homines ſaluandos reſtaurari? Et rñdet ꝙ nō idͦ dicitur ꝙ decimꝰ ordo ſit vel nūꝗ fuerit. ſꝫ ꝙ tot homines ſaluenᷣ ꝙ ſunt angeli in vno ordine. ⁊ idͦ dicunt decimū ordinē reſtaurari. Et ſubdit ꝙ opinio beati Grego. eſt ꝙ tot homines ſaluentur quot angeli ꝑſtiterunt. Opinio aūt beati Auguſtini eſt ꝙ tot ſaluentur quot ceciderūt. que aūt verioꝛ ſit non determinatur. Et tñ in ſpēali.

An omnes ſpūs celeſtes mittanᷣ et ponit duas opiniones et autoritates quibus innitunᷣ. a

Di. X

Hoc etiaꝫ inueſtigandū eſt. Utrū oēs illi celeſtes ſpūs ad extioꝛa nuncianda mittanᷣ? Quidā putāt aliꝗs i illa ml'titudine eſſe ꝗ foras ꝓ officio exeūt. alios ꝗ intus ſꝑ aſſiſtūt. ſicut ſcriptū ē in Daniele. Milia miliū miſtrabāt ei. ⁊ decies centenamilia aſſiſtebāt ei. Item Diony. in hierarchia ꝗ ſacer pꝛincipatus dꝛ. de ꝑlatiōe ſpirituum ait. Supioꝛa illa agmina ab intimis nūꝗꝫ recedūt. qm̄ ea ꝗ ꝑeminēt vſum exterioꝛis officij nūꝗꝫ hñt. His autoꝛitatibꝰ innitunᷣ ꝗ angelos mitti: niſi inferioꝛes inficianᷣ. Dionyſiꝰ.

Obiectio contra illos. b

Quibus obijcitur qꝺ Eſaias ait. Uolauit ad me vnꝰ de ſeraphin. ꝗ ordo ſupioꝛ eſt ⁊ excellētioꝛ. Idͦꝗ ſi de illo ordine mittūᷣ: nō eſt ambigēdum ꝗn etiā ⁊ de alijs mittāᷣ. Apl's ꝗꝫ ait. Oēs ſunt admiſtratoꝛij ſpūs in miſterium miſſi. His teſtimonijs aſſerunt ꝗdā oēs angelos mitti. Nec debet indignū videri ſi etiā ſuperioꝛes mittanᷣ. cū ⁊ ille ꝗ creatoꝛ eſt omniū ad h inferioꝛa deſcenderit.

Queſtio ſi oēs mittunᷣ. cur vnꝰ tantū ordo noīe angeloꝛum cenſetur. c

Hic oꝛitur queſtio ſi oēs mittunᷣ ⁊ nūcij dei exiſtūt. qre vnuſ tm̄ inter nouē ordines angeloꝛū noīe cenſetur? Ad qꝺ ꝗdā dicūt oēs ꝗdē mitti. ſꝫ alios ſepiꝰ ⁊ qſi ex officio iniuncto. ꝗ ꝓꝑe angeli vel archangeli noīanᷣ. Alios vͦo rarius mitti. ſ. maioꝛes cā extra cōem diſpēſationē oboꝛta. ꝗ cū angeloꝝ miſteriuꝫ ſuſcipiūt etiā nomē aſſumunt. Uñ in pſal. Qui facit angelos ſuos ſpūs. qꝛ illi ꝗ natura ſpiritꝰ ſunt. aliqñ angeli. i. nuncij ſiūt. Rñſio quoꝛūdam.

Putāt quidā michael gabriel raphael de ſupioꝛi ordine fuiſſe ⁊ ſūt noīa ſpirituū et non ordinū. d

Et putāt illi michael gabriel raphael de ſupioꝛi ordine fuiſſe. Michael interꝑtaᷣ ꝗs vt deꝰ. Gabriel foꝛtitudo dei. Raphael medicina dei. Nec ſūt iſta noīa ordinū ſꝫ ſpirituum. Et dicūt quidam ſingulū hoꝛum vnius ꝓꝑe ac ſingulariter ſpūs eſſe nomen. Alij vͦo nō vnius

Demon
Dyabolus interpretatur criminator vel deorſum fluens
Belial apoſtata
Leuiathan
Sathan hebraice adverſarius

ſingulariter ⁊ determinate. ſed nunc huiꝰ: nunc illius eſt nomen. ſm qualitatē eorum ad quē nuncianda vel gerenda mittuntur. ſicut ⁊ demonũ q̃dam noīa ſunt que q̃dam putant eſſe vnius ꝓꝓa. Aliȷ́ ꝟo pluribꝰ cō munia. Diabolus q̃ppe qui grece ita vocatur ⁊ criminator interp̄tatur vel deorſum fluens hebraice dr̄ ſathan. i. aduerſariꝰ. Dicitur ⁊ belial. i. apoſtata ⁊ abſq; iugo. dicitur etiā leuiathan. i. additamentũ eorũ. ⁊ alia plura reperies nomina que vel vnius ſpūs ſunt ꝓpria vel pluribus cōmunia.

## Quomō determinent predictas autoritates que videntur aduerſari qui dicūt omnes angelos mitti. e

Qui autē omnes angelos mitti aſſerūt premiſſas autoritates Daniel. ſ. et Dioni. ita determinant. Dicūtur ſupiora agmina deo aſſiſtere. ⁊ ab intimis nunq̃ recedere. non q̃n aliq̃n mittantur ſ; q: rariſſime ad exteriora prodeunt. neq; tunc ab intimis recedunt: ſ; dei pn̄tie ⁊ cōtemplationi ſemꝑ aſſiſtūt. quod etiam faciunt q̃ frequenter mittuntur.

## Quos aliȷ́ dicant mitti et quos dicant non mitti cū determinatiōe autoritatum que videntur ſibi aduerſari. f

Aliȷ́ ꝟo dicūt tres ordines ſupremos. ſ. cherubin ſeraphin et thronos: ita creatori aſſiſtere ꝙ ad exteriora nō exeunt. Inferiores aūt tres ad exteriora mitti. Tres ꝟo medios inter vtroſq; conſiſtere non modo dignitate vel loco. ſed etiā officio. q: p̄ceptū diuinū a ſupioribus accipiūt. ⁊ deferūt ad inferiores. Ideoq; cum ſupremi mediȷs ⁊ mediȷ imis atq; hi hominibus p̄ceptum dei nuncient. merito oēs angeli nominari debent. Et ob id forte aplꝰs ait. Omēs ſpūs admiſtratores eē filiȷ ⁊ mitti in miniſteriū. Vel ꝑ oēs nō ſingulos ordines: ſed de inferioribꝰ ordinibꝰ ſingulos angelos complexus eſt. Illō ꝟo qō Eſaias ait per verba Dionyſiȷ determinant dicentis. Hi ſpūs qui mittuntur percipiunt horū vocabulum. quorū gerūt officium. Vñ dicunt illū angelū q̃ miſſus eſt ad Eſaiā. vt mūdaret ⁊ incēderet labia ꝓphete: fuiſſe de ordine inferiorū. Sed ideo dictꝰ eſt forte de ſeraphin. q: veniebat incēdere ⁊ ꝯſummere delicta Eſaie.

Iſta eſt diſtinctio. x. huiꝰ ſecundi libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de cōparatōne angelorū ad ſe inuicē: tractat de cōparatōe eorū ad deū. Et tria facit. Nam p̄mo facit de q̃bus ordinibꝰ ſunt angeli q̄ mittuntur. Scđo quō diuerſa noīa ex ꝓprietatibus ſortiuntur. Tertio qualiter miſſi a diuina ꝯtemplatione non excluduntur. Primū facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq; ibi. Hic oritur queſtio. Scđm ab inde vſq; ibi. Qui aūt oēs. Tertiū ꝟo ab inde vſq; ad finē diſtinctōis. Et tm̄ in generali. In ſpeali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarum prima eſt hec. Angeli de ſingulis ordinibus ad extra ad nr̄m miniſterium mittuntur. Hanc ꝓpoſitionem mgr̄ probans querit p̄mo. Utrum oēs angeli de ſingulis ordinibus ad exteriora nunciāda mittantur? Et rn̄dēdo recitat opiniones circa hoc. quarū p̄ma dicit. ꝙ nō oēs mittuntur. q: ſupiores ſꝑ deo aſſiſtunt. Et illa opinio confirmatur autoritate. b. Dionyſiȷ ⁊ Daniel quibus dr̄. ꝙ ſupiora illa agmina ab intimis nunq̃ deſcendūt. Scđa opinio dicit ꝙ oēs mittantur. qō ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ ſeraphin legitur miſſus fuiſſe ad Eſaiā. Cum ergo de ſeraphin q̄ ſunt ſupremi ordinis mittantur. videtur etiam ꝙ de ſingulis ordinibus mittantur. Et ꝯfirmatur ꝑ hoc ꝙ filius dei q̄ eſt ſupior omi angelo: fuit miſſus. Scđo ꝑ autoritatē aplī q̄ dicit ꝙ oēs ſunt adminiſtratoriȷ ſpūs miſſi in miniſteriū. Deinde obiȷcit econtra opinionem iſtā dicēs. Si oēs mittuntur: q̄re tunc nō oēs dicuntur angeli. i. nunciȷ. ſed vnꝰ ordo hoc nomen ſolū ſortitur? Et rn̄dens ad hoc dicit ꝙ illi q̄ ſunt de inferiori ordine angeli ꝓprie dicuntur. q: ex ꝓprio eorū officio ſepius mittuntur. Nihilominꝰ tn̄ ⁊ aliȷ etiam q̄nq; mittuntur. ⁊ tunc angelorū nomen ſuſcipiūt. ſm illud pſal. Qui facit angelos ſuos ſpūs. q: qui naturaliter ſpūs ſunt quādoq; angeli. i. nunciȷ fiunt. Et ſubdit incidentaliter ad huius ſecunde opinionis confirmationem ꝙ iſta nomina Michael Gabriel Raphael ſunt propria nomina quorundam ſpirituum a ſupiori ordine miſſorum. Quis tamē aliȷ dicunt ꝙ ſint nomina officiorum. Unde q: Raphael interp̄tatur medicina dei quilibet angelꝰ q̄ ad medicandum mittitur Raphael dici poteſt. Et ſimiliter dicendum eſt de aliȷs. Et hoc confirmat ꝑ ſile in demonibus q̄bus q̃dam nomina ſunt cōmunia. ſicut Diabolus ſathan ⁊ belial. ⁊ ſimilia. quorū interp̄tatōꝫ ponit in lr̄a. Hec tn̄ noīa q̄nq; ſingularibꝰ demonibꝰ aſcribantur ſpecialiter. Poſtea ſoluit autoritatē. b. Dionyſiȷ q̄ p̄ma opinio ꝓbatur ⁊ dicit ꝙ ſupremi angeli dicuntur aſſiſtere. Quis raro mittantur. tamen q̄n mittūtur a dei preſcientia non recedunt. ſed eius contemplationi eque bene aſſiſtunt. quod etiam illi faciunt qui quotidie ſeu frequenter mittūtur. Ex predictis ſimul ſumptis infero p̄mo ꝙ angeli miſſi diuerſa nomina ſm varias officiorū ꝓprietates ſortiuntur. quē eſt ꝓpoſitio ſcđa. Infero ſcđo ꝙ angeli miſſi tempe miſſionis ab intimis diuīe ꝯtemplatōis nō excludūtur q̄ eſt ꝓpoſitio tertia. Poſtea mgr̄ ponit tertiam opinionē q̄ dicit ꝙ ſupiores angeli nunq̃ mittantur. i. tres ſupmi chori ſꝑ aſſiſtūt. ſ; ꝙ infimi tres chori ſꝑ mittantur. mediȷ aūt chori dicūtur aſſiſtere ⁊ mitti. inq̃tū mitti accipitur ꝓut mediȷ nūciāt inferioribꝰ. i. illumināt inferiores. Et q: vt ſic ſupiores mediȷs nūciāt ⁊ mediȷ infimis. iō ſupiores dicūtur mitti. ⁊ ad illū ſenſū locutꝰ ē aplꝰs dicēs oēs miſſos ad miſtratōꝫ. Ad autoritatē Eſaie rn̄dēdo dicit ꝙ angelꝰ ad Eſaiā miſſꝰ nō fuit ꝓpe de ordīe ſeraphin. ſ; ſic denoīatur ab effectu ad quē venerat. q: venerat ad inflāmādū cor incendio amoris dei. Et tm̄ in ſpeali.

Vnuſquiſqꝫ aūt hꝫ duos angelos {bonū ad cuſtodiam / malū ad exercitium}

Vtꝝ de cuſtodia angelorum vtrum vnus pluribus vel ſinguli ſingulis



Q quequ aīa hꝫ angelum bonū ad ſui cuſtodiā delegatū. et malū ad ad exercitium. a

DI.XI

Illud quoqꝫ ſciendū eſt ꝙ angeli boni deputati ſunt ad cuſtodiam hominū. ita vt quiſqꝫ electorū habeat angelū ad ſui ꝑfectum atqꝫ cuſtodiā ſpecialiṫ delegatum. Vñ in euangelio veritas a puſillorū ſcandalo ꝓhibens ait. Angeli eorū ſemꝑ vident faciem pr̄is. Angelos dicit eorum eſſe: quibus ad cuſtodiam deputati ſunt. Sup quem locum Hieronymus tradit vnamquāqꝫ animā ab exordio natiuitatis habere angelū ad ſui cuſtodiaꝫ deputatū inquiens ita. Magna dignitas animarū eſt vt vnaqueqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiā ſui angelū delegatum. Greg⁹ qꝫ dicit. Q quiſqꝫ vnū bonū angelum ſibi ad cuſtodiam deputatum. et vnum malum ad exercitium habet. Cum eñ omnes angeli boni noſtrū bonū velint cōmuniterqꝫ ſaluti omniū ſtudeant. ille tñ qui deputatus eſt alicui ad cuſtodiā: eum ſpecialiṫ hortaṫ ad bonum. ſicut legitur de angelo Thobie. ⁊ de angelo Petri in actibus apoſtolorum. Similiter ⁊ mali angeli cum deſiderent malum hominū. magis tñ hominē ad malū incitat ⁊ ad nocendū fortius inſtat ille qui ad exercitium ei⁹ deputatus eſt.

Hiero.

Grego.

Utrum ſingulis hominib⁹ ſinguli angeli an pluribus deputat⁹ ſit vnus. b

Solet autē queri vtrum ſinguli angeli ſingulis hominibus an vnus pluribus ad cuſtodiam vl' exercitium deputatus ſit? Sed cū electi tot ſint quot ⁊ boni angeli ſunt. plures conſtat eſſe oēs ſimul bonos ⁊ malos homiēs q̄ȝ boni angeli ſint. Et cum tot ſint electi quot angeli boni. ⁊ angeli boni plures ſint q̄ȝ mali pluresqꝫ ſint homines mali q̄ȝ boni. nō eſt ambigendū plures eſſe bonos homines q̄ȝ ſint mali angeli. ⁊ plures eſſe malos hoīes q̄ȝ ſint mali angeli vel boni angeli.

Cōfirmat vnum angelū plurib⁹ hoībus deputari ſiue ſimul ſiue tēporibus diuerſis. c

Ideoqꝫ dici oportet vnū eundemqꝫ angelū bonū vel malū pluribus hominib⁹ deputari ad cuſtodiā vel exercitium. ſiue eodem tempe ſiue diuerſis temporibus. Ideo aūt dicim⁹ eodē tēpore vel diuerſis temporibus. quia videṫ quibuſdam ꝙ oēs homines q̄ ſunt ſunṫ in aliquo tpe. ſinguli ſingulos angelos habere poſſunt bonos vel malos. quia licet maior ſit numerus hominū cōputatis in vnū omnibus qui fuerunt ⁊ ſunt ⁊ futuri ſunt: q̄ȝ angelorum. tamen q̄ꝛ homines decedentibus hominibus ſuccedunt. Et ideo nunq̄ȝ ſimul ſunt in hac vita. Angeli vō nūq̄ȝ decedunt. ſed ſimul omnes ſunt. eſſe poteſt vt ſinguli hominum dum in hac vita ſunt ſingulos habeant angelos bonos vel malos ad ſui cuſtodiam vel exercitiū deſtinatos. Ceterū ſiue ita ſit ſiue non. non eſt dubitandum vnumquēqꝫ habere angelum ſibi deputatū. ſiue pluribus ſimul deſtinatus ſit. ſiue vni ſingulariter. Nec eſt mirādū vnū angelum pluribus hoībus ad cuſtodiaꝫ deputari. cum vni homini plurium cuſtodia deputeṫ. ita vt eorū quiſqꝫ ſuum dicaṫ habere dominū vel epiſcopū vl' abbateꝫ.

Utrū angeli ꝑficiant in merito vl' in p̄mio vſqꝫ ad iudiciū. d

Preterea illud cōſiderari oportet. Utꝝ angeli boni in p̄mio vel in merito ꝑficiant vſqꝫ ad iudiciū? Q in meritis ꝑficiant atqꝫ quotidie magis ac magis mereanṫ quibuſdam videtur ex eo q̄ꝛ quotidie hominū vtilitatibus inſeruiūt eorumqꝫ ꝑfectibus ſtudent. Quib⁹ etiam nihilominus videṫ ꝙ ⁊ in p̄mio ꝑficiant. ſcꝫ in cognitione ⁊ dilectione dei. Licet eñ (vt aiūt) in ꝯfirmatione beatitudinē acceperint eternā atqꝫ ꝑfectam. augetur tamen quotidie eorū beatitudo. q̄ꝛ magis ac magis diligunt atqꝫ cognoſcunt. ⁊ eſt eorū caritas qua deum ⁊ nos diligunt: ⁊ meritum ⁊ p̄miū. Meritū. q̄ꝛ ꝑ eam ⁊ obſeq̄a ex ea nobis impenſa mereanṫ. ⁊ in beatitudie proficiunt. ⁊ ipa eadem eſt p̄mium. q̄ꝛ ea beati ſunt.

Quibuſdā videṫ ꝙ ꝑficiāt in vtroqꝫ.

Autoritatibus confirmant quod dicunt. e

Et ꝙ angeli profi-

tiant in cognitiōe ac p̄ h̄ in beatitudine: teſtimonijs ſanctoꝝ ↄfirmāt. Dicit em̄ Eſaias ex pſona angeloruʒ chriſti aſcendentis magnificentiā admirantiū. Quis eſt iſte q̄ venit de edom tinctis veſtibꝰ de boſra. Et in ps̄. Quis eſt iſte rex glorie. Ex quibꝰ apparet ꝙ myſterium verbi incarnati plenꝰ cognouerᷣt angeli poſt impletionē q̄ʒ ante. Et ſicut in cognitione huiꝰ myſterij profecerunt. ita dicūt eos in deitatis cognitione ꝓficere. Q aūt in hmōi myſterij cognitiōe ꝓfecerint euidentᷣ docet aplꝰs dicēs. Que ſit diſpenſatio ſacramenti abſcōditi a ſeculis in deo. vt innoteſcat multiformis ſapiētia dei p̄ eccleſiam principibꝰ ⁊ p̄tātibus in celeſtibus. Sup queʒ locū dicit Hiero. angelicas dignitates p̄fatum myſteriū ad purum nō intellexiſſe donec completa eſt paſſio chriſti et apoſtoloꝝ predicatio per gentes dilatata.
Hiero.

## Q in hac ſententia videtᷣ Auguſtinus aduerſari Hieronymo. f

## His auteʒ videtur

ↄtradicere Augꝰ. ſup eundē locum epiſtole dicens. Non latuit angelos myſteriū regni celoruʒ. quod oportuno tempe reuelatum eſt p̄ ſalute noſtra. Illis ergo a ſeculis innotuit ſupra memoratū myſterium. quia om̄is creatura nō ante ſecula ſed a ſeculis eſt. Attende lector quia viderūt diſſentire in hac ſentētia illuſtres doctores. Ideoq̄ʒ vt ois repugnantia de medio tollatᷣ predicta verba Haymonem ſequētes ita detᷣminemus. vt illis angelis qui maioris dignitatis ſunt. ⁊ p̄ quoꝝ miniſteriū illa nunciata ſunt ex p̄te cognita a ſeculis fuiſſe. vtpote familiaribꝰ ⁊ nūcijs. Illis vero q̄ minoris dignitatis ſunt incognita extitiſſe dicamꝰ vſq̄ʒquo impleta ſant et p̄ eccleſiam predicata. et tunc ab oibus angelis perfecte fuerunt cognita. Conſtat itaq̄ʒ om̄es angelos in cognitione diuinoꝝ myſteriorum ſm̄ ꝓceſſum tempis ꝓfeciſſe. Vn̄ non incongruenter ipſi dicunt angeloꝝ ſcientiā ac beatitudinem augeri vſq̄ʒ ad futurā conſummationem quādo in ſciētia ac beatitudine ita ꝑfectiſſimi erunt. vt nec augeatur amplius nec minuatur.

Determinacio p̄dictaruʒ autoritatum.

## Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibuſdam predictoruʒ nō profeciſſe. g

## Alij autem dicunt

angelos in ↄfirmatione tanta deitatis dilectione atq̄ʒ noticia fuiſſe preditoſ. vt in his vlterius nō ꝓfecerint. nec profecturi ſint. Profecerunt tm̄ in ſcientia reruʒ exterioꝝ ſicut in cognitione ſacramēti incarnatiōis et hmōi. ſed nō in cōtemplatione deitatis. quia trinitatē in vnitate. atq̄ʒ vnitatem in trinitate nō plenius intelligunt ſiue intellecturi ſunt. q̄ʒ ab ipſa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in charitate nō ꝓfeciſſe poſt cōfirmationē. quia eorum charitas poſtea nō eſt aucta. ⁊ ſic dicūt eoſ nō ꝓfeciſſe in meritis. ſ; hoc q̄ʒtum ad vim merendi ſ; nō q̄ʒtum ad numerū meritoruʒ. Plura em̄ bona fecerunt poſtea que tunc nō fecerant. ſed eoꝝ charitas ex qua illa ꝓceſſerunt nō ē aucta ex qua tm̄ meruerunt anteq̄ʒ iſta adderentᷣ q̄ʒtum poſtea his adiectis. Illud vo qđ alij ſupiꝰ dicūt ꝓbabilius videtᷣ. ſ. ꝙ angeli vſq̄ʒ ad iudiciū in ſcientia et alijs ꝓficiant. Qđ ſit ꝓbabilius

## Quedā autoritates videntᷣ obuiare ꝓbabiliori ſententie. h

## Quibus tamen videntᷣ

obuiare quorundam autoritatū vba. Ait em̄ Iſidorus de ſum. bono. Angeli in verbo dei om̄ia ſciunt anteq̄ʒ fiant. ſed nec omnes nec oia ꝑfecte angelos ſcire dixit. et ideo eos in ſciētia proficere nō remouit. Grego.
Gregꝰ. in lib. dialogoruʒ ait. Quid eſt qđ ibi neſciant vbi ſcientem oia ſciūt. Ubi videtur dicere ꝙ oia ſciant angeli et nihil ſit quod neſciant. Sed accipiendū eſt hoc de his quorum cognitio beatū facit cognitorem. vt ſunt ea que ad myſteriuʒ trinitatis et vnitatis pertinent.

## Iſta eſt diſtinctio. xj. hꝰ ſecundi libri.

In qua magiſter poſtq̄ egit de compatione angelorum ad deum tractat de compatione angeloruʒ ad homines. Et tria facit. Nam primo inquirit. an homines angelorum cuſtodiam habeant. Secundo an vnus angelus plures homines cuſtodiat. Tertio an boni angeli etiam meritorie proficiant. Primum facit a principio diſtinctionis vſq̄ʒ ibi. Solet etiā queri. Secundum ab inde vſq̄ʒ ibi. Preterea illud. Tertium vero vſq̄ʒ ab finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec. Quilibet homo ab initio ſue natiuitatis habet angelum malū ad ſuum exercitiū deputatuʒ. ⁊ bonū ad ſui cuſtodiam. Hanc ꝓpoſitionem magiſter ꝓbat autoritatibꝰ beati Hieronymi ⁊ Gregorij. Et ſubdit. licet oēs boni angeli bonum noſtrum velint ⁊ ſalutem. ille tamen q̄

homini ſpecialiter deputat⁹ ē. ſpecialiter ad bonum pre alijs exhortat᷑ Similiter licet oēs mali angeli homines ad malũ exercent ⁊ incitent. magis tñ ſuus exercitator ad mala ipm̄ inſtigat. Secunda ꝓpoſitõ eſt hec. Stat vnũ angelũ plurib⁹ hoīb⁹ ꝑeſſe ſimul vel ſucceſſiue. Hanc magiſter ꝓbans querit. Utruʒ q̄libet hō habet ſuuʒ ꝓpriũ angelum cuſtodem. aut vn⁹ angelus plures cuſtodiat. Et rñdens dicit ꝙ ſic vni homini ꝯmittit᷑ cuſtodia multoꝝ. ſicut epiſcopis abbatibus et prioribus. ita pluriũ hominũ cuſtodia vel exercitiũ ꝯmittit᷑ vni bonoꝝ vel maloꝝ angelorũ quã magiſter ſuadet ſic. quia cũ tot ſunt electi quot angeli boni ſunt. ⁊ angeli boni ſunt plures q̄ mali. ⁊ plures ſunt homines mali q̄ boni. nõ eſt ambigendũ plures eſſe homines bonos q̄ angeli mali ſũt. ⁊ plures eſſe homines malos q̄ ſint mali angeli vel boni angeli. patet ergo quēlibet malũ hoīem nõ poſſe ſingulariter habere vnũ bonũ angelum. et ꝑ ꝯſequens ſinguli homines tam boni q̄ mali nõ habent ſingulares angelos bonos ad eoꝝ cuſtodiam vel malos ad exercitiũ ſpecialiter deputatos. ſed vn⁹ bonus angelus cuſtodit plures. et vn⁹ mal⁹ exercitat plures q̄ꝫ oportet ad minus eſſe verum ſm̄ ſucceſſioneʒ temporis. in quo homines hominibus ſuccedunt. Quis cũ hoc ſtet ꝙ ſinguli homines actualiter exiſtentes ſingulares habeant angelos pro ſuo exercitio vel cuſtodia. Tertia propoſitio eſt hec. Q̄ꝫ angeli boni in ſua beatitudine meritorie proficiunt vſq̄ꝫ ad mundi conſummationē. Hanc ꝓbans querit. Utrũ boni angeli in merito vel premio ꝓficiant. Et rñdens ꝓponit primo opinionē quorundã dicentium ꝙ non ſolũ proficiant in merito ſed etiã in premio. ſ. in cognitõne et dilectione dei ita ꝙ magis ⁊ magis ipm̄ cognoſcunt et diligunt. Q̄ꝫ autem in cognitione ꝓficiant probat ꝑ hoc ꝙ non plene cognouerũt myſterium incarnationis chriſti ante paſſionem et poſt apoſtolorum predicationeʒ. Quod videtur beatus Hieronymus ſenſiſſe. Licet beatus Auguſtinus videtur contrarium dicere. Quoꝝ doctorũ magiſter controuerſiam diſcuciens dicit. ꝙ angeli maiores ſciuerunt incarnatõnem chriſti. etiaʒ anteq̄ fieret. licet tamen nõ perfecte. Et minores nõ cognouerunt eam. niſi poſtq̄ facta eſt. Ex quo concludit ꝙ tam maiores q̄ minores in cognitione profecerunt ⁊ ꝓficiunt in diem iuditij Poſtea ſubdit opinionem aliquoruꝫ qui dicunt ꝙ in cognitione et dilectione dei nõ proficiant. ſed ſolum in quarundã rerum exterioꝝ cognitione. ſicut eſt incarnatio xp̄i. et ſimilia. Primã autem opinionem magiſter approbans ſoluit autoritates quaſdam Iſidori et beati Gregorij. qui videntur dicere ãgelis in ſcientia poſt eorum confirmationeʒ non ꝓfeciſſe. affirmantes eos omnia ſcire. et dicit ꝙ licet ſciant omnia non tamen ꝑfecte. vel dicuntur ſcire omnia ad eoruʒ beatitudinē pertinentia. Et tantũ in ſpeciali.

Poſt conſiderationem de angelis habitã agitur de aliarũ reꝝ creatione. et precipue de operuʒ ſex dierum diſtinctione. a

XII

b Hec de angelice nature ꝯditione dicta ſufficiãt. Nũc ſupeſt de aliaꝝ q̄ꝫ rerũ creatiõe. ac p̄cipue de opeꝝ ſex dierum diſtinctiõe nõnulla in mediũ ꝓferre Cũ de⁹ in ſapientia ſua ãgelicos ꝯdidit ſpũs. alia etiaʒ creauit. ſic oñdit ſupra dicta ſcriptura Geneſ᷑. q̄ dicit in p̄ncipio deũ creaſſe celũ. id ē angelos. et terram. ſ. materiã quattuor elementoꝝ adhuc cõfuſam et informeʒ. que a grecis dicta eſt chaos. et hec fuit añ omnē diem. Deinde elemēta diſtinxit deus ⁊ ſpecies ꝓprias atq̄ꝫ diſtinctas ſingulis rebus ſm̄ genus ſuũ dedit. que nõ ſimul vt q̄buſdam ſanctoꝝ patrũ placuit. ſed ꝑ interualla temporꝝ ac ſex volumina dieruʒ vt alijs viſum eſt formauit.

Q̄ꝫ ſancti tractatores videntur ſuper hoc quaſi aduerſa tradidiſſe alijs dicentibus omnia ſimul facta in materia et forma alijs per interualla temporũ. b

Quidã nanq̄ꝫ ſanctorum patrum qui verba dei atq̄ꝫ archana excellenter ſcrutati ſunt. ſuꝑ hoc q̄ſi aduerſa ſcripſiſſe vident᷑. Alij quidē tradiderunt omnia ſimul in materia ⁊ forma fuiſſe creata. Quod Aug⁹. ſenſiſſe videt᷑ Alij vero hoc magis ꝓbauerũt ac aſſeruerũt. vt p̄ma materia rudis atq̄ꝫ informis quattuor elementoꝝ cõmixtionē atq̄ꝫ ꝯfuſionem tenens creata ſit. Poſtmodũ vero per interualla ſex dieꝝ ex illa materia rerum corporalium genera ſint formata ſm̄ ſpecies ꝓprias Quã ſententiã Grego. Hiero. ⁊ Beda alij q̄ꝫ plures cõmendant ac proferunt. Que etiã ſcripture geneſeos: vnde prima hui⁹ rei ad nos manauit cognitio: magis cõgruere videtur.

Q̄m̃o per interualla temporis res corporales ꝯdite ſunt. c

Secundũ hanc itaq̄ꝫ traditionē: ordinē atq̄ꝫ modũ creatõnis formationiſq̄ꝫ reruʒ inſpiciam⁹. Sic ſupra memoratũ eſt. In p̄ncipio creauit de⁹ celũ id eſt angelicam naturam ſed adhuc informem vt quibuſdã placet. Et terrã. i. illam confuſam materiã quatuor elementorum. quam noīe terre vt Aug⁹. ait contra manicheos. ideo appellauit Moyſes. quia terra inter oĩa elementa minus eſt ſpecioſa. ⁊ illa inanis erat et incompoſita ꝓpter oīm elementoꝝ cõmixtionē. Eandē etiã vocat abyſſum dicēs. Et tenebre erãt ſuꝑ faciem abyſſi ⁊c̃. q̄r ꝯfuſa erat ⁊ cõmixta. ſpecie diſtincta carens. Eadē etiã materia ĩformis

Auguſti. Quare illa ꝯfuſa materies vocetur terra abyſſus aq̄.

dicta eſt aqua ſup quã ferebat̃ ſpũs dñi. ſicut ſuperfert̃ fabꝛicandis rebus voluntas artificis. qꝛ ſubiacebat bone volũtati creatoris. qđ formandũ ꝑficiendũꝙ inchoauerat. qui ſicut dñs et ꝯditoꝛ ꝑ̃erat fluitanti et ꝯfuſe materie vt diſtingueret ꝑ ſpẽs varias qñ vellet ⁊ ſicut vellet. Hec ideo dicta eſt aqua. qꝛ omnia q̄ in terra naſcunt̃ ſiue animalia ſiue arboꝛes vel herbe et ſimilia ab humoꝛe incipiunt foꝛmari atꝙ nutriri. His oībus vocabulis vocata eſt illa infoꝛmis materia. vt res ignota notis vocabulis inſinuaret̃ imperitiorib⁹ ⁊ nõ vno tm̃. Nã ſi vno tm̃ ſignificaret̃ vocabulo h̃ eſſe putaret̃ quod ꝯſueuerãt hoĩes in illo vocabulo intelligẽ. Sub his ergo noibus ſignificata eſt materia illa cõfuſa et infoꝛmis. q̄ nulla ſpecie cerni ac tractari poterat id eſt nominibus viſibiliuꝫ rerũ q̄ inde future erãt ꝓpter infirmitatẽ ꝑuuloꝝ qui min⁹ idonei ſunt inuiſibilia cõpꝛehendere. ⁊ tũc erãt tenebꝛe. i. lucis abſentia. Nõ eñi tenebꝛe aliquid ſunt. ſed ipa lucis abſentia. ſicut ſilentium nõ aliqua res ẽ. ſed vbi ſonus nõ eſt. ſilentium dicit̃ Et nuditas nõ aliqua res ẽ ſ; in coꝛpe vbi tegumentũ nõ ẽ. nuditas dr̃ ſicut et inanitas nõ eſt aliquid ſ; inanis dr̃ locus eſſe vbi non eſt coꝛpus. et ianitas eſt abſentia coꝛpoꝛis.

## Quo ſenſu tenebꝛe dicantur nõ eſſe aliquid et quomodo dicant̃ eſſe aliquid. D

## Attende quia hic

Auguſtinus tenebꝛas dicit nõ eſſe aliquid cum alibi tenebꝛe inter creaturas ponãtur que benedicunt dñm. Vñ dr̃. Benedicite lux et tenebꝛe dño. Ideoꝙ ſciendũ eſt tenebꝛas diuerſis modis accipi. ſ. vel ꝓ lucis abſentia. qualiter ſupꝛa accepit Aug⁹. iuxͣ quã acceptionẽ non ſunt aliq̃d. Vel ꝓ aere obſcurato. ſiue aeris obſcura qualitate. et ſ̃m hoc aliqua res creata ſunt. Jđ ḡ dic̃ tenebꝛas tunc fuiſſe ſup faciẽ abyſſi. qꝛ nõdum erat lux. q̄ ſi eſſet: et ſupeſſet ⁊ ſupfunderet̃. ſed nõdum lucis gratia opus ſuum deus venuſtauerat. que poſtea in ꝑ̃mo die formata eſt.

## Duo hic conſiderãda ſunt. quare illa materia confuſa ſit dicta infoꝛmis et vbi ad eſſe prodijt: q̄tumꝙ in altitudine aſcenderit. e

## De quare priuſq̄z

tractemus duo nobis diſcuciẽda occurrũt Primũ quare illa materia ꝯfuſa infoꝛmis dicat̃ an qꝛ omni foꝛma caruerit. an ꝓpt̃ aliud. Secundo vbi ad eſſe pꝛodierit. et q̄tum in altum aſcenderit. Ad illud ergo qđ pꝛimo poſitũ eſt bꝛeuiter rñdẽtes dicim⁹ illã pꝛimã materiã nõ iđ dictã foꝛe infoꝛmẽ ꝙ nullã om̃ino foꝛmã habuerit. qꝛ non aliquid coꝛpoꝛeũ tale exiſtere poteſt. qđ nullã habeat foꝛmaꝫ. ſed ideo nõ abſurdi ĩfoꝛmem appellari poſſe dicim⁹. quia in confuſione ⁊ ꝑmixtione quadã ſubſiſtẽs nondum pulchꝛã aptamꝙ ⁊ diſtinctã recipet foꝛmã qualẽ modo cernimus. Facta eſt ergo illa materia in foꝛma ꝯfuſionis ante foꝛmã diſpoſitionis. Jn foꝛma ꝯfuſionis pꝛius omnia coꝛpalia materialiter ſimul ⁊ ſemel ſũt creata. Poſtmodũ in foꝛma diſpoſitionis ſex diebus ſunt oꝛdinata. Ecce abſolutuꝫ ẽ quod pꝛimo in diſcuſſione ꝓpoſitum fuit. ſcꝫ quare illa materia dicat̃ infoꝛmis. Ad ꝑ̃mũ breuiter rñdet

## Hic ad id quod ſecundo querebatur reſpondet. f

## Nunc ſupeſt quod

ſcđo ꝓponebat̃ explicare. vbi ſcꝫ illa materia ſubſtiterit ⁊ q̄tũ in altitudine poꝛrigebat̃. Ad qđ nihil temere aſſerentes dicim⁹ Qꝛ illa pꝛima rerũ oĩm moles qñ creata eſt ibidẽ ad eſſe videt̃ pꝛodijſſe. vbi nunc foꝛmata ſubſiſtit Eratꝙ terreũ hoc elementũ in vno loco eodem medio ſubſidẽs ceteris in vna ꝯfuſione ꝑmixtis. eiſdẽꝙ circũq̄ꝙ in modo cuiuſdam nebule oppꝛeſſis ita obuolutũ erat vt apparere nõ poſſet quod fuit. illa vero tria in vna ꝑmixtione confuſa circũquaꝙ ſuſpẽſa. eouſꝙ in altũ poꝛrigebant̃ quouſꝙ nunc ſummitas coꝛꝑe nature ꝑtingit. Et ſicut q̄buſdã videt̃ vltra locum firmamẽti extendebat̃ illa moles. que in ĩferioꝛi ꝑte ſpiſſioꝛ atꝙ groſſioꝛ erat Jn ſupioꝛi vero rarioꝛ ac leuioꝛ atꝙ ſubtilioꝛ exiſtebat. De qua rarioꝛi ſubſtãtia putant quidã fuiſſe aquas que ſup firmamentum eſſe dicunt̃. Talis fuit mũdi facies in pꝛincipio pꝛiuſꝙ reciperet foꝛmam vel diſpoſitionem.

## Oſtenſo qualis fuit mundi facies in ipſo ꝑ̃moꝛdio. incipit proſequi opeꝝ ſex dieꝝ diſtinctionem. g

Nunc ſupeſt vt diſpoſitionē illā qualiter ꝑfecta ſit ordine ꝓſequamur. Sex dieb⁹ ſicut docꝫ ſcriptura geneſis diſtinxit de⁹. et ī formas redegit ꝓprias cūcta que ſimul materialiter fecerat. Perfecitqꝫ op⁹ ſuuꝫ die ſexto. ⁊ ſic deinde die ſeptimo requieuit ab om̄i oꝑe ſuo. id ē ceſſauit nouā creaturā facere. Sex em̄ dieb⁹ ſex rerū genera diſtinxit. nihilqꝫ poſtea fecit. qđ in aliquo illoꝝ nō ꝯtineat. opat⁹ eſt tm̄ poſtea ſicut veritas ī euāgelio ait. Pater me⁹ opatur vſqꝫ nūc. ⁊ ego operor illō

### De quattuor modis diuine operationis. b

Quatuor enim modis. vt ait Alcuinus ſup Gen̄. opat̄ deus Primo in vbo oīa diſponēdo. Scđo ī materia informi ꝗtuor elemētoꝝ de nihilo eā creando. vñ. Qui viuit ineťnū creauit omnia ſimul. Om̄ia. ſ. elementa. vel om̄ia corpora materialiter ſimul creauit Tertio per opa ſex dieruꝫ varias diſtinxit creaturas. Quarto ex primordialib⁹ ſeminib⁹ nō incognite oriunt̄ nature. ſed note ſepius reformentur ne pereant.

Iſta eſt diſtinctio. xij. h⁹ ſecundi libri. In qua magiſter poſtꝗ̄ tractauit de natura pure ſpūali. ſ. angel̄. Incipit agere de natura pure corꝑali. ſ. de ꝓductione mundi ſenſibilis. Et tria circa hoc facit. Nam primo oſtendit qualiter deus mundum ſenſibilem primo creauit. Secundo vbi ipſuꝫ ꝓducens collocauit. Tertio qualiter ip̄m diſtinguens ordinauit. Primū facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. De qua re prius ꝗ̄ tractemus. Scđm ab inde vſqꝫ ibi. Nunc ſupeſt. Tertium vſqꝫ ad finem diſtinctiōis Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū prima eſt hec. Deus in principio materiam quatuor elementoꝝ informem. id eſt. indiſtinctam creauit. Hanc ꝓpoſitioneꝫ magiſter ꝓbans ꝓponit ꝙ diuina ſapientia ſimul cuꝫ angelica natura mtaeriam in quattuor elementis cōfuſam et informem ꝓduxit. quam in ſex diebus ꝑfecte formauit ⁊ diſtinxit. Et ſubdit ꝙ aliqui ſancti ſcꝫ beatus Auguſtinus ⁊ ſui dixerunt om̄ia ſimul in materia et etiam diſtincta ſm̄ formas fuiſſe ꝓducta. Alij vero dixerunt ſcꝫ beatus Grego. ⁊ Beda ꝙ primo fuit materia rudis atqꝫ informis creata. de qua poſtmodū ꝑ ſex dierū interualla res corꝑales ſm̄ ꝓprias ſpecies ſunt formate. quā opinionem magiſter approbat ꝓpter plurimoꝝ doctoꝝ ſententiā ⁊ ſacre ſcripture autoritatē. Poſtea dicit ꝙ illa informis materia in p̄ncipio Gen̄. vbi eius ꝓductio legit̄ diuerſo nomine eſt vocata. Nominat̄ em̄ primo terra. vt ibi. In p̄ncipio creauit deus celū ⁊ terram. id eſt. illam informē materiam. ⁊ exprimit̄ nomine terre. nō quidem ꝓpter terreſtrem ſubſtantiam. ſed ꝓpter ſpecioſitatis carentiam. Secūdo exprimitur ibi nomine abyſſi: ibi cū dicit̄. ⁊ tenebre erant ſuꝑ faciem abyſſi. et hoc ꝓpter defectū diſtinctionis qua diſtinctiōe carebat. Etiam nomiatur ibi aqua. cū ſubdit̄. Et ſpiritus dñi ferebat̄ ſuꝑ aquas. Nam ſicut aqua habet multam fluxibilitatem. ſic materia illa habet fluxibilitatem ⁊ diuerſam potentialitatem ad diuerſas formas recipiendas. Hmōi aūt diuerſis nominibus fuit materia appellata ne crederetur vnius forme receptiua. ſi vno nomine fuiſſet vocata. Uſitatis etiā nominibus eſt vocata. ꝓpter ruditateꝫ populi cui moyſes ſcripſit et contulit manuductionem. Et ſubdit ꝙ etiam in Gen̄. dicitur ſuꝑ faciem abyſſi. id eſt. illi⁹ nature erant tenebre confuſe. id eſt. lucis abſentia. que tenebre nulle res ſunt ſed tm̄ lucis abſentia ſeu priuatio. Contra quod videtur eſſe illud Dan̄. Bndicite lux et tenebre dño. vbi tenebre inter res reales nominant̄. Ad quod reſpondet ꝙ tenebre qñqꝫ dicunt lucis abſentiam. et ſic nihil ſunt. qñqꝫ aerem oſcurū et ſic ſunt aliqua creatura. Secunda ꝓpoſitio ē hec Deus confuſam materiam elementorum in eodeꝫ loco vbi nūc eſt creāda collocauit. Hanc ꝓpoſitionem magiſter ꝓbans dicit adhuc duo de illa materia eſſe diſtinguenda. Quoꝝ primum eſt quō illa materia dicta ſit informis. cum tm̄ om̄i forma nō caruit. Ad qđ rñdet ꝙ dicit̄ informis non ꝓpter carentiam omnis forme. ſed quia formam confuſaꝫ habebat et non diſtinctam. vel quia formata nō fuit ſicut poſtea formabatur. Secunduꝫ eſt vbi fuerit illa materia creata ⁊ ꝗ̄tum ſpacium occupauit. Et rñdet ꝙ creabatur in illo loco vbi nunc eſt mundus. et occupabat ſpacium cuiſlibet elementi. et extendebat̄ etiam ſm̄ aliquos vltra locuꝫ firmamenti ſm̄ ꝙ erat materia illa in ꝑte inferiori ſpiſſior ⁊ groſſior. in ꝑte vero ſupiori rarior et ſubtilior. Unde de ꝑte illa rariori aquas que ſunt ſupra firmamentū dicunt eſſe factas. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Deus qui in principio confuſam materiaꝫ creauit quā in ſex diebus ꝑfecte mundū ꝯplendo diſtinxit et formauit. die ſeptimo ab eius ꝓpagatiōne ceſſauit. Hanc em̄ ꝓpoſitionē magiſter ꝓbans dicit ꝙ ꝑfecta rerū ꝓductio ⁊ formatio ſit expedita in dierum ſenario. ita ꝙ nihil poſtmodum eſt productum. quod in primus creatis aliquo modo nō ꝯtineret̄. et illa de cauſa dicit̄ de⁹ ſeptimo die quieuiſſe. eo ꝙ ceſſauit nouas creaturas producere. Sed contra hoc obijcit per dictum dñi noſtri ieſu chriſti. qui ait patrē ſuum et ſe vſqꝫ modo operari. ergo vt videtur deus nō quieuit ab om̄i oꝑe die ſeptimo. Et hoc cōfirmat̄ tali ratione. Si deus die ſeptimo quieuiſſet ab omni opere. tūc nō ꝓduceretur amplius de nouo aliquid in rerum natura. ſed hoc eſt falſum. ergo nō quieuit die ſeptimo. Et ꝙ hoc ſit verū patet. Nam quia multa ſunt generabilia. nondū tm̄ genita. ſed ſolum in potentia que eſt ad maximum determinate. ideo in futuro ſunt aliqua ad eſſe ſpecificum in potentia ꝗ̄ poſt ea acctualiter erunt. ideo nō ſunt omnia ſeptimo die diuina virtute creatiua producta. Ad quod reſpondens dicit deum quadrupliciter operari ad rerum ꝓductioneꝫ. Uno modo eternaliter omnia in verbo diſponendo. Secundo temporaliter materiam informem producendo. Tertio modo materiam ſex dieb⁹ confuſam ſm̄ ſpecies diſtinguendo. Quarto ex ſeminibus rebus inditis creata ne pereant reformando. Et licet deus ſm̄ tres primos modos operandi die ſeptimo quieuerat. quo ad quartum modum tamen ſemper opatur. Et de illo intelligi habet dictum xp̄i ſuperius allegatum. Et tm̄ in ſpeciali.

### Que fuerit prima diſtinctionis operatio. a

DI. XIII. p

# Prima autē

diſtinctionis operatio fuit formatio lucis. ſicut oſtendit ſcriptura Geñ. que cōmemorata reruz informitate earum diſpoſitionē a luce inchoauit ſubdens. Dixit de⁹. fiat lux. ⁊ facta eſt lux. et diuiſit lucē a tenebris. Appellauitq; lucem diem. ⁊ tenebras noctem. Et factum ē veſpere ⁊ mane dies vnus. Congrue mundi ornatus a luce cepit. vnde cetera que creanda erant viderent.

## Qualis fuerit lux illa. corporalis an ſpūalis. b

# Si querit qualis

illa lux fuerit corporalis .ſ. an ſpūalis? Idrñdem⁹ quod legim⁹ traditum. Dicit em̄

Auguſti. Aug⁹. q: lux illa corpalis vel ſpūalis intel

De ſpūali luce. ligi pōt. Si ſpūalis accipit: angelica natura intelligit. que prius iformis fuit. ſed poſtea formata eſt. cū ad creatorē conuerſa, ei charitate adheſit. Cuius informitatis creatio ſuperius ſignificata eſt. vbi dictum eſt. In principio creauit de⁹ celū et terrā. Hic vo eiuſdem formatio oſtendit cum ait. fiat lux ⁊ facta eſt lux. Hec ergo angelica natura prius tenebre. ⁊ poſtea lux fuit. quia prius habuit informitatē et imperfectionez. de

Auguſti. inde formationis pfectionē. ⁊ ita diuiſit deus lucem a tenebris. Nam vt ait Aug⁹. ſuper Geñ. Hui⁹ creature informitas et ipfectio fuit anteq; formaret in amore cōditoris. Formata vero eſt qñ ↄuerſa eſt ad icō

Hic de corporali luce. mutabile lumen verbis Si vo corpalis fuit lux illa quod vtiq; pbabile eſt. corp⁹ lucidū fuiſſe itelligit. velud lucida nubes. qd nō de nihilo ſ; de preiacenti materia formaliter factū eſt vt lux eſſet. ⁊ vim lucendi haberet. cum qua dies prima exorta eſt. quia ante lucē nec dies fuit nec lux. licet tempus fuerit.

## Q lux illa facta eſt vbi ſol apparet q in aquas lucere poterat. c

# Si autez queritur

vbi eſt facta lux illa. cū abyſſus om̄em terre altitudinez tegeret? Dici pōt in illis ptibus facta quas nunc illuſtrat ſolis diurna lux. Nec mirū lucem in aquis poſſe lucere cum etiā naturaꝝ opatione ſepius illuſtrētur Qui in pfundū merſi. miſſo ex ore oleo aquas ſibi illuſtrāt. que multo rariores fuerunt in principio q; modo ſunt. quia nondum ↄgregate fuerant in vno loco. Facta ergo lux illa. vicem et locū ſolis tenebat. q motu ſuo circūagitata noctē diemq; diſcernebat Ibi ergo primū lucem apparuiſſe veriſimile eſt: vbi ſol quotidiano curſu circūuectus apparet. vt eodē tramite lux circumcurrens. ac primo ad occaſum deſcendens veſpam faceret. deinde reuocata ad ortuz auroram. i. mane illuſtraret. et ita diuiſit deus lucem et tenebras. ⁊ appellauit lucem diem. et tenebras noctem.

## Q dies diuerſis mōis accipit. d

# Hic notandū eſt q

dies diuerſis modis accipitur in ſcriptura Dicit em̄ dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat. ⁊ dicit dies illuminatio ipſa aeris. Dicit etiā dies ſpaciū vigintiqtuor horaꝝ. qualiter accipit cuz dicit. Factum eſt veſpe ⁊ mane dies vnus. Qd ita diſtinguenduz eſt. factum eſt veſpe prius. et poſtea mane. ⁊ ita fuit dies vnus expletus vingintiquatuor horaꝝ. Dies ſcz naturalis. q habuit veſpam ſ; non mane. Mane em̄ dicit finis pcedentis et initiū ſequētis diei. quod eſt aurora: que nec plenā lucem nec om̄ino tenebras habet. Mane ergo primus dies nō habuit. q: nec dies precesserat qui ſequentis diei initio terminaretur ⁊ eo pcipue: q: luce apparente mox ſup terrā plenus atq; pclarus dies extitit. qui nō ab aurora. ſed a plena luce inchoauit. et mane ſequentis diei conſummatus ē. Vñ

Qualiter diſtingui debeat illud Et factuz eſt veſpere et mane dies vnus.

Beda. Beda ſuper Geneſim. Decebat vt dies a luce inciperet. et in mane ſequentis diei tēderet. vt opera dei a luce inchoaſſe. ⁊ in lucem cōpleta eſſe ſignificarent. Reliqui autem dies mane habuerunt ⁊ veſpam Quorum q̄ſq; a ſuo mane incipiens. vſq; ad alterius diei mane tendebat.

## De naturali ordine cōputationis dierum. ⁊ de illo qui pro myſterio introductus eſt. e

# Hic ē naturalis or-

do diſtinctionis dierum vt diſtinguantur

atq; ꝯputent̃ dies a mãe vſq; ad mane Po
ſtea ṽo in myſterio fcm̃ eſt vt dies cõputẽ
tur a veſpera in veſperã. et adiungatur di=
es p̃cedenti nocti ĩ ꝯputatione. cum iuxta
naturalem ordinem precedẽs dies ſequen
ti nocti adiungi debeat. quia homo a luce
per peccatũ corruit in tenebras ignorantie
et peccatorum. deinde per chriſtum a tene
bris ad lucez rediȷ̃t. Unde apoſtolus. Era
mus aliquãdo tenebre nunc aũt lux a dño
Primus itaq; dies nõ ab aurora ſed a ple=
na luce incipiens. ⁊ poſt veſperã paulatim
occidente luce excipiens mane ſequẽti diei
Beda expletus ẽ. Uñ Beda. Occidẽte luce pau
latim ⁊ poſt ſpacium diurne longitudinis
inferiores ptes ſubeunte: factum eſt veſpe
re. ſicut nunc viſitato curſu ſolis fieri ſolet.
Factum eſt aũt mane eadem ſup terraz re=
deunte. et alium diem inchoante. ⁊ dies ex
pletus eſt vnus vigintiquatuor horarum.
Fuitq; nox illo triduo om̄ino tenebroſa. q̃
poſt creata ſidera aliqua luce claruit.

Cur ſol factus eſt ſi lux illa ſufficie=
bat. f

Solet autez queri
quare factus eſt ſol. ſi lux illa faciẽduz diei
ſufficiebat? Ad quod dici põt. qm̃ lux illa
forte ſuperiores ptes illuſtrabat. ad illumi
nationem inferioruz ſolem fieri oportebat.
Uel potius ideo. q2 facto ſole diei fulgur
auctus eſt. Ampliori em̃ multo luce radia=
uit dies poſtea q̃z ante Si aũt queritur q̃d
de luce illa factum ſit cum modo nõ appare
at? Poſtea dici aut de ea corpus ſolis for=
matum. aut in ea pte celi eſſe in qua ſol eſt.
nõ ꝙ ipſa ſit ſol. ſed ſic eſt ei vnita vt diſcer
ni non valeat.

Qũo accipiendum ſit illud. dixit
deus an ſono vocis id de⁹ dixerit
an aliter. g

Preterea ĩueſtigã=
dum eſt qũo accipiendum ſit quod ait. dix
it deus. Utrũ temporaliter. vel ſono voci
Augusti. illud dixerit. an alio modo? Auguſt. ſuper
Geñ. tradit nec temporaliter nec ſono vo=
cis deum locutuz fuiſſe. quia ſi temporali/
ter: et mutabiliter. ⁊ ſi corporaliter dicatur
ſonuiſſe vox dei. nec lingua erat qua loque
retur. nec erat quẽ oporteret audire ⁊ intel
ligere. Bene ergo vox dei ad naturam ver
bi per qd̃ omnia facta ſunt refert̃. Dixit er
go deus fiat. ⁊c̃. non temp͛aliter. non ſono
vocis. ſed in verbo ſibi coeterno. id eſt ver
bum genuit intemporaliter in quo erat. et
diſpoſuit ab eterno vt fieret in temp͛e et in
eo factũ eſt.

Qũo accipienduz ſit qd̃ dicit̃ pa=
ter operari in filio vel per filiũ. vel
in ſpũſancto. h

Hic queri ſolz quo
modo accipiendũ ſit qd̃ dicit̃ pater opera=
ri in filio. vel p filiũ. vel in ſpũſcõ? Hoc em̃
ſcriptura frequẽter nobis ꝓponit. vt om=
nia in ſapiẽtia feciſti dñe. id ẽ. in filio. ⁊ In
principio. id eſt. in filio creauit. deus celuz
et terrã. Et illud. Per quem fecit et ſecula
Sup illum quoq; pſalmi locũ. Uerbo dñi
celi firmati ſunt ⁊c̃. dicit Aug⁹. ꝙ pater o=
peratur verbũ ſuum ⁊ ſpm̃ſanctum. Quo
modo ergo h̃ accipiendũ eſt? Putauerunt
quidam heretici ꝙ pater velut auctor ⁊ ar
tifex filio ⁊ ſpũſancto in rerum opatiõe q̃ſi
inſtrumento vteret̃. Ex predictis verbis er
randi occaſionẽ ſumẽtes. quod velut blaſ=
phemum atq; ſane doctrine aduerſuz abȷ̃
cit pia fides Nõ eſt itaq; intelligendũ ideo
ſcripturam frequenter cõmemorare patrẽ Hic aperit ex quo ſenſu di=
operari in filio vel per filiũ: tanq̃z filius nõ catur pater o
poſſet facere: ſi ei nõ porrexiſſet pat͛ dexte= perari in filio
ram. vel tanq̃z aliquod inſtrumentũ fuerit vel per filium
patris operãtis. ſed potius illis verbis pa
trẽ intelligi voluit cuz filio ⁊ ſpiritu ſancto
opari et ſine eis nihil facere.

Contra hanc expoſitionem ſurgit
hereticus. i

Sed dicit heretic⁹
hac ratione hoc poſſe dixiſſe filiũ opari p
patrem vel in patre ⁊ ſpiritumſanctum cũ
vtroq; vel per vtrũq;. quia filius cum pa=
tre ⁊ ſpiritusſanctus cum vtroq; operatur
Cui breuiter reſpondetur Ideo illud dcm̃
eſſe et nõ iſtud. vt in patre monſtraret̃ au=
toritas. Non enim pater a filio. ſed filius a
patre operatur. ⁊ ſpiritusſanctus ab vtro=
q;. Ideoq; etiam alius p ſpiritumſanctum
legitur operari. quia cũ ſpiritu ſancto ope=
ratur hocipſum a filio habenti vt opere=
tur.

Alia predictorꝫ expoſitio. k

Poteſt et alter illō accipi: vt dicat̃ pater in filio vel ꝑ filiuꝫ opari. quia eum genuit omnium opificẽ. ſic dicitur pater ꝑ eum iudicare. qꝛ genuit iudicem. ita ⁊ ꝑ ſpm̃ſctm̃ dicit̃ opari ſiue pater ſiue filius. quia ab vtroqꝫ ꝓcedit ſpũſſanctus factoꝛ omniũ. Unde Joh. Chryſ. in expoſitõne epiſtole ad Heb. ſic ait. Nõ vt hereticus inaniter ſuſpicat̃ tanq̃ꝫ aliqd̃ inſtrumentũ patris extiterit fili⁹ neqꝫ ꝑ eũ pr̃ dicit̃ feciſſe tanq̃ꝫ ipſe facere nõ poſſet. ſed ſicut dicit̃ pater iudicare ꝑ filiũ. quia iudicem genuit. ſic etiã dicit̃ opari ꝑ filiũ. quia eum cõſtat opificem genuiſſe. Si em̃ cauſa eius pater eſt: ſm̃ ꝙ pater eſt. multo amplius eoꝛũ cauſa eſt q̃ ꝑ filiũ facta ſũt. Hec de oꝑe prime diei dicta ſunt. — *Johãnes. Chryſ.*

Iſta eſt diſtinctio. xiij. h⁹ ſecundi libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de oꝑe creationis qđ factũ eſt ante omnẽ diem. agit de oꝑe diſtinctiõis quod factũ ẽ in primo die. ſ. de lucis ꝓductione. Et tria facit. Nam primo agit de lucis actuali productione. Secundo de ꝓducẽtis locutiõe. Tertio de cuiuſdam ꝓpoſitionis expoſitione. Primum facit a principio diſtinctiõis vſqꝫ ibi. Preterea inueſtigandum. Scđm ab inde vſqꝫ ibi. Hic queri ſolet. Tertiũ vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſentẽtia mgr̃i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitionibus quaꝝ prima eſt hec. Deus ꝑma die fecit lucem diſtinguẽdo tempus in diẽ et noctem. Hanc mgr̃ ꝓbans ꝓponit. ꝙ primũ a quo omnium rerũ principiũ incepit fuit lux. ⁊ hoc ꝯgrue qꝛ lux cetera habet manifeſtare. Circa qđ vlterius mouet tres queſtiones quaꝝ ꝑma eſt Utrũ lux illa ꝑma die diſtincta vel ꝓducta fuerit coꝛꝑalis vel ſpũalis. Et reſpondet ꝙ vtroqꝫ modo accipi põt. Si aũt accipiat̃ ꝓ luce ſpũali. tunc ſignificat formationẽ angelice nature. ꝑ gratiã gratũ facientem. que vt ſupꝛa dictum eſt quodãmodo ſub noĩe celi fuit producta. Si aũt ꝓ luce coꝛꝑali accipiat̃ tunc ſupponit ꝓ aliqua nubecula lucida de ꝑiacenti materia formata ⁊ ꝓducta. Tunc ſcđa queſtio eſt. Ubi facta fuerit lux illa. Et rñdet ꝙ ibi vbi ſol iam mouet̃. imo lux illa vicem ſolis in trib⁹ primis dieb⁹ tenẽſ motu ſuo diẽ ⁊ noctẽ faciebat. nec ab aliquis impediebat̃ ne luceret. ꝓpt̃ raritatem aquaꝝ tunc vñ et nũc qñ ꝑ olei imiſſioneꝫ aqua rarificat̃ quodãmodo illuſtrat̃. quare naute ĩ ꝓfundo maris ſe immergẽtes mittũt ex oꝛe ſuo oleum ad centrum. ſeu profunduꝫ maris. ⁊ ſic aque clarioꝛes fiunt. Et ſubdit ibidem ꝙ dies poteſt accipi diuerſimode. ſ. vel ꝓ ipſa luce. que in illo triduo tenebras illuminabat. vel ꝓ ipſa illuminatione aeris. vel ꝓ ſpacio vigintiquatuoꝛ hoꝛarũ. Tertia queſtio eſt. Quare ſol factus eſt quarto die ſi lux illa prima die ꝓducta ſufficiebat ad dies faciendũ. Et rñdet ꝙ lux illa tm̃ ſupioꝛes ptes illuminabat ⁊ tñ nõ ita clare ſicut nunc ſol. ideo cõgruit ſolem fieri ad lucis clarioꝛis diffuſionem. Et ſubdit ꝙ coꝛpus ſolare formatum eſt de illa luce vel inſeꝑabiliter habet eã ſibi coniunctam. Scđa ꝓpoſitio ẽ hec De⁹ nõ tꝑali vocis ſono. ſed verbo. ſic ab eterno dixit oĩa efficiendo. Hãc mgr̃ ꝓbãs querit. qualiter deus dixit. fiat lux. ſ. an hoc temꝑali ſono ꝓtulerit. vel ab aliquo alio modo. Et rñdens dicit ſm̃ Aug⁹. ꝙ non tꝑaliter. quia dato ꝙ ſic. tunc de⁹ fuiſſet locut⁹ mutabiliter nec etiam ſono vocis coꝛꝑaliter. cũ de⁹ careat inſtrumentis naturalibus quib⁹ talis ſonus habeat cauſari. Sed in verbo ſono ſibi coeterno dixit. fiat lux. i. Vbuꝫ genuit intemꝑaliter in quo erat diſpoſitũ ab eterno vt fieret lux in temꝑe ⁊ iam in eo factũ eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis ſm̃ ſcripturã de⁹ opat⁹ ſit ꝑ filium. nõ tm̃ vt ꝑ miniſtrum. ſed ꝑ illum quẽ genuit ſibi coequalẽ oĩm opificem. Hanc ꝓpoſitionẽ mgr̃ probans querit. qũo pater dicit̃ opari ꝑ filiũ vel in filio. ſicut ꝑ miniſtrũ. et qꝛ hoc eſt erroneũ. Ideo dat duplicem intellectũ catholicũ hui⁹ ꝓpoſitionis. Prim⁹ eſt ꝙ qñ pater dicit̃ opari per filiũ ſeu etiam ꝑ ſpiritumſcm̃. ſignificat̃ inſeꝑabilis opatio ꝑſonarũ cũ autoꝛitate. et exinde ꝓuenit ꝙ pater dicit̃ opari ꝑ filiũ ſed non econtra. qꝛ filius non haberet reſpectum patris autoꝛitatem principij. ſicut pater reſpectu filij. Secundus eſt ꝙ pater dicit̃ opari ꝑ filiũ. qꝛ filiũ genuit opificem. Et tm̃ in ſpeciali.

De opere ſecunde diei. qua factuꝫ eſt firmamentũ. a

Dixit quoqꝫ deus fiat firmamentũ ĩ medio aquarũ et diuidat aq̃s ab aquis. Diuiſitqꝫ aquas q̃ erant ſub firmamento ab his q̃ erant ſuꝑ firmamentuꝫ Sciendum eſt ꝙ illius celi deſcribitur hic creatio. ſicut ait Beda ſuꝑ Geñ. in quo fixa ſunt ſidera cui ſuppoſite ſunt aque in aere ⁊ in terra. ⁊ ſuppoſite alie. de quibus dicitur. Qui tegis aquis ſupioꝛa ei⁹. In medio ergo firmamentum eſt. id eſt. ſidereum celum. quod de aquis factum eſſe credi poteſt Cryſtallinus enim lapis cui magna eſt firmitaſ ⁊ perſpicuitas de aquis factus eſt Si quem vero mouet. quomodo aque nature fluide ⁊ in ima labiles ſuper celuꝫ poſſint conſiſtere. de deo ſcriptũ eſſe meminerit. Qui ligat aquas in nubibus ſuis Qui enim infra celum ligat aquas ad temp⁹ vapoꝛibus nubium retentas. poteſt etiam ſuper celi ſperam non vapoꝛali tenuitate ſed glaciali ſoliditate aquas ſuſpendere ne labantur. Quales autem et ad quid condite ſint. ipſe nouit qui condidit. Ecce oſtenſuꝫ eſt his verbis quod celũ factum ſit. ſcꝫ illud in quo ſunt fixa ſidera. id eſt quod excedit aerem. ⁊ de qua materia ſcilicet de aq̃s et quales ſint aque q̃ ſuper illud celũ ſunt. ſcꝫ vt glacies ſoliditate.

*DI. XIIII*

*Beda ad celũ dicit̃ creari.*

*De qua materia ſit factum illud celum.*

*Q̃uo aq̃ poſſunt eſſe ſup celũ ⁊ quales ſunt ille aque*

Alij putant celum illud eſſe ignee nature quibus conſentit Auguſtinus. b

Quidam vero celuꝫ

De 2o die

quod excedit aeris ſpacia ignee nature dicunt. aſſerentes ſuper aerem purum igneȝ eſſe. qui dicitur eſſe celuȝ. de quo igne ſidera ⁊ luminaria facta eſſe coniectant. Quibus Auguſtinus cõſentire videtur. Utrũ vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem an ipſe aer hic intelligatur. idem Auguſtin⁹ querit nec ſoluit. Magis tam̃ approbare videt̃ celum illud hic accipi qđ ſpacia aeris excedit. Aquas autem que ſuper illud celum ſunt dicit vaporaliter trahi ⁊ leuiſſimis ſuſpendi guttis. Sicut aer iſte nubiloſus exalatione terre aquas vaporaliter trahit et ꝑ ſubtiles minutias ſuſpẽdit et poſt corpulentius conglobatas pluuialiter refundit. Si ergo poteſt aqua ſicut videmus ad tantas minutias peruenire vt feratur vaporaliter ſuper aerem aquis naturaliter leuiorem. Cur non credamus etiaȝ ſuper illud leuius celum minutioribus guttis et leuioribus imminare vaporibuſ. ſed quoquo modo ibi ſint. ibi eſſe non dubitamus.

Auguſti. ſup Ben.

## Que ſit figura firmamenti. c

Queri etiã ſolet cuius figure ſit celuȝ? Sed ſpiritusſanctus q̄uis autores noſtri ſciuerint per eos dicere noluit. niſi quod proſit ſaluti. Querit̃ etiã ſi ſtet an moueat̃ celum? Si moueat̃ inquiunt q̄modo eſt firmamentuȝ? Si ſtat: q̄modo in eo fixa ſidera circumeũt? Sed firmamentum dici poteſt non ꝓpter ſtationẽ ſed ꝓpter firmitatem vel terminũ aquarum intranſgreſſibilem. Si autem ſtat. nihil impedit moueri et circũire ſidera.

Utruȝ ſtet an moueat̃ celũ.

Quare dicat̃ firmamentũ.

## Quare tacuit ſcriptura đ opere ſecunde diei qđ in alijs dixit. d

Poſt hoc queri ſolet quare hic non eſt dictum ſicut in aliorũ dierum operibus. vidit deus ꝙ eſſet bonũ Sacramentuȝ aliquod hic commendatur. Ideo enim fortaſſis non eſt hic dictum qđ tamen ſicut in alijs factum eſt: quia binarius principium alteritatis eſt et ſignum diuiſionis.

## De opere tertie diei qñ aque ꝯgregate ſunt in vnũ locum. e

Seq̃tur. Dixit de⁹ Congregentur aque in locum vnum ⁊ appareat arida. Tertie diei opus eſt congregatio aquarum in vnum locuȝ. Congregate ſunt enim omnes aque celo inferiores in vnam matricẽ. vt lux que preterito biduo aq̃s clara luce luſtrauerat: i puro aere clarior fulgeat et appareat terra que cooperta latebat. et que aquis limoſa erat fieret arida et germinibus apta. Eodem em̃ die ꝓtulit terra herbam virentem lignumq̄ faciens fructum. Si autem queratur vbi cõgregate ſint aque que totuȝ texerant ſpacium vſq̄ ad celum? Potuit fieri vt terra ſubſidens cõcauas partes preberet vbi fluctuantes aquas reciperet. Poteſt etiam credi primarias aquas rariores fuiſſe que ſicut nebula tegerent terras. ſed congregatione eſſe ſpiſſatas. ⁊ ideo facile in vnuȝ poſſe redigi locum. Cumq̄ multa cõſtet eſſe maria ⁊ flumina. in vnum tamen locum dicit aq̃s congregatas propter continuationem omniuȝ aquarum que in terris ſunt. quia cuncta flumina ⁊ maria magno mari iungũtur Ideoq̄ cum dixerit aquas cõgregatas in vnum locum. deinde dicit pluraliter. congregationes aquaruȝ propter multifidos ſinus earum quib⁹ om̃ibus ex magno mari ꝑncipiũ eſt.

Beda.

Ubi cõgregate ſunt aque.

Quõ omnes aq̃ ſint in vnũ locuȝ congregate cũ multa ſint maria et flumina.

## De opere quarte diei qñ facte ſunt luminaria. f

De 4o die

Seq̃tur. Dixit de⁹ Fiant luminaria in firmamento celi. ⁊ diuidãt diem ac noctem. In precedenti triduo diſpoſita eſt vniuerſitatis hui⁹ mundi machina ⁊ partibus ſuis diſtributa. Formata enim luce ꝑma die que vniuerſa illuſtraret. duo ſequẽtes dies attributi ſunt ſuprema ⁊ infime parti mundi firmamento. ſ. aeri terre ⁊ aque. Nam ſecunda die firmamẽtum deſuper expanſuȝ eſt. Tertia vero aq̃rum molibus inter receptacula ſua collectis terra eſt reuelata atq̄ aer ſerenatus. Quatuor ergo mundi elemẽta illis diebus ſuis locis diſtincta ſunt ⁊ ordinata Tribus autem ſequentibus diebus ornata ſunt illa q̄tuor elementa. Quarta em̃ die ornatuȝ eſt firmamentum ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. Quinta

Ut triduo ꝓcedenti facta eſt diſpoſitio ⁊ diſtinctio q̄tuor elemẽtorum et triduo ſequẽti ornatus eſt mũd⁹.

aer in volatilibus et aque in piſcibus orna menta acceperunt. Sexta accepit terra iu= menta et reptilia ⁊ beſtias. poſt que oīa fa= ctus eſt homo ꝺ terra et in terra. non tñ ad terrā nec ꝓpter terram. ſed ad celum et ꝓp ter celum.

Ante alia de ornatu celi agiť ſicut prius factum eſt. G

Qua vtilitate facta ſunt ei luminaria.

**Quia ergo celuʒ ce**teris elementis ſpeciem preſtat. priuſꝙ̄ a= lijs factum eſt. ideo ante alia ornatur in q̄r to die quo fiunt ſidera. Que ideo facta ſūt vt ꝑ ea illuſtreť inferior pars ne eſſet habi tantibꝫ tenebroſa. Infirmitatiqꝫ hominuʒ prouiſum eſt vt circūeunte ſole potirentur homines diei noctiſqꝫ viciſſitudine ꝓpter dormiendi vigilandiqꝫ neceſſitatē. et ideo ne nox indecora remaneret ſed luna ac ſide ribus conſolarentur homines quibꝫ in no cte operandi neceſſitas incumberet. ⁊ quia quedam animalia ſunt que lucem ferre nō poſſunt.

Quō accipiē duʒ ſit qḋ ait vt ſint i ſigna et tempora.

Quod autem ſubditur. Et ſint in ſigna ⁊ tempora et dies et ānos. quomodo accipiendum ſit queri ſolet? Ita eñ dictuʒ videtur quaſi quarto die cepiſſent tempo= ra. cum prius triduum ſine tempore nō fu= erit. Ideoqꝫ tempa que fiunt per ſidera nō ſpacia morarum ſʒ viciſſitudinē aeree qua litatis debemus accipere. quia talia moti= bus ſiderum fiunt. ſicut dies et anni quos vſitate nouimus. Sunt enim in ſigna ſere= nitatis et tempeſtatī. ⁊ i tempora. quia per ea diſtinguimꝰ quattuor tempora anni ſci= licet. ver. eſtatem. autumnum hiemē. Vel ſunt in ſigna et in tempora. id eſt. in diſtin= ctionem horarum. quia priuſꝙ̄ fierent. or= do temporuʒ nullis notabatur inditijs vel meridiana hora vel qualibet hora. Hec q̄r ta die facta ſunt.

Iſta eſt diſtinctō. xiiij. hꝰ ſecundi libri. In qua magiſter poſtꝙ̄ egit de opere prime diei ſcʒ de ꝓductione lucis. incipit agere de operibꝰ ſub= ſequentium dierum. ſcʒ de productione corporis fir= mamenti et elementorum. Et tria facit. Nam primo agit de firmamenti productione. Secundo de aqua= rum ſupercelestium congregatione. Tertio de ſolis et lune et aliarum ſtellarum collocatione. Primum facit a principio diſtinctiōis vſqꝫ ibi. Sequitur dixit Secundum ab inde vſqꝫ ibi. Sequiť dixit deus fiant Tertium vero vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tantuʒ in generali. In ſpeciali autem ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quaꝝ prima eſt hec. De us ſecunndo die fecit firmamentum. id eſt celum ſide reum in medio ſupercelestium ⁊ ſubceleſtium aquaꝝ Hanc enim propoſitionem magiſter probans dicit. ꝙ deus ſecundo die fecit firmamentuʒ: quod ſm Be dam celum ſidereum dicitur habens aquas ſupra ſe ⁊ infra ſe. quod non eſt mirum diuina virtute eſſe fa ctum. cum videmus aquas vaporabiliter eleuari in celum Unde ⁊ ſuper firmamentum glaciei ſoliditate aque ſuſpenduntur ne labantur. Poſtea querit tres queſtiones. quaruʒ prima et vltima omiſſis ſecundā ponit. ſ. Utrum celum ſtet vel moueatur. Qꝫ nō mo= ueatur arguit ſic. quia ſi ſic tunc non eſſet firmamen= tum. Si autem ſemper ſtat tunc non mouentur ſide= ra fixa in eo. quod eſt falſum. Ad quod reſpondens neutram partem determinate ponit. ſed ſoluit argu mentū dicens. ꝙ ſi moueretur adhuc poſſet dici fir= mamentum: propter ſui firmitatem in ſubſtantia. et non propter ſtabilitatem in ſitu. Si autem ſtat poſſi= bile eſt ſidera moueri in eo ipſo ſtante. Secūda ꝓ ſitio eſt hec. Deus tertia die per aquarum ſupercele ſtium adunationeʒ ſerenauit aerem ⁊ fecundauit ter ram ad productionem arborum et herbarum. Hanc enim propoſitionem magiſter probando dicit. ꝙ opꝰ tertie diei ſit congregatio aquarum in vnum locum que ſub celo ſunt. Ex qua cōgregatione terra et aer clariora apparuerunt. Unde et in eodeʒ die herbe vi rorem ⁊ ligna fructum fecerunt Si autem queratur vbi ſunt congregate aque que totuʒ texerunt ſpaciū vſqꝫ ad celum. Dicit ꝙ illa congregatio fieri potuit. vel qꝛ aque cancauitates terre ſubintrauerunt. Uel quia aque que prius erant rariores terram per mo= dum nebule tangentes inſpiſſate fuerunt. et dicūtur congregate in vnum locum. non obſtante ꝙ ſunt in multis locis. et hoc propter cōtiguitatem earum ad inuicem quia omnia flumina ⁊ omnia maria in mari magno ad minus occultis meatibus iunguntur.

Tertia propoſitio eſt hec. Deus quarto die ſole et luna et ſtellis ornauit firmamentuʒ vt eſſent in ſigna horarum et tempoꝝ. Hanc enim propoſitionem ma giſter probans aſſumit ꝙ in tribus diebus diſpoſita eſt vniuerſalis mūdi machina. ⁊ partibus ſuis diſtri buta. Quare etiaʒ primo die facta eſt lux que vniuer ſa illuſtrat. Secunda vero die firmamentum ſeu ce= lum ſidereum. Tertia vero die facta eſt diſtinctio ſu perioris partis mundi. ſcilicet nature elementaris. Unde tres dies que ſequuntur ſpectant ad ornatum eorum que in tribus primis diebus ſunt diſtincta: qꝛ quartus dies ſpectat ad ornatum celi. id eſt. firmamē ti. Quintus ad ornamentum aeris et aque. Sextus ad ornamentum terre. Celum autem ante alia quar= to die ornatur: eo ꝙ dignius eſt omnibus elementis. Imponuntur qꝫ ſibi ad ornamentum ſol et luna et ſi dera ad inferiores partis mundi illuminationem. et etiam ad animalium ſeu hominum vtilitatem et no= ctis et diei decorem. Et ſubdit etiam ꝙ ſunt facta in ſigna et in tempora In ſigna quidem eo ꝙ aeris qua litatem vel aeree qualitatis viciſſitudinem ſicut ſere= nitatem aut tempeſtatem ſignificant In tempora ve ro quia partes temporis diſtinguunt. videlicʒ veris eſtatis. autumni. hiemis que ſunt quatuor anni tem pora. Uel enim ſunt in ſigna et tempora. id eſt. in di= ſtinctionem horarum et temporum quia ante motuʒ ipſorum ordo temporis nullis notificabatur inditijs Et tm̄ in ſpeciali.

De opere quinto diei quādo cre auit deus ex aquis volatilia et na= tatilia. a

De 7to die

DI. XV

Dixit etiā deꝰ Producant aque reptile anime viuētis ꝛ volatile ſup terram ꝛc̄. Opꝰ q̄nte diei eſt formatio piſciū ꝛ auiū. quibꝰ duo elemēta ornant᷑. ꝛ de eadē materia .i. de aq̄s piſces et aues creauit. volatilia leuās in aera. et natalitia remittens gurgiti.

De opere ſexte diei qn̄ creata ſunt animalia ꝛ reptilia terre. b

De 6to die

Sequit᷑. Dixit deus. Producat terra animā viuentē: iumēta et reptilia ꝛ beſtias terre. ſm̄ ſpecies ſuas ꝛc̄. Sexte diei opus deſcribit᷑ cū terra ſuis animalibus ornari dicit᷑.

Utrū poſt peccatū venenoſa animalia noxia facta fuerint. an ꝓpt̄ peccatū nocere ceperint prius facta innoxia. c

Vtrū de venenoſis a(n)i(m)a(li)bꝰ q̄ creata ſūt fuerūt innoxia an primo

Queri ſolet de venenoſis et ꝑnitioſis animantibꝰ. vtrū poſt pctm̄ hoīs ad vindictā creata ſint. an potius creata innoxia pctōribꝰ nocere ceperint Sane dici pōt. ꝙ creata nihil homi nocuiſſent ſi nō peccaſſet. Puniendoꝝ nanq̄ vitiorū et terrendoꝝ. vel ꝓbande vel ꝑficiende ꝛ ꝑfruende ꝟtutis cauſa nocere cepert̄. Fuerunt ergo creata innoxia. ſ ꝓpter peccatū facta ſunt noxia.

Utrū minuta animalia tunc creata fuerint. d

De minutis a(n)i(m)alibꝫ

De quibuſdam etiam minutis animātibꝰ queſtio ē. Utrū in ꝑmis ꝯditionibꝰ creata ſint. an ex rebꝰ corruptis poſtea orta ſint? Pleraq̄ eñ de humidoꝝ corporū vitijs vel exalationibus terre ſiue de cadaueribꝰ gignunt᷑. Quedā etiā de corruptione lignoꝝ et herbarum et fructuū. et deꝰ autor oīm eſt. Pōt aūt dici ꝙ ea q̄ de corporibꝰ aīaliū maxime mortuorū naſcunt᷑: cū aīalibꝰ creata nō fuerint. niſi potentialr̄ et materialiter. Ea ꝟo que ex terra vel ex aquis naſcunt᷑ vel ex eis q̄ t̄ra germināte orta ſunt. tūc creata fuiſſe nō incongrue dici pōt.

Quare poſt oīa factꝰ eſt hō. e

Quare p(ost) oīa f(ac)t(us) ē homo

Omnibus aūt creatis atq̄ diſpoſitis nouiſſime factus eſt hō tanq̄ dñs ꝛ poſſeſſor. q̄ ꝛ oībꝰ ꝓferēdꝰ erat vñ ſequit᷑. Uidit deꝰ ꝙ eſſz bonū. ꝛ ait Faciamꝰ hoiem ad imaginē ꝛc̄. Sz anteq̄ de hoīs creatiōe tractemꝰ: qđ ſupra breuit᷑ tetigimꝰ pleniꝰ ꝟſantes clarius faciamꝰ. In hac eñ reꝝ diſtinctione catholici tractatores diſſentire vt ſupra diximꝰ inueniuntur Alijs dicentibꝰ res creatas atq̄ diſtinctas ſm̄ ſpēs ſuas ꝑ int᷑ualla ſex dieꝝ. Quorū ſnīe. q2 lr̄a Geñ magꝭ inſuire videt᷑ atq̄ catholica eccl'ia magꝭ approbat. iō hactenꝰ ſtudioſe docuimꝰ quō ex illa cōi materia ꝑꝰ informit᷑ facta poſtea corꝑaliū reꝝ genera ꝑ ſex dieꝝ volumina diſtinctim ſint formata Alijs aūt videt᷑ ꝙ non ꝑ int᷑ualla tēpoꝝ facta ſint. ſ ſimul ita formata ad eſſe ꝓdierūt Qđ Augꝰ. ſup Geñ. pluribꝰ mōis nitit᷑ oñdere. dicēs elemēta q̄tuor ita formata ſicut mō apparēt ab initio extitiſſe. et celū ſideribus ornatū fuiſſe. Quedā ꝟo nō formalit᷑ ſed materialiter tunc facta fuiſſe Que poſt per tempis acceſſum formaliter diſtincta ſunt. vt herbe. arbores et forte animalia. Omnia ḡ in ipō tpis initio facta eſſe dicūt ſ q̄dā formalit᷑ ꝛ ſm̄ ſpēs q̄s hr̄e cernimus vt maiores mūdi ꝑtes. q̄dā ꝟo materialit᷑ tm̄. Sz vt dicūt: moyſes loquēs rudi ꝛ carnali ꝑp'lo locutiōis modū tꝑauit de deo loquēs a ſili hoīs q̄ ꝑ moras tēporū opa ſua ꝑficit. cū ipſe ſimꝉ ſua opa fecerit. Uñ Augu. Jđ inq̄t moyſes diuiſim refert deū illa opa feciſſe. q2 nō potuit ſimul ab hoīe dici qđ a deo ſimꝉ potuit fieri. Jtē Potuit diuidere ſcriptura loquēdi tꝑibꝰ. qđ deꝰ operandi tꝑibꝰ nō diuiſit. Jlli q̄ his autoritatibꝰ ꝛ alijs hmōi iherētes. dicūt q̄tuor elemēta atq̄ celi luminaria ita formata ſimꝉ eē ꝛ habuiſſe illos ſex dies q̄s ſcp̄tura cōmemorat ſex rerū genera .i. diſtinctiōes appellāt. q̄ ſiꝉ facte ſunt. ꝑtim formalr̄. ꝑtim cauſaliter.

Anteq̄ deſcriptura homīs agat de mō ꝑme ꝯditionis rerū vñ ſupra breuit᷑ tetigit pleniꝰ agit vbi viri catholici ei diſſētire videntur.

Alijs dicentibus mūdū in materia ꝛ forma ita fuiſſe ſimꝉ. alijs vero ꝑ interualla tꝑm ꝛ dieꝝ ſm̄ q̄ expoſitio ꝑmiſſa huc uſq̄ deducta eſt.

Hic proſequitur opiniones illoꝝ qui ſimꝉ oīa facta cōtendunt.

Quō intelligendū ſit deū req̄euiſſe ab omni opere ſuo. f

Jam de ſeptime diei req̄re aliq̄d nos eloq̄ oportz. Scp̄tū ē: q2 ꝯpleuit deꝰ die ſeptio opꝰ ſuū. ꝛ req̄euit die ſeptio ab vniūſo ope qđ patrarat Req̄euiſſe dr̄ deꝰ die ſeptio nō q̄ſi opando laſſus. ſ ab vniūſo ope req̄euit. q2 nouā creaturā facere ceſſauit Req̄eſcere eñ ceſſare dr̄. Uñ i Apoc̄. dr̄. Nō habebāt req̄ez dicētia Sāctꝰ ſcūs ſcūs .i. dicē nō ceſſabāt. Requieuiſſe ḡ deꝰ dicit᷑. quia ceſſauit a faciendis ge-

neribus creature. qꝛ vltra noua nõ ꝯdidit Uſq; nũc tamen vt veritas in euãgelio ait. operatur pater cũ filio. ſ. aminiſtrationẽ eorun dem generum q̃ tunc iſtituta ſunt. Creatoris enĩ virtus cauſa ſubſiſtẽdi ẽ omĩ crature. Quod ergo dicitur. Pater meus vſq; modo operatur: et ego operor. illud vniuerſe creature ꝯtinuã aminiſtrationẽ oſtẽdit. Die ergo ſeptimo requieuit vt nouam creaturã vlterius nõ faceret. cuius materia vel ſimilitudo non preceſſerit. ſed vſq; nunc operatur. vt quod ꝯdidit cõtinere et gubernare nõ ceſſet.

Qualiter accipiẽdum ſit quod dicitur deus compleſſe opus ſuum ſeptimo die. cum tunc requieuit ab omni opere ſuo. g

Sed queritur quomodo ſeptimo die dicatur deus ꝯpleſſe opus ſuũ. cum ab omni opere illo die requieuerit. nec aliquod genus nouũ rerum fecerit? Alia tranſlatio habet. Conſummauit deus die ſexto opera ſua que nihil queſtionis affert. qꝛ manifeſta ſunt que in eo facta ſunt et omnium cõſummatio eo die perfecta ẽ. ſicut ſcriptura oſtendit cũ ait. Uidit deus cũcta que fecerat et erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erãt nihilq; in ſui natura vitij habentia. et ſunt bona que ꝯdidit deus etiam ſingula. Simul vero vniuerſa valde bona. quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis ammirabilis pulchritudo. in qua etiam illud quod malũ dicitur: bene ordinatũ et loco ſuo poſitum eminentius ꝯmẽdat bona. vt magis placeant et laudabiliora ſint dũ comparantur malis.

*Secundum aliam litteram nihil ibi eſt queſtionis quã ſequitur Auguſtinus*

Sexto ergo die facta ẽ operum cõſummatio Iam premiſſa oritur queſtio quomodo dicatur deus die ſeptimo opus ſuũ ꝯpleſſe. quod hebraica veritas habet in q̃ tamen nihil nouum creaſſe dicitur. niſi forte dicatur die ſeptimo cõpleuiſſe opus ſuum qꝛ ipſum benedixit et ſanctificauit ſicut ſubijcit ſcriptura. Benedixit diei ſeptimo et ſanctificauit illũ Opus enĩ ẽ benedictio et ſanctificatio ſicut Salomon aliquid operis fecit cũ templum dedicauit.

*Hic redit ad queſtionẽ poſitã. ſ. quomodo verum ſit deũ ſeptimo die cõpleſſe opus ſuũ*

Que ſit benedictio et ſanctificatio ſeptime diei. h

Illum autem diem ſanctificaſſe et benedixiſſe dicitur. quia miſtica pre ceteris benedictione et ſanctificatione eum donauit. Unde in lege dicitur. Memẽto ſanctificare diem ſabbati. Et inde eſt quod numerando dies. vſq; ad ſeptimũ procedimus et dicimus ſeptem eſſe dies quorum repetitõne omne tempus agitur. nõ quin alius ſit ab illis dies octauus et nouus. et ſic de ceteris. Sed qꝛ in ſex diebus rerum genera diſtincta ſunt. et in ſeptimo licet nõ fuerit nouũ genus rerum inſtitutum. fuit tamen in eo quaſi quidã nouus ſtatus ſanctificatiõis operum et requietõis opificis. Poteſt etiã ſic exponi illud. Compleuit deus die ſeptimo opus ſuum. i. cõpletum et ꝯſummatũ vidit.

Iſta eſt diſtinctio. xv. huius ſecundi libri. In qua quidem diſtinctiõe magiſter poſtq̃ egit de ornatu firmamenti. agit hic ꝯſequẽter de ornatu aeris et aque. Et tria facit. Nam primo agit de ornatu aeris. et ſimiliter de ornatu aque. ſeu etiam de opere q̃nte diei. Secundo agit de ornatu terre. ſeu etiam de opere ſexte diei. Tertio de ſeptime diei requie Primũ facit a principio diſtinctionis vſq; ibi. Sequitur dixit deus producat. Secundum ab inde vſq; ibi. Iã de ſeptime diei requie Tertiũ vſq; ad finẽ diſtinctionis. Et tamen in generali. In ſpeciali autem ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec. Deus quinto die volatilibus et natatilibus de aqua factis aerẽ et aquã adornauit. Hanc magiſter inſinuãs dicit quod opus quinte diei ẽ ornatio duorum elementorum. ſ. aque et aeris. per volatilia et natatilia. que de aqua tanq̃ ex materia ſui ſunt creata. ex quibus aues ſeu volatilia eleuauit deus in aerem. piſcis aquis ad ornatum relinquens.

Secunda propoſitio eſt hec. Deus ſexto die iumẽtis. reptilibus et beſtijs terre de terra formatis terrã decorauit. Hanc magiſter inſinuãs dicit quod opere ſexte die ornata fuit terra iumentis. reptilibus et beſtijs et alijs conſimilibus. Poſtea mouet duas queſtiones quarum prima eſt. An nociua animalia aut venenoſa etiã tunc a deo facta fuerũt. Et rñdens dicit quod illa animalia creata fuerunt innoxia. ſed hoĩe peccante facta ſunt nociua vt per ea vitia punirentur. et vt virtus probaretur.

Secũda queſtio eſt. An minuta animalia que ex putrefactione naſcuntur etiã tunc producta fuerũt. Et reſpondens dicit. quod illa que putrefactiõe naſcuntur cũ alijs animalibus producta non ſunt niſi materialiter. Et ſubdit quod nouiſſimus omniũ animaliũ fuit homo tanq̃ omniũ dominator. Addens quod circa rerũ creationem due ſolẽnes opiniones fuerunt. quarum prima dicit. quod per ſex dierum interualla omnia eſſe formata et per ſpiritũſanctũ eſſe diſtincta. Alia dicit oĩa ſimul eſſe ꝯdita et diſtincta. Tertia propoſitio eſt hec. Deus ſeptimo die dicitur quieuiſſe et opus ſuũ cõpleuiſſe. qꝛ vlterius nouã creaturã non ꝯdidit que in ſe materialiter vel in ſuo ſimili nõ fuerit licet tamen res productas benedixit et ſanctificauit. Hanc probans querit. Cur deus dicatur ꝯſummaſſe opus per requiem die ſeptimo cũ tamen ꝯpleuerit ipſum die ſexto Ad quod rñdens dicit deũ opus ſuũ cõpleuiſſe et ſexto die et ſeptimo. ſexto quidem. qꝛ tũc omĩa perfecit. Septimo autem quia vltimũ opus ſanctificationẽ. ſ. adhibuit. Unde et ſeptimus dies miſtica quedam ratione ſanctificatus cõſueuit appellari: Et tamen in ſpeciali.

De hominis creatione vbi cõſiderandum eſt quare creatus ſit homo. et qualiter ſit inſtitutus. que duo ſupra tractata ſunt. et qualis

Homo { quare creatus / qualit' inſtitutus / qual' vel quō factus / qualiter lapſus / q̄lit' reparatus } ſit



factꝰ et qualiter lapſus. poſtremo quomodo ſit reparatuſ. que diſcu cienda ſunt. a

DI. XVI

His excurſis que ſupra de hominis creatione ꝓmiſimꝰ effectui mã cipare atq͂ ordine explanare nunc ſuſcipimꝰ vbi hec ꝯſideranda videntˀ ſcʒ quare creatꝰ ſit hõ. et qualitˀ inſtitutꝰ. et qualis et quõ factus. Deinde qualiter ſit lapſus. poſtremo qualiter et ꝑ que ſit reparatus. Horꝫ aũt ꝑmo et ſecũdo poſita .i. cauſam creatiõis hũane et modum inſtitutionis ſuperius ꝓ modulo noſtre facultatis tractauimus. Ideoq͂ ſupeſt vt qualis vel quõ factꝰ ſit diſcutiamus. In Gen̄. legitˀ. Faciamus hoiem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinem nr̄am ⁊c̄. In eo ꝙ dicit faciamꝰ. vna opatio triũ ꝑſonaꝝ oſtẽditˀ. in hoc vero ꝙ dicit ad imaginẽ ⁊ ſimitudẽ nr̄am. vna et equalis ſubſtantia triuʒ perſonaꝝ monſtratˀ. Ex ꝑſona em̄ patris hic dr̄ ad filiũ et ſpm̄ſctm̄. Non vt quidaʒ putant angelis. qꝛ dei et angeloꝝ non eſt vna eadẽ imago vel ſimilitudo.

Beda. Quõ intelligendũ eſt. Faciamus hominem ad imaginem et ſimilitudinem nr̄am

Q͛ imago et ſimilitudo hic a diuerſis accipitur varie. a quibuſdaʒ increata. ⁊ ab alijs creata ⁊ increata vel eſſentia trinitatis vel filius et ſpiritusſanctus. b

anime ptes vbi incipit aliquid occurrere
qđ non ſit nobis cõmune cum beſtijs. ibi i=
cipit ratio. vbi hõ exterioꝛ iam poſſit agno
ſci. Rationis aũt ps ſupioꝛ eternis ratiõi=
bus conſpiciendis vel conſulendis adhere
ſcit. Poꝛtio inferioꝛ ad tempoꝛalia guber=
nanda deflectiẗ. Et illa rationis intentio q̃
contemplamur eterna. ſapientie deputaẗ.
Illa vo qua bene vtimur rebus tempoꝛa=
libus ſcientie deputaẗ. Cum vo diſſerim⁹
de natura mentis humane: de vna quadã
re diſſerimus. nec eam in hec duo que com
memoꝛauimus. niſi p officia geminamus.
Carnalis autem vel ſenſualis anime mot⁹:
qui in coꝛpoꝛis ſenſus intẽditur. nobis pe=

De rõne q̃ hȝ duas ptes q̃ꝝ ad officia.

Quid ad rõnem ptinet.

Ubi icipit rõ

coꝛibuſq; cõmunis eſt. qui ſecluſus eſt a ra
tione ſapientie. rationi autem ſcientie vici=
nus eſt.

Q' talis eſt oꝛdo peccandi vel cadẽ
di in nobis qualis fuit i primis ho
minibus. g

# Illud quoq; pter=

mittendum non eſt q' tal' nunc in vno hoĩe
temptationis eſt oꝛdo ⁊ pgreſſio qual' tũc
in pmis pceſſit parentibus. Ut eñ tũc ſer=
pens malum ſuaſit mulieri ipaq; conſenſit
deinde viro ſuo dedit. ſicq; conſummatum
eſt peccatũ. Ita ⁊ nunc in nobis pro ſerpẽ
te eſt ſenſualis motus anime. p muliere in=
ferioꝛ portio rationis. pro viro ſupioꝛi ra=
tionis poꝛtio. Et hic eſt vir qui ſm aplm
dicitur imago ⁊ gl'a dei. ⁊ illa eſt mulier: q̃
ſm eundem dicitur gloꝛia viri. Atq; inter
hunc virũ ⁊ hanc mulierem eſt velut qđ=
dam ſpũale coniugiũ naturaliſq; ꝯtractus
quo ſupioꝛ rationis poꝛtio quaſi vir debȝ
pẽeſſe ⁊ dominari. Inferior vo quaſi muli
er debet ſubeſſe ⁊ obedire. Idõ vir ſm apo=
ſtolum non debet habere velamen: ſ; muli=
er. Et ſicut in cunctis animantib⁹ nõ eſt re
pertum homini adiutoꝛiuȝ ſimile ſibi. ſ; de
illo ſumptum qđ ei foꝛmareẗ in coniugiũ.
ita in ptibus aĩme quas cum pecoꝛib⁹ ha=
bemus cõmunes. nullũ menti noſtre ſimi=
le eſt adiutoꝛiũ: Unde Aug⁹. in eodẽ. Il=
lud noſtrũ quod in actione tempalium tra
ctandoꝛũ ica verſaẗ vt non ſit in nobis cõ=
mune cum pecoꝛe. rationale eſt q̃dem: ſ; ex
illa rõnali mente qua ſubherem⁹ intelligi=
bili ⁊ incõmutabili veritati tanq̃ ductum
⁊ inferioꝛibus tractandis gubernandiſq;
deputatum eſt. Sicut eñ in omibus peco
ribus nõ eſt inuentũ viro adiutoꝛiũ ſimile
ſibi: niſi de illo detractũ in coniugium foꝛ=
maretur. ita mẽti nr̃e qua ſupnam conſuli=
mus veritatem: nullũ eſt ad vſum rex tpa
lium q̃tum nature homĩs ſatis eſt ſil'e ad=
iutoꝛium ex anime ptibus quas cõmunes
cũ pecoꝛibus habem⁹. Ideoq; rõnale no=
ſtrum nõ ad vnitatis diuoꝛtiũ ſepatuȝ: ſed
in auxiliũ ſocietatis quaſi deriuatuȝ in ſuo
diſpartiẗ officio. Et ſicut vna caro eſt duo
rum in maſculo ⁊ in femina. ſic intellectum
nr̃m ⁊ actionẽ ſiue rationẽ ⁊ appetitũ ratio
nalem. vel ſi aliquo mõ ſignificantius dici
poſſunt vna mentis natura cõplectiẗ. vt ſi
cut de illis dictum eſt. Erunt duo in carne

Q' in nob' eſt vir ⁊ mulier ⁊ ſpens ⁊ quõ.

De ſpũali coniugio viri et mulieris i nobis.

Teſtimonio Augu ita cẽ oſtendit

vna.ſic ⁊ de his dici poſſit.duo i mēte vna
Ecce ex his vbis apte intelligi pōt q̄lr̄ in
aīma homis exiſtat imago illius coniugij.
⁊ qualr̄ in ſingul' noſtrum ſpūaliter ſint il-
la tria.ſ. vir.mulier.ſpens.

### Qualiter p illa tria in nobis cōſū- metur temptatio. h

Nūc ſupereſt oſtē-
dere quō p hec tria in nobis conſummet̄
peccatū.Ubi agnoſci poterit ſi diligent̄ in
tendat̄ quid ſit in aīma mortale vel venia-
le peccatū.Ut enim ibi ſpens ſuaſit mulie
ri.⁊ mulier viro. Jta ⁊ in nob ſenſual' mo-
tus cum illecebrā peccati conceperit. qua-
ſi ſpens ſuggerit mulieri.ſ.inferiori pti ra-
tionis.i.rationi ſcientie. q̄ ſi conſenſerit ille
cebre:mulier edit cibum vetitum. Poſt de
eodem dat viro cum ſupiori pti ratiōis. id
eſt rationi ſapientie eandē illecebraȝ ſugge
rit quaſi conſentit. tunc vir etiam cū femia

Qn̄ petm̄ ſit veniale.

cibum vetitū guſtat.Si g̊ in motu ſenſuali
tantū peccati illecebra teneat̄:veniale ac le

Qn̄ mlier ſola manducat cibū vetitum

uiſſimū eſt peccatū. Si vo inferior pars
rationis conſenſerit:ita vt ſola cogitatiōis
delectatione ſine voluntate pficiendi tenea
tur.mulier ſola manducauit nō vir.cui⁹ au
toritate cohibetur voluntas.ne ad op⁹ vſ-
qȝ pueniat. Si vo aſſit plena voluntas p-
ficiendi vt ſi aſſit facultas ad effectum pdu
catur:vir q̊ȝ manducat. q: ſupior ps ratio
nis illecebre conſenſit.⁊ tunc eſt damnabi-

An ē mortale petm̄ in guſta mlieris diſcerne aliquā do mortale: aliqn̄ veniale petm̄

le ⁊ graue peccatum. Quando aūt mulier
ſine viro guſtat aliqn̄ eſt mortale.aliquan-
do veniale peccatū. Ut em̄ dictum eſt tūc
mulier ſine viro guſtat cum ita delectatiōe
cogitatiōis peccatū tenet̄. vt faciendū nō
decernat̄.vt cum q̄dam terminus ⁊ mēſu-
ra peccato adhibet̄ a viro. vt nō liceat mu
lieri effrenata libertate in peccatū pgredi.

Repetit quādo mlier ſine viro guſtat . vbi oñdit qn̄ veniale et qn̄ mortale eſt.

Si ergo peccatū non diu teneat̄ delecta
tione cogitationis.ſed ſtatim vt mulierem
tetigit viri autoritate repellat̄: veniale eſt.
Si vo diu in delectatiōe cogitatōis tenea
tur ⁊ ſi voluntas pficiendi deſit.mortale ē
⁊ p eo damnabit̄ ſil' vir ⁊ mulier.i.tot⁹ hō
q: ⁊ tunc vir non ſicut debuit mulierem co
hibuit. vnde pōt dici conſenſiſſe.

### Repetitio ſummam perſtringēs. i

Jtaqȝ vt breuiter
ſummam pſtringam qn̄ peccatum ita i ani
ma ɔcipit̄ vt illud facere diſponat. vel etiā
pficiat.aliud frequenter.aliud ſel'.vel etiaȝ
quando delectatione cogitatōis diu tenea
tur:mortale eſt. Cum vo in ſenſuali motu
tantum eſt vt p̄diximus:tunc leuiſſimū eſt
quia ratio tunc non delectat̄ Jdeo aūt ſu-
pra dixi aliud frequenter.aliud ſemel. q: q̄
dam ſunt que ſi tantū ſemel fiant. vel faciē-
da diſponant̄ .damnant. quedam vo non
niſi ſepius fiant vel facienda decernantur.
vt de ocioſo verbo ⁊ hmōi. Hec Aug⁹.in

Auctē aug. ita eē ɔfirmat

xij.li.de trinitate tradit ita. Sicut in illo cō
iugio p̄morum hominū ſpens manducan
dum pſuaſit. Mulier autem non mandu-
cauit ſola:ſed viro ſuo dedit ⁊ ſimul mādu
cauerunt.ita ⁊ in quodam ſecreto cōiugio
quod in homine geritur ⁊ dinoſcit̄ cum ra
tione ſciētie que in rebus temporalib⁹ agē
dis ratiocinandi viuacitate verſatur: ani-
malis ſenſus ingerit quandam illecebram.

Qn̄ mlier cū viro manducat.

tunc velut ſerpens alloquit̄ feminā. Huic
autem illecebre conſentire de ligno vetito
eſt edere. Sed iſte conſenſus ſi ſola cogita-
tionis delectatione contentus eſt. ſuperio-
ri vo autoritate ita retinent̄ membra vt nō
exhibeāt̄ arma iniquitatis peccato: ſic ha
bendum eſtimo. velut lignum vetituȝ mu-
lier ſola comederit. Si aūt in conſenſu illo
ita decernitur quodqȝ peccatū. vt ſi ſit po
teſtas etiam ope impleatur .intelligēda eſt
mulier dediſſe viro ſuo ſimul edendum illi
citum cibum. Neqȝ enim poteſt peccatum
non ſolum cogitandum ſuauiter verū.etiā
perpetrandum efficaciter mēte decerni:ni-
ſi ⁊ illa mentis intentio penes quā ſumma
poteſtas eſt membra in opus mouendi: vl'
ab opere cohibendi male actioni cedat.

Utrū ſit mortale qd̄ in ſola delectatōe tenet̄ cogitationis

Nec ſane cum ſola cogitatione mens oble-
ctatur illicitis non quidem decernens eſſe
facienda:tenens tamen ⁊ volēs libent̄ que
ſtatim vt attigerunt animuȝ reſpui debue-
runt:negandū eſt eſſe petm̄:ſed longe min⁹
q̄ȝ ſi ⁊ ope ſtatuatur implendū. Et ideo de
talibus q̊ȝ cogitationibus venia petenda ē
pectuſqȝ pcutiendum ⁊ dicendū . Dimitte
nobis debita noſtra Neqȝ enim ſicut i illis
duobus p̄mis hominibus perſonam ſuam
quiſqȝ portabat. Et ideo ſi ſola mulier cibū
ediſſet illicitum.ſola vtiqȝ mortis ſupplicio
plecteretur.ita dici poteſt in homine vno .
ſi delectationibus illicitis a quibus conti-
nuo ſe deberet auertere : cogitatio liben-
ter ſola paſcatur : nec facienda decernan-
tur mala.ſed tamen ſuauiter in recordatio-

ne teneant̄ quaſi mulierem ſine viro poſſe
dānari. Abſit hoc credē. Hic quippe vna
pſona eſt: vnus homo eſt. totuſq; damna=
bitur. niſi hec que ſine voluntate opandi. ſ
tñ cum voluntate animum talibus oblectā
di ſolius cogitationis ſentiunt̄ eſſe peccata
Auguſti. per mediatoris gratiam remittantur. Idē
quoq; i libro contra manicheos de hoc eo
dem ſic ait. Apoſtolus dicit. Scdm princi
pem poteſtatis aeris hui⁹ ſpūs q̄ nūc ope=
ratur in filijs diffidētie. Nunquid ergo vi=
ſibiliter eis apparz aut quaſi corporeis loci
accedit ad eos ⁊ operatur. Sed miris mo=
dis per cogitationem ſuggerit quicq̄d po=
teſt. quibus ſuggeſtionibus reſiſtendum ē
Nō eñ ignoramus aſtutias ei⁹. Quomo=
do eñ acceſſit ad iudam quādo ei perſuaſit
vt dñm traderet. Nunquid in locis. aut p
hos oculos ei viſus eſt? Sz vtiq; vt dictū
eſt in cor eius intrauit. Repellit autem illū
homo ſi padiſum mentis cuſtodiat. Poſu
it eñ hominem deus in paradiſo vt opera
retur ⁊ cuſtodiret. quia ſic̄ eccleſie dicit̄ in
canticis canticorum. Ortus ꝯcluſus fons
ſignatus. quo vtiq; nō admittit̄ pueſitatꝭ
ille perſuaſor. ſed tamen per mulierez dece=
pit. Non eñ etiam ratio noſtra deduci ad
conſenſionem peccati poteſt. niſi cum dele=
ctatio mota fuerit in illa pte animi qua de=
bet obtemperare rationi tanq̄ꝫ rectori viro.
Etiam in vno quoq; noſtrum nihil aliud
agitur cum ad peccatum quiſq; dilabitur.
q̄ꝫ tunc actum eſt in illis tribus ſerpēte. mu
liere ⁊ viro. Nam primo fit ſuggeſtio ſiue
per cogitationem ſiue p ſenſus corporis vꝭ
videndo vel tangendo. vel audiendo. vel
guſtando. vel olfaciendo. Que ſuggeſtio
cum facta fuerit ſi cupiditas noſtra nō mo
ueatur ad peccandum. excludit̄ ſerpentis
aſtutia. Si aūt mota fuerit: quaſi iam muli
eri perſuaſum erit: ſed aliquādo ratio virili
ter etiam commotā cupiditatem refrenat ⁊
compeſcit. Quod cū ſit: nō labimur in pec
catum. ſed cum aliquāta luctatione corona
mur. Si autem ratio conſentiat ⁊ quod li=
bido cōmouerit faciendum eē decernat. ab
omni vita beata tanq̄ꝫ de paradiſo expelli=
tur homo. Iam eñ peccatum inputat̄ etiā
ſi non ſubſequat̄ factū. qñ rea tenet̄ in con
ſenſione cōſcientia.

Quare hec de anime partib⁹ di=
xit. k

Hec de anime par=
tibus interſeruimus. vt ipſius anime natu
ra plenius cognoſceretur. ⁊ ſcdm quaz ſui
portionem in ea ſit liberum arbitrium: itel=
ligatur. ſ. ſm ratōnem qua omne peccatuz
mortale geritur. ſed nō oīne veniale. illud
ſcz qđ in ſolo motu ſenſualitatis exiſtit.

Q̄ ſenſualitas ſepe in ſcriptura ali=
ter q̄ꝫ ſupra accipit̄. ſ. vt etiaz infe
rior rationis portio eius nomine
intelligat̄. l

Non eſt autez ſilē=
tio pretereundum q̄ ſepe in ſcriptura nomi=
ne ſenſualitatꝭ. nō id ſolum i anima quod ē
nobis cōmune cum pecore. ſed etiam infe=
rior portio ratiōis que tempalium diſpo=
ſitioni intendit: intelligitur. Quod diligēs
lector in locis ſcripture vbi de ipſa fit men=
tio vigilanter annotet.

Iſta eſt diſtictio. xxiiij. hui⁹ ſecū
di libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de temptatione
p̄mi hominis p quaz cecidit agit de potētia ſm quā
ſtare potuit. cuiuſmodi eſt liberum arbitriū. Et tria
facit. Nam p̄mo oſtendit q̄ p̄mis parentibus fuit da
tum ſufficiens adiutorium ad ſtatus innocentie ten=
tionem. Secundo ſubdit q̄ illud adiutorium fuit li=
berum arbitrium inſinuans ad quam ip̄m pertineat
anime portionem. Tertio ſubiungit q̄ nos peccan=
tes ſequimur quodāmodo p̄morum parentum tem=
ptationem. Primuz facit a p̄ncipio diſtinctiōis vſq;
ibi. Conſiderandū eſt. Secundū vſq; ibi. Illud quo
q; non p̄tereundum eſt. Tertiū ẜo vſq; ad finem di=
ſtinctiōis. In ſpēali ſententia magiſtri ſtat in tribus
ꝓpoſitionibus. quarū p̄ma eſt hec. Prim⁹ homo
auxilio gratie a creatione ſibi indite potuiſſet abſq;
merito cuilibet temptationi reſtitiſſe. Hanc mgr̄ ꝓ=
bans dicit q̄ p̄mus hō ex creatiōe habuit ſibi inditū
recte voluntatis auxilium. quo reſiſtere potuit ma=
lo. licet non ad meritum glorie. Et ratio eſt q: ſi ta=
le auxilium non habuiſſet peccatū: non fuiſſz ſibi iu=
ſte imputatum. Sed contra obijcitur dupliciꝭ. Pri=
mo querendo quomō talis voluntas recta poſſit di
ci. q: p̄mus homo nec meruit nec ſtetit? Et reſpon=
det ipſam fuiſſe rectam p mali carentiam. ⁊ quia per
hoc eam ad tempus ſtare voluit. Secūdo querit ſic.
Cum reſiſtere malo ſit meritoriuz ſi potuit in primo
ſtatu reſiſtere malo. ergo mereri potuit? Et reſpon=
det q̄ reſiſtere malo in natura corrupta meritorium
bene eſt. in qua eſt aliquid impellens ad malum. ſed
non fuit ſic in natura integra. in qua fuit auxiliuz in
cludens rectitudinem oīm potentiarū anime. abſq;
quocunq; impellente ad malum. Secunda ꝓpoſi
tio eſt hec. Auxilium quo homo in ſtatu innocentie
potuiſſet vitaſſe peccatum eſt liberum arbitriū per=
tinens ad ſupioris rationis portionem. Hanc magi=
ſter inſinuās q̄rit. Quid ſit illud auxiliū quo hō po=
tuiſſet in primo ſtatu vitaſſe peccatū? Et reſpondēs
dicit q̄ fuit liberum arbitrium. quod deſcribens di=
cit q̄ ſit facultas rationis ⁊ voluntatis: qua bonum
eligitur cum gratia ⁊ malum ſine gratia. ⁊ dicitur li
berum quo ad voluntatem. ⁊ dicitur arbitrium quo

ad rationem ad quam ſpectat potentia diſcernendi. Et dicitur facultas voluntatis ⁊ rationis eo ꝙ tã ad voluntatem ꝗ̃ ad rationem ſpectat. Ex quo correla rie infert ꝙ liberum arbitriũ ſit potentia rationalis nature qua poteſt velle bonum vel malum vtrũqꝫ di ſcernendo. ⁊ ꝑ conſequens bruta animalia eo carẽt ⁊ ſic tantum ſenſum ⁊ oppetitum ꝗ̃ ſenſualitas dicit̃ habent. Et ſubdit ꝙ ſenſualitas ⁊ ratio ſunt due vi res anime ab inuicem differentes. Nam ſenſualitas reſpicit ſenſus corporis ⁊ appetitus eorũ. Ratio vͦo eſt quedam vis anime ſupior excedens omne illᵭ qᵭ habemus cõmune cum brutis. Cuius qͥdem ratiõis duplex eſt portio. vna inferior que diſponit tempo ralia. Alia ſuperior que eternis bonis conſpiciẽdis intendit. Et he due portiones non nominant duas eſſe potentias anime. ſed diuerſa eſſe officia vnius ⁊ eiuſdem potentie. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Tunc mortaliter vel venialiter peccamus: dum vl̃ in opus vel in delectationem culpe conſenſum damus. Hanc mgr̃ inſinuans dicit ꝙ ad inſtar ꝑmi hoĩs ꝑmi pecca ti aliqñ contingit nos peccare. Unde ſicut in primo peccato ꝑmorum parentum inueniebatur ſpẽs ſua dens mulieri. ⁊ mulier ſuadens viro. ita ⁊ in nob̃ ſen ſualitas ꝑ modum ſpentis ſuadet rationi ſuperiori. nam ratio ſupior ⁊ inferior habet ſe ſicut vir ⁊ mlr̃ qꝛ ſicut vir ſeductus fuit a muliere ſibi data in adiu torium. ⁊ vnum cũ ĩpo exiſtit in carne vna. ita ratio inferior a ſupiori deducit̃: ⁊ eſt ei in adiutoriũ vnum cũ illa vna mentis natura exiſtens. Et ſubdit ꝙ mo tus ad peccandũ ꝗ̃ ſolum eſt in ſenſualitate eſt pctm̃ veniale. ſed ꝑueniens ad rationem ſupiorem eſt pec catum mortale. conſiſtens aũt in ratiõe inferioris: ſi non diu tenet̃ etiam eſt veniale. Si vͦo in ea diu te neatur mortale eſt. Et hec oĩa ꝓbat autoritate bea ti Auguſtini. addens ꝙ ratio inferior etiam quãdo qꝫ ſumit̃ ꝓ ſenſualitate. quod dimittit diligẽti lecto ri ꝑſcrutandũ. igit̃ ⁊c̃. Et tm̃ in ſpẽali de ſnĩa huius diſtinctionis.

## Redit ad liberi arbitrij conſiderationem. a

Di. XXV

Diffinitio liberi arbitrij.

## Iam vero ad

ꝓpoſitum redeamus. ſ. ad liberi arbitrij tractatum. Qᵭ philoſophi diffinientes dixerũt liberum de voluntate iudiciũ. qꝛ ptãs ĩpa ⁊ abilitas voluntatis ⁊ rationis quaꝫ ſupra diximus eſſe liberũ arbitrium. libera eſt ad vtrũlibet. qꝛ libere põt moueri ad h̃ vel ad illud. Liberũ ergo dicit̃ arbitriũ quantuꝫ ad voluntatẽ. qꝛ voluntarie moueri ⁊ ſpõtaneo appetitu ferri põt ad ea que bona vel mala iudicat. vel iudicare valet.

## Q liberum arbitriuꝫ non pertinet niſi ad futurum. nec ad omne futurum. b

## Hoc autez ſciendũ

eſt ꝙ liberum arbitriũ ad p̃ſens vel ad p̃teritum non refert̃: ſed ad futura cõtingẽtia. Quod eñ in p̃ſenti eſt. determinatũ ẽ: nec in poteſtate noſtra eſt vt tunc ſit vel non ſit qñ eſt. poteſt eñ non eſſe vel aliud eſſe poſtea. ſ; non põt nõ eſſe dũ eſt. vl̃ aliud eẽ dũ id eſt qᵭ eſt: ſ; in futuro an hoc ſit vel illud ad ptãtem liberi arbitrij ſpectat. Nec tamẽ omnia futura ſub poteſtate liberi arbitrij veniũt: ſed ea tantũ que ꝑ liberuꝫ arbitriũ poſſunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac diſponat facere quod in eiꝰ nullatenus ſit poteſtate. vel qꝛ ſine ĩpiꝰ diſpoſitione eque fieret. in hoc ĩpe liberũ nõ habet arbitriũ.

## Q ſupraposita deſcriptio liberi arbitrij nõ cõuenit deo. nec his qui glorificati ſunt. c

## Et quidem ſꝫm pre

dictam aſſignationẽ in his tm̃ videtur eſſe liberũ arbitrium qui voluntateꝫ mutare ⁊ in contraria poſſunt deflectere. In quoruꝫ videlicet poteſtate eſt eligere bonũ vl̃ malum. ⁊ vtrũlibet ſꝫm electioneꝫ facere vl̃ dimittere. Scdm̃ ꝙ nec in deo nec in his omnibus: qui tanta beatitudinis gratia ſunt roborati. vt iam peccare nequeant liberũ arbitrium eſſe nequit. Sed ꝙ deus liberũ arbitrium habeat Augꝰ. docet in lib. xxij. de ciui. dei ita inqͥens. Certe deus ĩpe nunqͥd qm̃ peccare non põt. ideo liberũ arbitrium habere negandus eſt. Amb. qꝫ in li. de tri. ait. Paulus dicit. quia omnia opat̃ vnus atqꝫ idem ſpũs. diuidẽs ſingulis ꝓut vult id eſt ꝑ libere voluntatis arbitrio. nõ pro neceſſitatis obſequio.

Q in deo ſit liberum arbitrium.

Ambro.

## Qualiter in deo accipit̃ liberũ arbitrium. d

## Sed aliter accipit̃

liberũ arbitrium in creatore qꝫ in creaturis. Dei etem̃ liberũ arbitrium dicit̃ eius ſapientiſſima ⁊ omnipotens voluntas. que nõ neceſſitate: ſ; libera bonitate omnia facit ꝓut vult. Ideoqꝫ Hiero. attendẽs nõ ita eſſe liberũ arbitriũ in deo ſicut eſt in creaturis. ab ĩpo videt̃ liberum arbitriũ excludere i omelia quadam de filio ꝓdigo dicẽs. Solus deus eſt in quem peccatũ nõ cadit: nec cadere poteſt. Cetera cũ ſint liberi arbitrij in vtranqꝫ ꝑtem flecti poſſunt. Dũ ait: cetera. indicat liberum arbitrium ſicut eſt in

Hiero.

ceteris non ita eſſe in deo.

Q*r* angeli et ſancti qui iam b*ea*ti ſunt habent liberū arbitriū. e

**Angeli v*er*o ⁊ ſancti** qui iam cum dn̄o feliciter viuūt. atq*ue* ita g*ra*tia beatitudinis confirmati ſunt vt ad malum flecti nō velint nec p*oſſu*n*t*: libero arbitrio non carēt. Unde Aug*us*. in li. xxij. de ciuitate ait. Sicut p*ri*ma immortalitas fuit quam peccando Adā ꝑdidit poſſe nō mori. ita p*ri*mum liberū arbitriū poſſe nō peccare. nouiſſimū nō poſſe peccare. Idē in ench. Sic oportebat p*ri*us hominē fieri. vt bene velle poſſet ⁊ male. Poſtea vero ſic erit vt male velle nō poſſit. nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberi*us* erit arbitriū quod omnino non poterit ſeruire peccato: neq*ue* aut volūtas nō eſt. aut libera dicenda nō eſt. q*ua* beati ſic eſſe volumus. vt eſſe miſeri nō ſolū nolimus. ſed nequaq*uam* ꝓrſus velle poſſimus. Sicut ergo a*n*i*m*a n*oſt*ra nūc habet nolle infelicitatē. ita nolle iniquitatem ſemꝑ habitura eſt. Sed ordo ſeruādus fuit quo deus voluit oſtendere q*uam* bonū ſit animal rationale q*uo*d etiā peccare poſſit. q*uam*uis ſit meli*us* q*uo*d peccare non poſſit. Ecce his v*er*bis euidenter aſtruit*ur* q*uod* poſt beatitudis ↄfirmationē erit i*n* ho*m*i*n*e liber*um* arbitriu*m* quo peccare non poterit. ⁊ nunc in angel*is* eſt et i*n* ſanctis qui cum dn̄o ſunt. ⁊ tanto vtiq*ue* liberius quāto a peccato immuni*us*. ⁊ ad bonum ꝓnius. Quo e*n*i*m* quiſq*ue* ab illa ſeruitute: de qua ſcriptum eſt. Qui facit peccatu*m* ſeruus eſt peccati. longius abſiſtit. tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde ſi diligent*er* inſpiciat*ur* liberū videt*ur* dici arbitrium. quia ſine coactione ⁊ neceſſitate valet appetere vel eligere q*uo*d ex r*ati*ōe decreuerit.

Auguſti.

Q*uod* liberius erit arbitriu*m* q*ua*n*do* peccare n*on* poterit.

Euidēs ⁊ ſufficiēs r*ati*ō q*ua*re dicat*ur* eē liberu*m* arbitriū

De libertatis arbitrij differentia ſ*ecundu*m diuerſa t*em*p*or*a. f

**Ex predictis ꝑſpi**cuum fit q*uod* maior fuit libertas arbitrij p*ri*ma q*uam* ſecunda. ⁊ tertia m*u*lto maior q*uam* ſecūda vel p*ri*ma. Prima e*n*i*m* libertas arbitrij fuit i*n* qua poterat peccare ⁊ nō peccare. Ultima v*er*o erit in qua poterit non peccare. ⁊ non poterit peccare. media v*er*o in q*ua* p*oteſ*t peccare. ⁊ n*on* p*oteſ*t nō peccare. an*te* reparatō*n*e*m* etiā mortaliter poſt reparationem v*er*o ſaltem venialiter.

De quattuor ſtatibus liberi arbitrij. g

**Et poſſunt i*n* homi**ne notari quatuor ſtat*us* liberi arbitrij. An*te* p*e*c*ca*t*u*m e*n*i*m* ad bonum nil impediebat. ad malum nil impellebat. Nō habuit infirmitatem ad malū. ⁊ habuit adiutorium ad bonum. Tunc ſine errore ratio iudicare ⁊ voluntas ſine difficultate bonū appetere poterat. Poſt p*e*c*ca*t*u*m v*er*o an*te* reparationem g*ra*t*i*e premitur a ↄcup*iſcent*ia ⁊ vincit*ur*. ⁊ h*abet* infirmitate*m* in malo: ſed non habet g*ra*t*iam* in bono. et i*de*o p*oteſ*t peccare ⁊ non p*oteſ*t nō peccare: etiā dānabiliter. Poſt reparationem v*er*o an*te* ↄfirmationem p*re*mitur a concupiſcentia: ſed nō vincitur. ⁊ habet quidem infirmitatem in malo: ſed gratiam in bono. vt poſſit peccare ꝓpter libertatem ⁊ infirmitatem. ⁊ poſſit nō peccare ad mortem propter libertatē ⁊ gratiam adiuuantem. nondū t*ame*n h*abet* poſſe omnino non peccare vel non poſſe peccare ꝓpter infirmitatem nondū ꝑfecte abſorbta*m*. ⁊ ꝓpter gratiam nondum plene cōſummatam. Poſt confirmationem v*er*o infirmitate penitus conſumpta ⁊ g*ra*t*i*a cōſummata. nec vinci poterit nec p*re*mi. ⁊ tunc habebit non poſſe peccare

De corruptione liberi arbitrij per peccatum. h

**Unde manifeſtu*m*** eſt q*uod* p*re*ter alias penalitates ꝑ p*e*c*ca*tō illo incurrit hō penā in corruptiōe ⁊ dep*re*ſſiōe liberi arbitrij. Per illō*d* nā*que* p*e*c*ca*t*u*m nat*ur*alia bō*n*a i*n* ip*s*o ho*m*i*n*e corrupta ſunt ⁊ g*ra*tuita detracta. Hic eſt e*n*i*m* ille q*ui* a latronib*us* vulnerat*us* eſt ⁊ ſpoliat*us*. Uulnerat*us* q*ui*dē in naturalibus bonis q*ui*b*us* nō ē p*ri*uat*us*. alioq*ui*n nō poſſ*et* fieri reparatio. Spoliat*us* v*er*o g*ra*tuitis q*ue* ꝑ g*ra*t*iam* naturalib*us* addita fuerāt. Hec ſunt data optima ⁊ dō*n*a ꝑfecta. Quorū alia ſūt corrupta ꝑ p*e*c*ca*t*u*m. i. naturalia. vt ingeniū. mēoria. intellect*us*. alia ſ*u*btracta. i. g*ra*tuita. quāq*uam* ⁊ naturalia ex g*ra*t*i*a ſint. Ad generalē dei q*ui*ppe g*ra*tiam ꝑtinēt. Sepe t*ame*n h*uiuſ*mōi fit diſtictio cu*m* g*ra*t*i*e vocabulū ad ſpē*m* nō ad gen*us* refertur. Corrupta ē g*ra*t*i*a libertas ꝑ p*e*c*ca*t*u*m ⁊ ex ꝑte ꝑdita Uñ Aug*us*. in ench. Libero arbitrio male vtēs hō ⁊ ſe ꝑdidit ⁊ ip*ſu*m. Cū e*n*i*m* lib*er*o arbitrio peccaret: victore p*e*c*ca*tō amiſſum ē ⁊ liberū arbitriū. A quo e*n*i*m* quis deuictus eſt

Auguſti.

huic ſeruus addictus eſt. Ecce liberũ arbi
triũ dicit hoiem amiſiſſe. nõ quia poſt pec
catum nõ habuerit libeꝝ arbitriũ. ſed quia
libertatem arbitrij ꝑdidit. nõ quidẽ oĩem
ſꝫ libertatẽ a miſeria ⁊ a peccato.

## De tribus modis libertatis arbitrij. i

**Eſt nanqꝫ libertas**
triplex. ſ. a neceſſitate. a peccato. a miſeria.
A neceſſitate ⁊ añ peccatũ ⁊ poſt eque libe
rum ẽ arbitrium. Sic eñ tũc cogi nõ pote
rat ita nec modo. Ideoqꝫ volũtas merito
apud deũ iudicaẗ que ſemꝑ a neceſſitate li-
bera eſt ⁊ nunq̃ cogi põt. vbi neceſſitas ibi
nõ eſt libertas. vbi nõ eſt libertas. nec vo-
lũtas ⁊ ideo nec meritũ. Hec libertas in oi
bus eſt tã in malis q̃ in bonis. Eſt ⁊ alia
libertas a peccato. ſ. de qua dicit apoſtol⁹.
Vbi ſpũs dñi ibi libertas. Et vitas in euã
gelio. Si filius vos liberauerit vere liberi
eritis. Hec libertas a ſ̃uitute peccati libe-
rat ⁊ ſeruos iuſticie facit. ſicut ecõuerſo ſer
uitus peccati liberos iuſticie facit. Unde
apoſtol⁹. Liberati a peccato ſerui facti eſtis
iuſticie. Et item. Cum ſerui eſſetis peccati
liberi fuiſtis iuſticie. Hanc libertatem pec-
cando homo amiſit. Ideoqꝫ Aug⁹. dic. q̃
homo male vtens libero arbitrio: ⁊ ſe per-
dit ⁊ ipſum. quia perdita eſt ꝑ peccatum li
bertas. nõ a neceſſitate ſed a peccato. Qui
eñ facit pctm̃. ſeruus eſt peccati.

De libertate a neceſſitate.

De libertate a peccato.

## Qui habent hanc libertateꝫ ſcꝫ a pctõ et per quid. k

**Iſtam liberattem**
que eſt a peccato illi ſoli nunc habẽt quos
filius ꝑ grãm liberat ⁊ reparat. nõ ita q̃ pe
nitus ſint ſine pctõ in hac mortali carne. ſꝫ
vt in eis peccatuꝫ nõ dñeẗ neqꝫ regnet. Et
hec eſt vera ⁊ bona libertas que bonaꝫ pa-
rit ſeruitutem. ſ. iuſticie. Vñ Auguſtin⁹ in
ench. ait. Ad iuſticiã faciendam nõ erit ali-
quis liber niſi a peccato liberat⁹: eſſe iuſti-
cie ceperit ſeruus. ⁊ ipſa eſt vera libertas
ꝓpter recti facti leticiam. ſimul ⁊ pia ſerui-
tus ꝓpter precepti obedientiam. Eſt alia
libertas nõ vera male ſeruituti adiuncta. q̃
ẽ ad malũ faciendũ vbi ratio diſſentit a vo
luntate iudicans nõ eſſe faciendum qđ vo-
luntas appetit. Ad bonũ vero faciendũ cõ-
cordat ratio voluntati. ⁊ ido ibi vera liber
tas eſt ⁊ pia. De libertate aũt ad malum ⁊
ſeruitute mala ait Aug⁹. in ench. Serui ad
dicti peccato. ſ. que poteſt eſſe libertas niſi
qñ eum peccare delectat. Liberaliter enim
ſeruit qui ſui dñi voluntateꝫ libenter facit.
ac ꝑ hoc ad peccãdũ liber ẽ. qui peccati ſer
uus eſt.

## Queſtio de libertate ad maluꝫ an ſit ipa libertas liberi arbitrij an alia l

**Hic q̃ri põt vtruꝫ**
hec libertas qua quis liber eſt ad maluꝫ ſit
libertas arbitrij? Si eñ libertas arbitrij eſt
bonũ quidem eſt. quia libertas arbitrij bo
num naturale eſt. Quibuſdã videẗ q̃ ſit ip
ſa libertas arbitrij. que ſemꝑ bona eſt. ſꝫ ꝓ-
pter peccati ſeruitutem ad malum fit liberi
or ⁊ pronior. ⁊ ideo dicitur non eſſe vera li
bertas. quia ad malum eſt. Alijs autem vi
detur q̃ hec libertas ad malum quam ſu-
pra cõmemorauit Aug⁹. nõ ſit ipa libertas
arbitrij. ſed ſit quedã pronitas peccandi et
curuitas que ex peccato eſt. ⁊ mala eſt.

Reſpõſio ſm quoſdam.

## Queſtio alia de libertate ad bonum. an ipa ſit libertas arbitrij an non. m

**Similiter etiã que**
ri ſolet vtrũ illa libertas vera que eſt ad iu
ſticiam faciendam ſit ipa libertas arbitrij?
Quidam dicunt illam eandem eſſe: ſed re-
paratam ꝑ grãm: qua iuuante libera eſt ad
bonum. ſine gratia vo non eſt libera ad bo
num. Unde Aug⁹. in ench. Iſta libertas
ad bene faciendum vnde erit homini addi-
cto ⁊ vendito ſub peccato: niſi euꝫ redimat
qui dicit. Si filius vos liberauerit: vere li
beri eritis. Quod anteq̃ fieri in homie in-
cipiat. quõ q̃ſq̃ de libero arbitrio gloriaẗ
qui nõdum eſt liber ad oꝑanduꝫ bñ. Ecce
apte oſtendit libeꝝ arbitriũ ꝑ grãm libera
ri. vt ꝑ illud bñ opeẗ quis. Ideoqꝫ dicunt
illã libtatem veram q̃ eſt ad bñ faciendum
cui⁹ ſupra meminit Aug⁹. eſſe libtatẽ ipaꝫ
arbitrij grã dei liberatã ⁊ adiutaꝫ. Alij vo
putãt. nõ eſſe ipam arbitrij libtatem: ſꝫ aliã
quandã q̃ ex grã ⁊ libero arbitrio in mente
hois deo oꝑante incipit eſſe cũ repat⁹ eſt.

Reſpõſio ſm quoſdam.

Scdm alios

## Certa determinatio vtriuſqꝫ queſtionis qua dicit libertas ad bonũ et ad malũ eſſe libertas arbitrij. n

**Veruꝫ nobis ma**gis placet vt ipā libertas arbitrij ſit. ⁊ illa qua ꝑus liber eſt ad maluꝫ. ⁊ illa qua q̄s liber eſt ad bonū faciendū. Ex cauſis em̄ varijs ſortiť diuerſa vocabula. Diciť enim libertas ad malū faciendū anteq̄ꝫ p gratiam ſit reparata. ſed cū p gratiam fuerit reparata diciť libertas ad bonum faciendū. quia an̄ gratiam libera eſt voluntas ad malum. p gratiam v̄o libera fit ad bonuꝫ. Semp ḡ voluntas hoīs aliquo mō libera eſt: ſ̄ non ſemp bona eſt. Non em̄ eſt bona: niſi a peccato liberata. eſt tñ a neceſſitate libera. Vñ Aug⁹. in li. de gr̄a ⁊ libero arbitrio. Semp in nobis voluntas libera eſt: ſed nō ſp bōa eſt. Aut em̄ libera eſt iuſticie qn̄ ſuit peccato. ⁊ tunc eſt mala. aut a peccato libera eſt: qn̄ ſuit iuſticie. ⁊ tunc eſt bona.

De libertate a miſeria. o

**Eſt iteruꝫ libertas** a miſeria. de qua ap̄ls ait. Et ipā creatura liberabiť a ſuitute corruptionis in libertatem glorie filiorū dei. Hanc libertatem habuit hō ante peccatū. q2 omni carebat miſeria ⁊ nulla tangebať moleſtia. ⁊ pleni⁹ habebit in futura beatitudine vbi miſer eē nō poterit. Sed in hac vita que eſt inter p̄mū peccatum ⁊ vltimam confirmationem: nemo a miſeria liber eſt. quia penam peccati non caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrij. vt addat alia. p

**Ex predictis appa**ret in quo p peccatū ſit imminutū vel corruptum liberū arbitrium. q2 ante peccatuꝫ nulla erat homini difficultaſ. nullūq̄ꝫ impedimentū de lege mēbrorum ad bonū. nulla impulſio vel inſtigatio ad maluꝫ. Nūc autem p legem carnis ad bonum impeditur: ⁊ ad malū inſtigať. vt non poſſit velle ⁊ pficere bonū niſi p gr̄am libereť ⁊ adiuueť. q2 ait ap̄ls. Peccatū habitat in carne. Liberū ḡ arbitriū cum ſp ⁊ in ſingul' ſit liberꝫ nō eſt tñ pariť liberū in bonis ⁊ in mal'. et ad bona ⁊ ad mala. Liberi⁹ eſt em̄ in boniſ vbi liberatū eſt: q̄ꝫ in mal' vbi liberatuꝫ nō eſt. Et liberius eſt ad maluꝫ q̄d p ſe pōt: q̄ꝫ ad bonū. quod niſi gratia libereť ⁊ adiuuetur: non poteſt.

Q2 nō ē pariť libe. ar. in bonis ⁊ in mal': ad bona ⁊ ad mala

De libertate que fit ex gr̄a et que ex natura. q

**Libertas ergo a** peccato ⁊ a miſeria p gratiam eſt. libertas v̄o a neceſſitate p naturam. Vtranq̄ꝫ libertatem nature. ſ. ⁊ gratie notat apoſtol⁹ cuꝫ ex perſona hominis non redempti ait. Velle adiacet mihi. pficere autem bonū nō inuenio. ac ſi diceret. habeo libertateꝫ gratie Ideo non eſt apud me pfectio boni. Nā voluntas hoīs quam naturaliter habꝫ. nō valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel ope implendū: niſi p gratiam libereť ⁊ adiuueť. Libereť quidem vt velit. ⁊ adiuuetur vt pficiat. Quia vt ait ap̄ls. Nō eſt volētis velle neq̄ꝫ currentis currē. i. operari ſ̄ miſertis dei: qui opať in nobis velle et opari bona. cuius gr̄am non aduocat hominis volūtas vel opatio: ſed ipā gr̄a voluntatem ꝑuenit p̄parando vt velit bonū: ⁊ p̄paratam adiuuat vt pficiat.

Quid poſſit p ſe hoīs volūtas. ⁊ q̄d p gr̄am.

**Iſta eſt diſtinctio. xxv. huius ſe**cūdi libri. In q̄ mgr̄ poſtq̄ꝫ egit de libero arbitrio ꝓut eſt in omnibus in generali. agit de eo ꝓut eſt in q̄buſdam in ſpēali. Et tria facit. Primo enim oſtēdit reſpectu quorū ſit liberum arbitriū. ⁊ q̄ aliter ſit in deo. ⁊ aliter in homine. ⁊ aliter in angelo. Secūdo quomō differenter ad bonum vel malum ſe habeat in viatoribus. Tertio qualiter ipm̄ modo debilitatū ſit ex peccato. Primum facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq̄ꝫ ibi. Hic queri poteſt. Secundū ab inde vſq̄ꝫ ibi. Ex predictis apparet. Tertium v̄o vſq̄ꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarum p̄ma eſt hec. Liberū arbitriū quod ſolum reſpectu futurorū cōtingentiū eſt in viatoribus aliter in deo. aliter in angelis ⁊ aliter eſt in hominibus. Hanc mgr̄ ponens dicit q̄ liberum arbitriū ph̄i diffinientes dixerūt hoc eſſe liberꝫ de voluntate iudicium. eo q̄ libere poſſit moueri ad hoc vel ad aliud. non aūt attendiť libertas arbitrij reſpectu p̄ſentium aut p̄teritorū. q2 p̄ñtia ⁊ preterita determinata ſunt. nec ſubiacent noſtre volūtatis facultati. ſed ſolum reſpectu futurorū contingentiuꝫ que ſolum humane ſubſunt p̄tāti. Et ſubdit q̄ liberum arbitrium diſſimiliter eſt in deo. nobis ⁊ angel' beatis. Nam in deo eſt omnino liberum arbitrium a ſeruitute peccati. In angel' beatis confirmatū p gratiam. In nob̄ aūt eſt flexibile in bonū vel in malum. Vñ ſ̄m q̄druplicē hoīs ſtatū q̄druplex aſſignať ī homine fuiſſe lib̄tas. in ſtatu innocētie erat libertas in hoīe q̄ potuit peccare ⁊ nō peccare. in ſtatu beatitudinis ſeu patrie. erat in eo libertas q̄ nullo mō poterat peccare. In iſto ſtatu vie poſt pcm̄ an̄ reparatōeꝫ habuit libertatem q̄ non potuit nō peccare etiā mortalit̄. In ſtatu v̄o poſt pcm̄ ⁊ poſt reparationeꝫ ante gr̄am habet libertatē q̄ hō nō pōt peccare venialit̄. Arguiť hō pōt peccare mortalit̄ poſt pcm̄ ⁊ poſt reparationē ante ſtatum glorie. ergo illud dictū mgr̄i nō vi̇ꝫ vere eſſe aſſumendū. an̄cedēs ꝓbať. q2 ille pōt peccare mortaliter qui habet potentiā ad oppo

ſita exiſtentem. Sed homo in illo ſtatu exn̄s habet ad oppoſita potentiā inclinatam. ergo poteſt etiam mortaliter peccare. maior nota eſt. Sed minor patz ex hoc ꝙ homo habet in illo ſtatu potentiam rōnalē que eſt ad oppoſita. Solutio ſatis manifeſta eſt ⁊ patet ergo dimittit̃. Ex quo infert correlariū ꝙ liberū arbitriū ꝑ pctm̄ eſt vulneratū ⁊ expoliatuz. vulneratum quo ad naturalia. expoliatum quo ad gratuita que duo homo ſine gratia non poteſt repare. ſicē aliqs qui ſeipm̄ occideret. ille non poſſet ꝑ ſe ad vitam redire. qm̄ non ens non poteſt eſſe alicuius rei ꝓducibilis ꝑncipium. Sed ꝑ interfectionem occiſus factus eſt non ens. ideo ꝑ ſe non poteſt ad vitam redire. licet tamen poſſibile ſit ꝑ ɣtutem diuinaz. alˀs nō ſequeret̃ enī ꝙ idem eſſet ſuiꝑius ꝑncipium productiuum quod contradictionem implicat. Subdit etiam ꝙ ſit triplex libertas. Prima eſt a coactiōe. et illa ſemꝑ fuit ⁊ manet in hominibus in oī ſtatu. Alia eſt libertas a miſeria. ⁊ illa habuit liberū arbitriū in ſtatu innocentie. ⁊ habebit ipm̄ in ſtatu beatitudīs ⁊ glorie. Tertia eſt libertas a peccatis que ſoluz eſt in hominibus viatoribus: qui ſm̄ gratiaz a peccatis liberant̃. Unde infert ꝙ etiam ſicut ſeruus iuſticie ē liber a peccatis. ſic ſeruus peccati eſt liber a iuſticia. non tamen ꝓpter hoc ſeruus peccati eſt liber dicendus. eo ꝙ libertas a iuſticia. ſ. non ſit vera libtas cēſenda.

2ª Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Quāuis hō ſolo libero arbitrio mediante non poſſit ꝑfecte ꝑ ſe in bonum ꝑ ſe tamen ipō ſolo mediante pōt in malū. Hāc magiſter ꝓbans querit. Utrum in hoīe ad bonuz et ad malum faciēdum ſit libertas arbitrij? Ad quod reſpondens recitat duas opiniones ⁊ poſtea ſententiam ſuam ꝓpriam. Prima opinio dicit ꝙ ſola libertas arbitrij etiam nullo addito facit hominē liberuz ad bonum vel ad malum faciendum. Secūda dicit. ꝙ non ſola libertas arbitrij efficiat. ſed mediāte aliquo alio addito ita ꝙ pronitas ad peccandum addito libero arbitrio moueat ipm̄ ad malum. grā ɣo ipſi appoſita moueat ipm̄ ad bonum. Sed magiſt̃ ponens ſententiā ſuam dicit. ꝙ vtrūqꝫ ſit a libero arbitrio. ſ. ⁊ poſſe in bonum ⁊ poſſe in malum. ita ꝙ poſſe in malum habeat homo ex ſe. poſſe autē in bonuz mediante gratia. ſine qua non poteſt quis in bonuz niſi valde debiliter. Et hoc confirmat magiſter autoritate beati Auguſtini.

3ª Tertia ꝓpoſitio ē hec. In hominibus liberum arbitrium eſt quodāmodo ꝑ peccatum minutum. Hanc magiſter probans dicit. ꝙ ex predictis patet ꝙ liberum arbitrium ſit ī homine per peccatum minutum ſeu quodāmodo in ſua libertate corruptum. quia ante peccatum homo potuit ſine difficultate moueri in bonum. quod poſt peccatum non poteſt lege membrorum repugnante. eo ꝙ ꝑ peccatum recepit difficultatem ad bonum ⁊ incitamentum. ſeu pronitatem ad malum. q̄ ante peccatum non habebat. Et libertas nature. id eſt libertas a coactione. quam libertatem nature vocat. eo ꝙ ꝑ naturam ineſt ⁊ etiam cuilibet non ſufficit ad bonū ꝑficiendum. ſi non aſſit libertas gratie. id eſt libtas a miſeria ⁊ peccato. ita ꝙ ꝑ liberum arbitrium nullꝰ poteſt velle bonum: niſi liberatus a ſeruitute peccati: neqꝫ ꝑficere bonum niſi adiutus grā aſſiſtente. qđ ꝓbat ꝑ illud apoſtoli. Non eſt volentis neqꝫ currentis ſed dei miſerentis: q̄ operatur in nob̄ velle ⁊ ꝑficere. Et tm̄ in ſpeāli.

### De gratia operante et cooperante. a

DI.XXVI

b Hec eſt gratia operās ⁊ cooperās. Operās enī grā ꝑparat hoīs voluntatem vt velit bonum. Grā cooperans adiuuat ne fruſtra velit. Unī augˀ. in li. de grā ⁊ libero arbi. Cooꝑando deˀ in nob̄ ꝑficit qđ oꝑando incipit. q: ipe vt velimˀ oꝑat̃ incipiēs. q̄ volentibus cooperatur ꝑficiens. Ut ġ velimus oꝑat̃. Cū autē volumus ⁊ ſic volumus vt ꝑficiamˀ: nob̄ cooꝑatur. ⁊ tn̄ ſine illo vel oꝑante vt velimus: vel cooꝑante cū volumus bona pietatis oꝑa nihil valemus. Ecce his verbis ſatis apit̃ que ſit oꝑans grā: ⁊ q̄ cooperās. Oꝑans enī grā eſt que ꝑuenit voluntatez bonam. ea enī liberat̃ ⁊ ꝑparat̃ hoīs volūtas vt ſit bona. bonumqꝫ efficaciter velit. Auguſti.

Cooꝑans ɣo grā voluntatem iā bonaz ſequit̃ adiuuando. Unī Augˀ. ꝯ Julianū hereticū qui bonā voluntatem ex libero arbitrio tm̄ eſſe dicebat. atqꝫ hoīem ꝑ liberuz arbitriū poſſe bonū velle ⁊ oꝑari ſine ḡra aſſerebat ait. Aptam de cōmendatiōe gratie apl's ſententiā ꝓtulit cum ait. Nō eſt volentis neqꝫ currentis: ſed dei miſerēt. Hec ſi attenderes Juliane. non extenderes contra grām merita voluntatis humane. Nō enī ideo miſeret̃ deˀ alicuiˀ q: voluit et cucurrit: ſ ideo voluit ⁊ cucurrit. q: miſertˀ ē deus. Parat̃ enī voluntas hoīs a deo: ⁊ a dn̄o greſſus hoīs dirigunt̃. Idqꝫ congrue ait. Nō eſt volentis neqꝫ currentis: ſ miſerentis dei. Nō q: h ſine voluntate nr̄a agat̃: ſed q: volūtas nr̄a nil boni agit: niſi diuinitus adiuuet̃. Unī alibi apl's ait. Nō aūt ego ſ grā dei mecū. Non ideo dicit q: nihil boni agebat: ſ q: nihil boni ager ēt: ſi illa nō adiuuaret. His teſtimonijs apte inſinuat̃: q: voluntas hoīs grā dei ꝑuenit̃ atqꝫ ꝑparat̃ vt fiat bona: nō vt fiat voluntas. q: ⁊ an̄ grām volūtas erat: ſ non erat bona ⁊ recta volūtas.

Que ſit gratia operans et q̄ cooperās.

De ꝑfectione iuſticie

Auguſtinus ad Paulinū.

### Quid ſit voluntas. b

Voluntatē ipſam Augˀ. in li. de duabˀ aīabˀ ita diffinit. Volūtas ē aī motˀ cogēte nllo ad aliq̄d nō admittēdū l' adipiſcēdū. H' at vt nō admittat malū ⁊ adipiſcat̃ bonū ꝑuenit̃ ⁊ ꝑpat̃ dei grā. Unī apl's grāz ꝑueniētē ⁊ ſbſeq̄ntez cōmēdās. i. oꝑantē ⁊ cooꝑantē vigilāt̃ dixit. Nō ē volētī neqꝫ currēti: ſ dei miſerētī. ⁊ n̄ econuſo. nō ē miſerētī dei ſ volētī ⁊ currētī

De grā oꝑante ⁊ cooꝑante ⁊ hoīs voluntate.

Quid ſit voluntas eſt animi motus cogente nullo ad aliquid nō admittēdū vl' adipiſcēdū

Nam ſi vt quibuſdam placuit q̄d dictū eſt ita accipiat̄. Non eſt volentis neq; currentis: ſ; miſerentis dei. tanq̄ diceret̄. nō ſufficit ſola voluntas hominis: ſi nō ſit etiā miſericordia dei. Econtra dicitur non ſufficit etiam miſericordia dei ſi non ſit etiā voluntas hominis. Ac per hoc ſi recte dictuʒ eſt illud. quia id volūtas hominis ſola nō implet. cur non etiam a contrario recte dr̄ non miſerentis eſt dei: ſed volentis eſt hominis cum id miſericordia dei ſola non impleat. Homo enim credere vel ſperare non poterit: niſi velit. nec ꝑuenire ad palmā: niſi volūtate currat. Reſtat ḡ vt ideo ita recte dictum intelligat̄. vt totū det̄ deo q̄ hoīs voluntatem bonā ꝑuenit ⁊ ꝑparat adiuuandam. ⁊ adiuuat ꝑparatam. nolentē preuenit vt velit. volentem ſubſequit̄ ne fruſtra velit. Ecce his verbis ⁊ alijs premiſſis euidenter tradit̄ q; voluntas hoīs ꝑparatur ⁊ ꝑuenitur grā dei vt velit bonum. ⁊ adiuuat̄ ne fruſtra velit.

Ꝙ bona voluntas comitatur gratiam. c

Itaqȝ bona volūtas comitat̄ grām: non gratia voluntateʒ. Unde Aug⁹. ad Bonifacium papam ſcribens contra pelagianos inq̄t. Cū fides impetrat iuſtificationem ſicut vnicuiq; deus ꝑtitus eſt menſurā fidei. non grām dei aliquid meriti ꝓcedit humani. ſed ipa meret̄ augeri. vt aucta mereat̄ ⁊ ꝑfici volūtate comitante: non ducente. pediſſeq̄: nō preuia. Ecce hic apte habes ꝙ gratia ꝑuenit bōe voluntatis meritū. ⁊ ipa bona volūtas pediſſequa eſt gratie non ꝓuia.

Que ſit grā voluntatem ꝑueniēs ſcʒ fides cum dilectiōe. d

Et ſi diligenter intendas nihilominus tibi monſtrat̄ que ſit ipa grā voluntatem ꝑueniēs ⁊ ꝑparans. ſcʒ fides cum dilectōe. Ideoq; Aug⁹. in eodem tractans quō iuſtificati ſumus ex fide ⁊ tn̄ gratis. vtrunq; enim dicit apl's qui dicit. Juſtificati ex fide. alibi ait. Juſtificati gratis ꝑ gratiam. Hoc eñ ideo dixit: ne fides ipa ſuꝑba ſit ne dicat ſibi: ſi ex fide iuſtificati. quō gratis? Q̄d eñ fides meret̄; cur non poti⁹ reddit̄ q̄ donat̄. Non dicat hō iſta fidelis. q; cum dixerit habeo fidem vt merear iuſtificationem. Reſpondet̄ ei. Quid habes q̄d non accepiſti? Fides eñ qua iuſtificatus es: gratis tibi data ē. Hic apte oſtendit̄ ꝙ fides eſt cauſa iuſtificationis. ⁊ ipa eſt gratia ⁊ beneficiū quo hominis ꝑuenitur voluntas ⁊ ꝑparat̄. Uñ Auguſtinus in ꝑmo libro retractationuʒ. Voluntas eſt qua ⁊ peccatur ⁊ recte viuitur. Voluntas vo ipa niſi dei gratia liberetur a ſuitute qua peccati ſua facta eſt. ⁊ vt vitia ſuperet ⁊ adiuuetur. recte pieq; viui a mortalibus non poteſt. ⁊ h̄ beneficiuʒ quo liberat̄ niſi eam ꝑueniret iam meritis daretur. ⁊ non eſſet gratia: que vtiq; gratis datur. Preuenitur ergo bona hoīs voluntas illo gratie bn̄ficio quo liberat̄ ⁊ ꝑparatur. Et illud beneficiū fides chriſti recte intelligit̄. ſicut Aug⁹. in ench. euident̄ oſtendit dicens. Ipm̄ arbitrium liberanduʒ eſt poſt illam ruinam a ſeruitute peccati. Nec omnino per ſeipſum: ſed per ſolam dei gratiam que in fide chriſti poſita eſt liberatur ⁊ voluntas preparet̄. Ecce aperte dicit gratiam per quam liberat̄ arbitrium ⁊ preparatur voluntas. ſitam eſſe in fide chriſti. Fides enim chriſti (vt in eodem ait) impetrat quod lex imperat.

De beneficio quo volūtas liberat̄

Ꝙ voluntas bona que preuenitur gratia quedam dei dona preuenit e

Ipſa tamen eadeʒ voluntas quedam grē dona ꝑuenit. Unō Aug⁹. in ench. Precedit bōa volūtas hominis mlt̄a dei dona: ſed non oīa. que aūt non ꝓcedit: ipa in eis eſt ⁊ ipa iuuat. Naʒ vtrūq; legit̄ in ſanctis eloquijs. Et miſericordia eius ꝑuenit me. ⁊ miſcd̄ia dei ſubſequetur me. Nolentem quippe ꝑuenit vt velit. volentem ſubſequitur ne fruſtra velit. Cur eñ ammonemur orare ꝓ inimicis noſtris nolentibus pie viuere: niſi vt deus in eis operet̄ ⁊ velle. Itēq; cur ammonemur petere vt accipiamus: niſi vt ab illo fiat q̄d volumus a quo factum eſt vt velim⁹. Inde aplūs ait. Nō eſt volētis neq; currētis: ſed dei miſerētis. Ex his apparet ꝙ bōa hoīs volūtas q̄dā dōa dei ꝑuenit. quia eā comitat̄ gratia adiuuans. ⁊ q̄buſdam preuenit̄. quia eam ꝑuenit gratia operans. ſ. fides cum charitate.

**Que predictis videant͛ aduerſari ſcȝ qđ videt͛ dici fidem eſſe ex voluntate. f**

**Non ē tamen igno**randum quod alibi Auguſtinus ſignificare videt͛ ꝙ ex voluntate ſit fides. de illo v͛bo apoſtoli. Corde credit͛ ad iuſticiam. ita ſup Johannem tractans. Jdeo non ſimpliciter apoſtolus ait credit͛. ſed corde creditur. quia cetera poteſt homo nolens. credere non niſi volēs. intrare eccleſiaȝ ⁊ accedere ad altare poteſt nolens ſed non credere. Jteȝ ſup Geneſim, vbi Laban ⁊ Batuel dixerunt. Vocem᷒ puellam ⁊ queram᷒ eius volūtatem. dicit expoſitor quia fides eſt voluntatis non neceſſitatis. Ad quod reſpondentes dicimus. non hec ita accipienda fore vt ex voluntate hominis fides intelligatur prouenire cū ipſa ſit proprie dei donum. vt ait apoſtolus. et ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim vt ait. Auguſtinus ſuper pſalmum. lxvj. iuſtificatur impius. id eſt. fit de impio pius. vt deinde ipſa fides incipiat per dilectionem operari. vnde omnia bona merita incipiūt Sȝ potius hec ideo ita dicta ſūt. quia non eſt fides niſi in eo. qui vult credere cui᷒ bonam voluntatem fides preuenit nō tempore ſed cauſa et natura. Vnde Auguſtinus ſupra congruenter dixit. ꝙ bona voluntas in eis donis eſt que non precedit. ⁊ ipſa iuuat. quia ea iuuat quibus preuenit͛ dū eis conſentit ad effectum boni ⁊ in eis eſt. quia tempore ab eis nō precedit͛.

Rñſio cū determinatione

**Quedaȝ adhuc addit que grauiorem faciunt queſtionē. ſ. ꝙ cogitatio boni precedit fidem. g**

**Ceterum hāc que**ſtionem magis acuunt. ⁊ vrgent v͛ba Auguſtini quibus in libro de predeſtinatione ſanctorum vtitur ptractans illud verbum apoſtoli. Non ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid quaſi ex nobis. Attendant iquit hic ⁊ verba iſta perpendant: qui putant ex nobis eſſe fidei ceptū. ⁊ ex deo eſſe fidei ſupplementum. Cōmendās em̄ iſtā grām que nō dat͛ ſm̄ aliqua merita. ſed efficit omnia bona merita inquit. nō ꝙ ſufficiētes ſimus cogitare aliquid boni. ſ. ex nobis. Quis autem nō videat prius eē cogitare ꝗ̄ credere Null᷒ quippe credit aliq̄d niſi prius cogitauerit eſſe credendū. Si ergo cogitare bonū non ē ex nobis. vt hic aplūs tradit: nec credere. quā ꝗ̄ ⁊ ipm̄ credere nihil ē aliđ ꝗ̄ cū aſſentione mētis cogitare. Hic videt͛ inſinuare ꝙ cogitatio bona p̄cedat fidē. ⁊ ita bona voluntas p̄uenit fidem. nō p̄ueniat͛. qđ p̄dictis aduerſari videt͛. Ad hoc aūt dicimus ꝙ aliqñ cogitatio bona ſiue voluntas p̄uenit fidem. ſed nō eſt illa bona volūtas vel cogitatio qua recte viuit͛. Jlla em̄ ſine fide ⁊ caritate nō eſt. Nā vt ait Aug᷒. ad Anaſtaſium. ſine ſpiritu nō eſt volūtas hominis libera. cuȝ cupiditatibus vincat͛ nō ē libera ad bonū niſi liberata fuerit. Nō aūt liberat͛ niſi p ſpiritū ſanctum diffundatur charitas in cordib᷒. nō eſt libera volūtas niſi eaȝ liberet grā p legem fidei. id eſt. nō eſt libera ſine fide opante p dilectionem ⁊ illa ſufficiēter bona eſt. Nō eſt em̄ fruct᷒ bonus qui de charitatis radice non ſurgit. Si v͛o aſſit fides opans p dilectionē: fit delectatio boni.

Quid ſit credere.

Determinatio

**De illa cogitatōne boni que precedit fidem plene diſſeritur. h**

**Jlla autem cogita**tio ſiue volūtas que fidem ⁊ charitatē aliaſꝗ iuſtificatiōes p̄cedit nō ſufficit ad ſalutē nec recte ea viuit͛ Hac volūtate cōcupiſcit͛ illa bona volūtas que ē magnū bonū. iſta vero nō. Alia ergo illa eſt volūtas ſiue cogitatio: alia iſta. Et ſicut illa iſtam p̄cedit. ita illam preuenit intellectus Vnde Aug᷒. iſtam diſtinguens ſup illum locū pš. Concupiuit aīa mea deſi. iu. ait. Cōcupiuit deſiderare iquit. nō deſiderauit. Videm᷒ em̄ rōne nōnunꝗ̄ ꝗ̄ vtiles ſunt iuſtificatōnes dei. ſ͛ infirmitate p̄pediri aliqñ nō deſideramus. Preuolat ꝗ̄ intellect᷒. ſequit͛ tardus aut nullus affectus. Scimus bonū nec delectat agere. ⁊ cupimus vt delectet Sic iſte olim deſiderare cōcupiſcebat. que bona eē cernebat. cupiens eorū habere delectationem quorū potuit videre rationem. Oſtēdit itaꝗ̄ quibus ꝗ̄ſi gradib᷒ ad eas p̄ueniatur. prius em̄ ē vt videant͛ ꝗ̄ ſint vtiles et honeſte: deinde vt earum deſideriū cōcupiſcat͛. Poſtremo vt p̄ficiente gracia delectet earum opatio quarū ſola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum quem hic diſtincte aſſignat Auguſtinus. qualiter ſcȝ intellectus bonorum precedit

Qꝫ itellect᷒ ⁊ cognitio boni ⁊ mali. volūtatem p̄cedit

Auguſti.

Scđm verba Augu. grāꝝ ordinē expo nit.

Tria gña bonoꝝ magna minima media

concupiſcentiam eoꝝūdem. ⁊ ipſa concupiſcentia delectationem que fit p̱ fidem ⁊ charitatem. qua habita vere bona eſt voluntas qua recte viuit᷑. Ipſaq; fidei comes eſt non p̄uia. Qui v̾ba Auguſtini p̄miſſa ſ͡m hanc diſtinctionem ꝯſiderat. nullaȝ ibi repugnantiam foꝛe aīaduertit. nō ignoꝛanſ etiam an̄ gr̄am p̄uenientem ⁊ opanteȝ qua voluntas bona p̄epar᷑ in hoīe: p̄cedere q̄dam bona ex dei gratia ⁊ libero arbitrio. q̄dam etiam ex ſolo libero arbitrio q̄bus tamen vitam non meret᷑: nec gr̄aȝ q̄ iuſtificatur. Illius eīm gratie p̱cipiende que voluntatem hoīs ſanat. vt ſanata legem impleat. nulla merita p̄cedūt. Ipſa eſt eīm q̄ iuſtificatus impius fit iuſtus. qui pꝛius erat impiꝰ meritis aūt impij nō gratia ſed pena debetur. nec iſta eſſet gratia ſi nō dare᷑ gratuita Datur aūt gratuita. qꝛ nil boni ante feceramus vnde hoc mereremur. Nō negamus tn̄ multa ante hanc gr̄am ⁊ p̄ter hanc gr̄aȝ ab homine fieri bona p̱ liberuȝ arbitrium. vt tradit Augꝰ. in reſpōſionibꝰ cōtra pelagianos. vbi dicit hoīes p̱ liberū arbitriuȝ agros colere. domos edificare. ⁊ alia plura bona facere ſine gr̄a coopante.

Q͛ aliq̄n gr̄a iuſtificatiōis multa ī hoīe p̄cedūt bona q̄dā ex gr̄a ⁊ libertate arbitrij tn̄.

Augꝰ. de ſpiritu ⁊ lr̄a.

Augꝰ. ad Sixtum.

Q͛ ab homīe bona ſiūt p̱ liberū arbitriū.

Vtrū vna eademq; ſit gratia que dicit᷑ operans et cooperans. i

Hic conſiderandū eſt cum p̄dictum ſit p̱ gratiam opantem et p̄uenientem voluntatem hoīs liberari ac p̄parari vt bonum velit ⁊ p̱ gr̄am cooperantem ⁊ ſubſequentē adiuuari. ne fruſtra velit. vtrū vna ⁊ eadem ſit gratia. i. vnum munꝰ g̃tis datū qđ ope᷑ ⁊ coope᷑. an diuerſa alterū ⁊ alterū cooperās? Quibuſdam non irrationabiliter vid̾ q᷑ vna ⁊ eadem ſit gr̄a. i. donum. eadem v̾tus q̄ operatur ⁊ coopatur. ſed p̄pter diuerſos eiꝰ effectus ⁊ dicit᷑ opans ⁊ coopans. Opans ei dicit᷑ inq̄ꝫtum liberat ⁊ p̄parat voluntateȝ homis vt bonum velit. Coopans inq̄ꝫtuȝ eandem adiuuat ne fruſtra velit. ſ. vt opus faciat bonum. Ipſa enim gratia non eſt ocioſa. ſed meretur augeri. vt aucta mereatur p̱fici.

Hic dicit q᷑ vna ſit: ſȝ propter diuerſoſ effectꝰ diuerſa ſoꝛtit᷑ noīa.

Quid ſit ipſa gratia et quō meretur augeri querit᷑. k

Si vero queritur quomō ipſa gratia p̄ueniens merea᷑ augeri ⁊ p̱fici. cum nullum meritū ſit abſq; libero arbitrio. ⁊ q̄d ſit ipſa gratia an v̾tus an non? Et ſi virtus: an actus vel nō. Vt hoc apte inſinuari valeat p̄mittendum eſt tria eſſe genera bonoꝝū. Alia nanq; ſunt mag̃. alia minima. alia media. vt Auguſtinꝰ ait in p̄mo libꝛo retractationū. Virtutes inq̄t quibus recte viuitur mag̃ bona ſunt. Species autem quoꝝūlibet coꝛpoꝛum ſine quibus recte viui poteſt: minima bona ſunt. Potentie v̾o animi ſine quibus recte viui non poteſt media bona ſunt. Item virtutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis. id eſt medijs ⁊ minimis. non ſolum bene: ſed etiam male quiſq; vti poteſt. ⁊ ideo virtute nemo male vtitur. quia opus virtutis eſt bonus vſus iſtoꝛum quibꝰ etiam non bene vti poſſumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Non ſolum autem magna: ſed etiā media ⁊ minima bōa eſſe p̄ſtitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonoꝛum diſtincta.

Auḡ ſolutiō̄ p̄mittit de tribus generibꝰ bonoꝝū.

Idē in li. de libe. arbi.

In quibus bonis ſit liberum arbitrium. l

Queritur auteȝ in quibus bonis contineatur liberū arbitriū De hoc Auguſtinus in pꝛimo libꝛo retractationum ita ait. In medijs quidē bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium. quia ⁊ male illo vti poſſumus. ſed tamē tale eſt vt ſine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vſus eiꝰ iam v̾tus eſt: que i magnis reperitur bonis. quibus male vti nullus poteſt. Et quia bona ⁊ mag̃ et media ⁊ minima ex deo ſunt. ſequit᷑ vt ex deo ſit etiam bonus vſus libere voluntatis qui virtus eſt. et in magnis numeratur bonis.

Auguſti.

Attende diligenter que dicta ſunt ⁊ confer in vnum. Sic eīm aperietur quod ſupꝛa querebatur. Dixit equidem opus virtutiſ eſſe bonum vſum illoꝛum bonoꝛum quibꝰ etiam non bene vti poſſumus. id eſt mediorum in quibus poſuit liberum arbitrium. cuius quoq; bonum vſum dixit eſſe virtutem. Quod ſi eſt. non eſt ergo opus virtutis quod ſupꝛa dixit. quia aliud eſt virtus aliud opus eius.

Premiſſas autoꝛitateſ ꝯſiderari ⁊ cōferri iubet vt poſſit ſolui q̄ q̄reba᷑.

**Poſtēſa originem ma**li. ſupeſt videre in qua re ſit malū. i. an in re bona. an ī re mala? Qui recte acuteq̄ ſapit non niſi in bono malū eſſe intelligit. i. in natura bona. Malū enim eſt corruptio vel p̄uatio boni. vbi aūt bonū nō eſt. nō pōt eſſe corruptio vl' priuatio boni. Pctm̄ ḡ nō poteſt eſſe niſi in re bona. Sicut em̄ morbis ſac vulneribus corrumpunt̄ corpa. que (vt ait Augꝰ. in ench) ſunt priuatiōes boni quod dr̄ ſanitas. ita et aīoꝝ q̄cūq̄ ſunt vitia. naturaliū ſunt p̄uationes bonoruȝ. Quid eſt em̄ aliud qd̄ malum dicit̄. niſi priuatio boni. bonuȝ em̄ minui malū ē. Quis q̄tūcūq̄ minuat̄ neceſſe eſt vt aliq̄d remaneat. ſi adhuc natura eſt. Nō em̄ ꝯſumi pōt bonū qd̄ eſt natura. niſi ⁊ ipſa ꝯſummat̄. Cū v̄o corrumpit̄. ideo malū eſt eius corruptio. quia eam q̄licūq̄ priuat bono. Nā ſi nullo bono priuat. nō nocet. Nocet aūt. adimit ḡ bonū Quādiu itaq̄ natura corrūpit̄. ineſt ei bonum quo priuet̄. Ac p hoc nullū eſt qd̄ dicitur malum. ſi nullum ſit bonū. ſed bonuȝ om̄ino malo carens. integrū bonū eſt. Cuȝ v̄o ineſt malum: vitiatū vel vitioſuȝ bonū eſt. nec malū vnq̄ poteſt eſſe vllum vbi eſt nullum bonū. Unde res mira ꝯficit̄. vt q̄ om̄is natura in quantuȝ natura eſt bonum eſt. nihil aliō dici videt̄. cuȝ vitioſa natura eſt mala natura eſſe dr̄. niſi malum eſſe qd̄ bonum eſt. nec malum eſſe niſi quod bonū eſt. Hac ꝯtextione euidenter inſinuat̄ malum non poſſe eſſe niſi in re bona. vbi etiam licet abſurduȝ videat̄ manifeſte dr̄ eſſe malum. qd̄ bonum eſt.

ꝙ ex premiſſis ſequitur ſcȝ ꝙ cum dicitur malus homo. dicit̄ maluȝ bonum. e

**Ex quo colligit̄ ni**hil aliud ſignificari cū dicit̄ homo malꝰ niſi bonum malum. Unde Augꝰ. in codeȝ ſubdit. Quid eſt malus homo niſi mala natura? Quia homo natura eſt. Porro ſi homo aliquod bonum eſt. quia natura eſt. q̄d aliud eſt malus homo. niſi malum bonū. Tñ cum duo iſta diſcernimus. inuenimus nec ideo maluȝ. quia homo eſt. nec ideo bonū quia iniquus eſt Sed bonū q̄a homo. malum quia iniquus. Ois itaq̄ natura etiam ſi vitioſa ſit. inq̄tū natura eſt bona ē. inq̄tū vitioſa eſt. mala eſt.

ꝙ regula dyaleticorum de contrarijs fallit in his ſcilicet bono et malo. f

**Ideoqȝ in his con**trarijs que mala ⁊ bona vocantur. illa dyaleticorum regula deficit. qua dicūt nulli rei duo ſimul ineſſe ꝯtraria. Nullꝰ em̄ potus aut cibus ſimul dulcis eſt ⁊ amarꝰ. Nulluȝ ſimul vbi albū ibi et nigrū. ⁊ hoc in multis ac pene in omnibus repit̄ contrarijs. vt in vna re ſimul eſſe nō poſſunt. Cum autē bona et mala nullus ambigat eſſe contraria.

non ſolũ ſimul eſſe poſſunt. ſ; mala omĩno ſine bonis ⁊ niſi in bonis eſſe nõ poſſunt. Et hec duo contraria ita ſimul ſunt. vt ſi bonũ non eſſ; in quo eſſet. prorſus nec malum eſſe potuiſſet. Quia non modo vbi conſiſteret. ſed vnde orietur corruptio non haberet niſi eſſet quod corrumperetur. qm̃ nihil eſt aliud corruptio. q̃ boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta ſunt. ⁊ niſi in bonis non ſunt. nec fuit prorſus vnd̄ orietur vlla mali natura. niſi ex ãgeli ⁊ hominis natura bona. vñ primitꝰ orta eſt volũtas mala.

Epilogũ facit ad alia trãſiturꝰ. g

# Ex hiſ aperit quod

p̃mo ⁊ ſecũdo ſupra inueſtigandũ diximus ſcʒ que fuerit origo mali. ⁊ in qua re ſit. Ex bona eñ re ortum. ⁊ in re bona cõſiſtere p̃miſſis teſtimonijs ꝯprobat.

Sententie illi qua dictuʒ eſt bonũ eſſe malũ opponitur de prophetia que ait. Ve his qui dicunt bonuʒ malum. h

# Ad hoc autẽ quod

dictũ eſt malũ eſſe quod bonũ eſt. quidã ſic opponunt. Si bonũ maluʒ eſſe dicimꝰ. incidimus in illã ſententiã ꝓpheticã vbi legit Ve his qui dicunt bonum malũ. et malum bonũ. Igit ſi hanc maledictionẽ vitare volumus nullatenus dicere debemus bonuʒ eſſe malum. ⁊ ecõuerſo. Hoc aũt Auguſtinus in eodẽ libro determinat dicens. id qđ dictum eſt in ꝓphetia intelligenduʒ eſſe de ipſis rebus q̃bus homies mali ſunt. nõ de hominibꝰ. Unde qui adulteriũ dicit bonũ in eũ cadit illa ꝓphetica deteſtatio. ⁊ in eũ qui dicit malũ eſſe bonũ vel bonum eſſe iniquum. Qui eñ dicit hoiem inquantũ hõ ẽ malũ eſſe. ⁊ bonitatẽ eſſe iniquitateʒ. opus dei culpat quod eſt homo. ⁊ vitiũ hominis laudat qđ eſt iniquitas.

De termĩatio Auguſtini.

Iſta eſt diſtinctio. xxxiiij. hꝰ ſcđi libri. In qua magiſter poſtq̃ egit de peccato actuali primorum parentum quo perſona corrumpit naturã et de peccato originali quo natura corrumpit perſonam. Incipit agere de peccato actuali adultorum: quo perſona corrumpit ſeipſam. Et tria facit. Nam primo inquirit a quo ſit malum. Secundo in quo ſit ſubiectatũ. Tertio infert quoddam ſequens correlarium. Primum facit vſq; ibi. Oſtenſa origine mali. Secundum vſq; ibi. Ideoq; in his contrarijs. Tertium vſq; ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarũ prima eſt hec. Malum primum quo deturpatus fuit primus homo non proceſſit neq; originabatur niſi a bono. Hanc magiſter probans dicit ſententialiter ꝙ creature rationalis primum peccatuʒ proprie nõ habuit cauſam efficientẽ. ſed voluntatem obliquaʒ contra regulam iuſticie defectiue eligentem. Naʒ dicit ꝙ origo ⁊ cauſa primi peccati non fuit malum ſed tantũ natura bona et incorrupta. ſed aliorum malorum. id eſt peccatorum ſequentiũ extitit primo voluntas mala. nam iſte fuit ordo ingreſſus mali in munduʒ quia bona natura fuit cauſa prime voluntatis male. ⁊ prima voluntas mala cauſa fuit ſequentium prauarum voluntatum ⁊ malorũ operꝫ. Vñ patet ꝙ origo ⁊ prima cauſa peccati fuit bonũ. proxima autẽ et ſecũdaria cauſa fuit mala voluntas que ortũ habuit a bono. et hãc ꝓbat autoritate beati Auguſtini in enchiridion. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Tam malum culpe q̃ malum pene non põt eſſe niſi ſubiectiue ſit in re bona Hanc magr̃ ꝓbans dicit ꝙ ſubiectũ mali nõ niſi res bona eſſe põt. Nã malũ nihil aliud eſt q̃ corruptio boni. cũ ergo vbi non eſt bonum non poſſit eſſe priuatio boni ꝯſequens eſt. malum non niſi in bono ſubiectari. vñ ſicut morbi et vulnera requirunt corpa in quo ſunt vt in ſubiecto. ſic malũ eſt in re bona vt in ſubiecto. Unde concludit ꝙ cum dicit homo malus. idem eſt ac ſi diceret. bonũ malum et hoc confirmat autoritate beati Auguſtini. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Ex quo fallitur dialeticorum regula que dicit ꝙ in eadeʒ re non poſſunt ſimul ⁊ ſemel exiſtere contraria. Hãc magiſter probans dicit ꝙ bonum et maluʒ ſunt in eodem ſimul. eo ꝙ malum in bono ſubiectatur. et malũ a bono originatur. qđ non põt dici de alijs cõtrarijs puta albo et nigro. dulci et amaro. Poſtea ſoluit quoddam dubiuʒ. nã ſuperius dictũ fuit ꝙ dicere hominẽ malum et dicere bonum malum. et ꝑ hoc homo incideret ſententiam propheticam qua dicit. Ve qui dicitis bonum malum et malũ bonum. Quod ſoluit ex verbis Auguſtini dicẽtis ꝙ cauſa qua bonus fit malus puta fornicationem vel aliud hmõi dicere bonã hoc eſt incidere ſententiam ꝓphete. ſed hominem q̃ natura eſt bonus dicere malum propter vitium prophete nõ contrariat. Et tantum in ſpeciali de ſententia huius diſtinctionis.

Quid ſit peccatum. a

# Poſt hec vidẽ

dũ ẽ q̃d ſit pctm̃. Pctm̃ eſt (vt ait Augꝰ) om̃e dictum vel fcm̃ vel ꝯcupituʒ qđ fit ꝯtra legem di. Idẽ in lib. de duabꝰ aialibꝰ Pctm̃ ẽ volũtas retinẽdi vl' ꝯſequẽdi. qđ iuſticia vetat. In vtraq; aſſignatiõe đ actuali pctõ agit ⁊ mortali. nõ veniali. Ex p̃ma deſcriptiõe oñdit pctm̃ eſſe volũtas mala ſiue locutio ⁊ opatio praua. i. actꝰ malꝰ tã iterior q̃ exterior. ex alt'a ẋo tm̃ oñdit ẽẽ actꝰ iterior. Volũtas eñ vt in ſupioribꝰ dcm̃ ẽ. motꝰ animi ẽ. actꝰ q̃ iterior ẽ. Amb. q̃ i li. đ padiſo ait. Quid ẽ pctm̃ niſi legi diuie p̃uaricatõ. ⁊ celeſtiũ iobediẽtia p̃ceptoꝝ. Ergo i p̃uaricãte pctm̃ ẽ. ſ; i mãdãte culpa nõ eſt. Nõ eñ ꝯſiſtẽt pctm̃ ſi interdictio nõ fuiſſet. Nõ ꝯſiſtẽte aũt pctõ nõ ſolũ malicia. ſ; etiã ẋtꝰ fortaſſe nõ eſſ; Que niſi aliq̃ malicie fuiſſent ſemia. vl' ſbſiſtẽ vl' eminere nõ poſſet Ecce p̃uaricationẽ legis ⁊ i obediẽtiã diffinit ambroſius eſſe peccatũ.

DIXXXV

Augꝰ ad fauſtum.

Ambroſiꝰ

Diuerſorum ſententias de peccato ponit. b

Quocirca diuerſitatis huiꝰ verborꝝ occaſione. de pctō plurimi diuerſa ſenſerunt. Alij em̄ dixerunt voluntatem malam tm̄ eſſe pctm̄. et non actus exteriores. Alij voluntatē ⁊ actus. alij neutrum. dicentes oēs actꝰ eē bonos ⁊ a deo ⁊ ex dō auctore eſſe. Malū aūt nihil eſt. vt ait Augꝰ. ſup Johem. Oīa p ipm̄ facta ſūt. ⁊ ſine ipo factū ē nihil. i. pctm̄ qđ nihil eſt. ⁊ nihil fiunt hoīes cū peccāt. Supra etiam dixit Augꝰ. q malū eſt puatio boni vel corruptio boni. qui etiā in li. lxxxiij. q. ait. Sūmuz malū nullū modū habet caret em̄ oīni bono. At modus aliqd boni ē. nō igit eſt. quia nulla ſpecie continet. totūqꝫ hoc nomen mali de ſpeciei priuatione repertū eſt. Item in dogmatibꝰ eccleſiaſticis dicit malū vel maliciā nō eſſe a deo creatā ſed a diabolo inuentā. qui ⁊ ipſe bonus creatus eſt. Idem etiam in lib. cōtra manicheos qđ ſit pctm̄ oñdit dicens. Peccare qđ aliud ē niſi in veritatis pceptis vel in ipſa veritate errare. Quod ſi nō voluntate faciunt. peccatores iniuſte iudicant. Quid ergo in hac tanta varietate tenendū? qđ dicendum?

*Triplex opinio de pctis.* *Malū nihil ē*

Vera ſnīa de pctō pponit c

Sane dici poteſt ⁊ libere tradi debet. pctm̄ eſſe actū malum interiorem ⁊ exteriorē. ſ. malam cogitationez et locutionē ⁊ operationez. Precipue tñ in voluntate conſiſtit peccatum. ex qua tanqꝫ arbore mala pcedūt opera mala tanqꝫ fructus mali.

Traditio quorundam qui dicunt voluntatem malam ⁊ actum inqꝫtum ſunt. eſſe naturas ⁊ ideo bona inqꝫtū vero mala ſunt. eſſe pctā d

Quidam autem diligenter attendentes verba Augꝰ. quibꝰ ſupra ⁊ in alijs ſcripture locis vtit. non indocte tradunt voluntatē malā ⁊ actus malos inqꝫtum ſunt vel inqꝫtum actus ſunt. bona eſſe. inqꝫtum vero mali ſunt: peccata eſſe. q voluntatem et actum quēcunqꝫ bonam dei naturam eſſe dicunt. inqꝫtum actus eſt vel voluntas. et ex deo auctore eſſe. inqꝫtuz vero inordinate ⁊ ɔtra legem dei fit. ⁊ ſine debito caret: peccatū eſt. ⁊ ita inqꝫtum peccatum eſt. nihil eſt. Nulla em̄ ſubſtantia eſt. nulla ntaura eſt.

Autoritatibus probant volūtates ⁊ actus omnes eſſe bona. inqꝫtum ſunt. e

Q autē voluntas oīs ⁊ actio bonū ſit inqꝫtum eſt. ex eo pbant quod ait Augꝰ. in lib. de. lxxxiij. queſtionibus. Deus boni tantūmodo cauſa ē. quocirca mali auctor nō eſt. quia omniuz q ſunt auctor eſt. que inqꝫtū ſunt. intm̄ bona ſunt. Idem pbans nihil caſu fieri in mūdo ait in codez. Quicqd caſu fit. temere fit. qcquid temere fit. non fit dei puidētia. Si g caſu aliq fiunt in mūdo. nō puidētia vniūſus mundus amminiſtrat. Si nō puidētia vniuerſus mūdus amminiſtrat. aliq natura vel ſubſtātia ē que ad opꝰ puidentie nō ptinet. Oē aūt qđ eſt inqꝫtū ē. bonum eſt Summū em̄ eſt illđ bonū. cuiꝰ pticipatiōe ſunt cetera bona. ⁊ oē qđ mutabile ē. non p ſe. ſed boni illiꝰ pticipatiōe inqꝫtū eſt. bonū eſt. qđ diuinā etiā puidentiā vocamus Nihil g caſu fit in mundo. His teſtimonijs innitunt ad oſtendēduz oē quod ē inqꝫtū eſt. bonū eſſe. Vñ idem Augꝰ. in. j. li. de doctrina xpiana ait. Ille ſumme ac pmitus ē. q omnino incōmutabilis ē. et cetera q ſunt niſi ab illo eſſe non pñt. et intm̄ bona ſunt. inqꝫtum acceperunt vt ſint.

Quid ex predictis ſequat. f

Ex pdictis colligit atqꝫ infert. q: ſi mala volūtas ⁊ mala actio eſt. inqꝫtū eſt. bona ē. Sed qs eſt q diffitet malā volūtatē eē ⁊ malā actionē? Mala g volūtas ſiue actō inqꝫtū ē. bonū ē. ⁊ inqꝫtū volūtas ē vel actio. bonū ſilr̄ ē. ſ ex vitō mala ē. qđ vitiū a deo ñ ē. neqꝫ aliqd ē. Qđ Augꝰ. notaſſe videt in lib. de. lxxxiij. q. dicens. Vitium eſt volūtas quo eſt homo deterior. quod vitiū longe abeſt a voluntate dei. vt ratio docet. Ex hoc loco pbant voluntatez inquātū vitioſa eſt. non eſſe a deo et inquantuz vitioſa eſt. pctm̄ eſt. Et pctm̄ eſt (vt aiunt) inquātum non habet ordinez nec finem debitum. Ita et actio inquantuz ex malo procedit: et ordinem non habet. et ad malum tendit.

*De vitio voluntatis.*

Alia ꝓbatio ꝙ omnis act⁹ inq̄tuȝ eſt. bonus eſt. g

# Itē ⁊ aliter probāt

oēm actum interiorē vel exteriorē inq̄tū ē eſſe bonū. quia nō eſſ; actus mal⁹ niſi eſſet res bona. q: non eſt aliqua res mala niſi ea

Aug⁹ i' ench. dem res bona ſit. Ūñ Aug⁹. in ench. Omnis natura bonū eſt. nec res aliqua mala eſſet. ſi res bona ipſa que mala eſt. natura nō eſſet. Nō ergo poteſt eſſe malū niſi eſſet aliquod bonum. Quod cū dici videať abſurde. cōnexio tñ ratiocinationis nos compel-

Summā predictoꝝ ꝯſtrin git. lit hoc dicere. Ex p̄miſſis teſtimoniȷs aſſerunt om̄es actus inq̄tuȝ ſunt: eſſe res bonas. nec aliquid eſſe malum. id eſt peccatū niſi idem quoq; ſm aliquid bonū ſit. ⁊ omnium que ſunt: inq̄tum ſunt deū auctorē p̄dicant. ⁊ ei⁹ voluntate om̄ia eē q̄cū q; ſunt. que inq̄tum ſunt nature ſunt.

Obiectio contra illos qui dicūt omnes actus inquātū ſunt eſſe bonos. h

# Quibus opponiť

Si om̄ia que ſunt inq̄tuȝ ſunt: bona ſunt ⁊ nature ſunt. ergo adulteriū et homicidium et ſimilia inq̄tum ſunt. bona ſunt ⁊ nature ſunt. ⁊ deo volente fiunt. Quod ſi eſt. tunc illi qui faciunt illa: bona agunt. quod peni-

Rñſio illoruȝ tus abſurdum eſt. His ꝟo ſic illi reſpōdēt Dicunt equidem adulteriū. homicidiuȝ et hmōi. nō ſimpliciť actus denotare. ſ; actuum vitia. Actuſq; ipſos adulteriȷ et homicidiȷ inq̄tum ſunt vel inq̄tum actus ſunt a deo eſſe. ⁊ bonas naturas eſſe. ſed non inq̄tum adulterium ⁊ homicidiū ſunt. Et ideo nō ſequi dicūt. ſi act⁹ qui homicidia ⁊ adulteria ſunt a deo ſunt. ꝙ homicidia ⁊ adulteria a deo ſint.

Alia illorum oppoſitio contra eoſdem i

# Item aliter eis op-

poniť. Si aliquid nō eſt malū quod nō ſit natura vł res bona. q̄uo ergo peccata ſunt nō credere in deū. nō ire ad eccleſiā ⁊ hmōi cū iſta nō ſint nature. imo om̄ino non ſunt?

Rñſio vbi tradūt q̄ dicūtur ꝑ negationeȝ aliq̄d ponere. Nō eſt em̄ aliquid vel res aliqua nō ire ad eccleſiā. vel non credere ⁊ hmōi. Ad quod dicūt his atq; hmōi dictionibus que vidētur p̄uationes ſimpliciter notare ⁊ nihil ponere. quia ꝑ negationē dicunť vere aliqua poni actuſq; ꝑ eas ſignificari. Nō credere em̄ in xp̄m incredulitatē dicunt. et nomine incredulitatis malū mentis actū ſignificari. vt credere in deum ⁊ hmōi

Jam etiam cū diciť nō ire ad eccleſiam malum eſt. non euntis ꝯtemptus ſignificať. id eſt. voluntas mala vel propoſitum. hoc eſt em̄ declinare a bono ⁊ ideo malū eſt. ſic ecōuerſo declinare a malo bonū eſt Sicut g̊ declinatio a malo aliquid ponit ſc; voluntatem et ꝓpoſitū vitandi malum. Non enim poteſt eſſe bonū qđ omnino nihil eſt. ita declinatio a bono quod eſt ſignificat ſc; volūtatem et ꝓpoſitum mali. Et ſm hoc vera ē ⁊ generalis illa peccati mortalis deſcriptō quā ſupra poſuit Aug⁹.

Utrum malus actus inq̄tum peccatum eſt ſit priuatio vel corruptō boni. k

# Poteſt etiam que-

ri ab eiſdeȝ. cum peccatū ſit (vt ſupra dictū eſt) priuatio vel corruptio boni. et oīs act⁹ malus ſit pctm̄. vtrū ſit priuatio vel corruptio boni inq̄tum pctm̄ eſt vł nō? Si enim inq̄tū pctm̄ ē corruptio boni eſt. cū corruptio vel priuatio boni pena ſit homini. Inquātū g̊ pctm̄ ē: pena ē. Qđ ſi eſt. tūc inq̄tū pctm̄ eſt. bonū eſſe videť ⁊ a đo eē. Si aūt nō inq̄tū pctm̄ ē. corruptio ē: queriť g̊ ſm quid corruptio ſit? Si em̄ corruptio ē ⁊ nō inq̄tū pctm̄ eſt. cū nō ſit niſi bonuȝ. p̄terq; in eo qđ pctm̄ eſt. ergo inq̄tum bonum eſt corruptō vł p̄uatio boni ē. Ad qđ etiaȝ ipſi

Rñſio vbi đr inq̄tuȝ peccatum eſſe p̄uatio boni. non tñ pena. dicunt actū malum nō inq̄tum eſt neq; inquātū bonū eſt. eſſe priuationem vel corruptionē boni. ſ; inq̄tū pctm̄ ē. nō tñ inq̄tuȝ pctm̄ eſt: pena eſt. vel aliquid qđ a deo ſit. Ut em̄ ex ꝟbis premiſſis Auguſti. colligiť pctm̄ diciť corruptio vł priuatio actiue nō paſſiue. Nā ideo malum vel pctm̄ đr corruptio boni. quia naturā bonā qualicū q; priuat bono. Nā ſi nō priuat aliq̄ bono. nō nocet. vt ſupra Aug⁹. ait. Nocet aūt: adimit g̊ bonū Nō aūt nocet niſi inq̄tū ē. g̊ inq̄tū pctm̄ eſt priuat bono. Itaq; inq̄tū pctm̄ ē priuatio eſt vel corruptio boni.

Quomodo inquātū peccatum eſt poſſit corrumpere bonum cum nihil ſit. l

# Sed cum nihil ſit i

quātū pctm̄ eſt. q̄uo pōt bonū corrumpere

Rñſio Aug. ꝑ ſilitudinem

vel adimere? Augꝰ te hoc docet in libro d̄ natura boni dicẽs. Abſtinere a cibo nõ eſt aliqua ſubſtãtia. tñ ſubſtãtia corpis ſi omnino abſtineat̃ a cibo: langueſcit et frãgit̃ Sic nõ eſt ſuba pctñ. eo tñ natura anime corrumpitur.

Ꝙ peccatuꝫ ꝓprie corruptio ẽ aie. ⁊ quomodo. m

Peccatuꝫ vero id eſt culpa. ꝓprie anime corruptio ẽ. Si aũt querit̃ ĩ quo poſſit corrũpi anima? In parabola illiꝰ q̃ incidit in latrones q̃ euꝫ vulnerauerũt ⁊ ſpoliauerũt clareſcit. Incidit eñ homo in latrones. qñ ꝑ peccatũ in poteſtateꝫ diaboli trahit̃. ⁊ tũc ꝑ pctm̃ expoliatur gratuitꝭ bonis. i. virtutibus. ⁊ in naturalibus bonis vulnerat̃. que ſũt ratio ⁊ ĩtellectus. memoria ⁊ ingenium et hm̃oi. q̃ ꝑ peccatũ obtenebrant̃ ⁊ vitiãt̃. Per peccatum etiã priuat̃ illo bono cuiꝰ participatione cetera bona ſunt. q̃ tãto magis ꝓuat̃ quãto magis ſe ab eo elongat.

Qualiter homo ſe elongat a deo. ſcꝫ per diſſimilitudinem quã facit peccatum. n

Ab eo autem ſe elõgat homo per peccatum non loci diſtantia quia vbiqꝫ totus ⁊ p̃ſens eſt oĩbus ⁊ omnia in ipſo ſunt. vt ait Augꝰ in li. d̄. lxxxiij. queſti. ⁊ ip̃e locus nõ eſt. Locus tamẽ dei abuſiue dicitur templum dei. nõ ꝙ eo contineat̃. ſed quod ei preſens ſit ⁊ inhabitãs. id aũt anima munda intelligit̃. Per peccatum ergo non ſm̃ locum aliquis longe fit a deo. et in eo lõge fit. ꝙ ab eius ſimilitudine recedit. ⁊ tanto longius quãto fit diſſimilior. Illa aũt vt ait Augꝰ in li. de. lxxxiij. q. que participatione ſimilia ſunt deo. recipiunt diſſimilitudinẽ. At ip̃a ſimilitudo nullo modo ex aliqua ꝑte poteſt eſſe diſſimilis Unde fit cuꝫ ſimilitudo patris filius ſit ex nulla parte patri poſſit eſſe diſſimilis. cuiꝰ ꝑticipatiõe ſimilia ſunt. quecũqꝫ deo ſimilia ſunt. ⁊ illa poſſunt recipe diſſimilitudinem. Nihil ẽ aũt qđ hominẽ adeo deo diſſimilem faciat queadmodũ peccatum. Cũ aũt peccatũ ſit priuatio vł corruptio boni que eſt in anima. eſt etiaꝫ ꝓuatio vel corruptio boni corpis. Sicut corpꝰ hominis ꝑuauit bñficio illiꝰ ĩmortalitatꝭ ⁊ impaſſibilitatis quã habuit añ peccatum.

An pena ſit ꝓuatio boni. o

Queri autem ſolet vtrum ⁊ pena ſit priuatio vł corruptio boni? Ad quod facile reſpõderi põt. ſi p̄dicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim ſupra priuationẽ vel corruptiõeꝫ boni accipi actiue vel paſſiue. i. ſm̃ efficientiaꝫ vel effectum. Ideoqꝫ ꝓuatio vel corruptio boni dicit̃ ⁊ peccatũ ⁊ pena. ſed peccatuꝫ ſm̃ efficientiam. quia priuat vel corrumpit bonum. Pena aũt ſm̃ effectuꝫ. i. ſm̃ paſſionẽ que eſt effectus peccati. Aliud ẽ eñ culpa aliud pena. Alterum eſt dei. i. pena. alterũ diaboli vel hoĩs ẽ. i. culpa.

Iſta ẽ diſtinctio. xxxv. huiꝰ ſecũdi libri. In qua magiſter oſtẽſa cauſa mali ſeu peccati. agit d̄ ipſius peccati quidditate. Et tria facit. Nã primo ponit ſecũdariam peccati diffinitioneꝫ. Secũdo oſtendit diuerſam de ipſo opinioneꝫ. Tertio ſubdit multiplicem contra veritatem obiectionem. Primum vſqꝫ ibi. Quo circa diuerſitatis. Secũdũ vſqꝫ ibi. Quidam aũt. Tertium vſqꝫ ad fineꝫ diſtinctiõis In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quaruꝫ prima eſt hec. Peccatũ diuerſimode a diuerſis doctoribus diffinitur. Hanc ꝓbãs magiſter ponit tres peccati diffinitiões. Prima eſt beati Auguſtini in epiſtola ad Fauſtum dicentis. ꝙ peccatum eſt dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Secunda eſt eiuſdẽ alibi dicentis. Ꝙ peccatum eſt voluntas retinendi vel conſequendi qđ iuſticia vetat. Quarum vtraqꝫ ſolum cõuenit peccatis actualibus mortalibus ⁊ nõ venialibus. ſꝫ p̄ma harum conuenit peccatis ꝓut tam in exteriori actu q̃ etiam in interiori exiſtunt. Secunda diffinitio peccatis ꝓut ſolum ꝑ actum interiorem cõmittunt̃. Tertia diffinitio eſt beati Ambroſij in libro ſuo de paradiſo vt dicit. ꝙ peccatum eſt preuaricatio legis diuine ⁊ celeſtium inobedientia preceptorum. Et ſubdit ꝙ ꝑ p̄mã ⁊ tertiã peccati diffinitiones tã actus interior q̃ exterior oſtenditur eſſe peccatũ. ſed ꝑ ſecunduꝫ tantũ actus interior oſtenditur eſſe peccatum. Secunda propoſitio ẽ hec. Quãuis peccatum ſimul ſit tam in actu interiori q̃ exteriori. principalius tamẽ conſiſtit ⁊ repit̃ in actu interiori. Hanc magiſter probans dicit diuerſas opiniones fore circa hoc. Nam aliq̃ dixerunt peccatuꝫ eſſe in actu interiori tantum. Alij dixerũt ꝙ nec in voluntate ĩteriori nec ĩ actu exteriori conſiſtat. quorũ ratio fuit hec. nam voluntas ⁊ actus eius habent entitatem. cuꝫ ergo peccatũ nihil ſit ſm̃ beatum Auguſtinum ſuꝑ Joheꝫ. videt̃ ꝙ nec voluntas nec actus eius poſſit ꝓprie dici peccatum. Sed magiſter dicit ꝙ ſane credẽdum ſit. ꝙ peccatum conſiſtit tam in actu exteriori q̃ ĩteriori. ꝓncipalius tamen ĩ actu ĩteriori. eo ꝙ ſicut fructus ex arbore ꝓcedunt. ſic mala exteriora ꝓcedunt ex mala ĩteriori voluntate. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec. Humana voluntas ⁊ eius actus inq̃tum ſunt. quedam bona ſunt. inq̃tum vero ſunt ꝯtra legeꝫ dei nihil ſunt. Hanc magiſter probans dicit quoſdam beatum Auguſtinum in hoc fuiſſe ſecutos dicendo voluntateꝫ ⁊

eius actum inq̄ꝫtum ſunt eſſe quedam bona. inq̄ꝫtum
e vero ſunt ꝯtra legem dei nihil eſſe. Quod probat ꝑ
hoc. quia omne quod a deo eſt bonum ē. quia alias
deꝰ non eſſet ſumme bonus. cum ergo voluntas ⁊ eiꝰ
actus a deo ſint. quia alias caſualiter tāꝗ ad dei ꝓ-
uidentiam non ꝑtinentes contingerēt. quod ē incon
ueniens. ergo oportet dicere ꝙ tam voluntas ꝗ actꝰ
eius inquātū ſūt bona ſunt ⁊ a deo. Poſtea cōtra il-
lam ſententiam obijcit tripliciter ⁊ ſoluit. Primo ſic
Si omnis actus voluntatis eēt a deo. ſequeretur ex
hoc ꝙ adulterium. homicidium. ⁊ ſic ꝺ alijs eſſent a
deo. eo ꝙ actus ſunt voluntatis. Et reſpondens ad
hoc dicit ꝙ adulterium. homicidium ⁊ hmōi non no
minant preciſe actus quoſdam. ſed etiam quorūdam
actuum deformitates. ⁊ ꝗtum ad hoc nō ſunt a deo
Secundo obijcit ſic. Peccata omiſſionis important
ꝓuationes ⁊ negatiōes. ſed ꝓuatiōes ⁊ negationes
non ſunt a deo. ergo tales actus non ſunt a deo. Et
reſpondet ꝙ in omni peccato omiſſionis intelligitur
aliquis actus volūtatis poſitus. ſicut declinare a bo
no ⁊ non velle credere in chriſtum. ⁊ cōſimilia pecca
ta omiſſionis que ſūt declinationes quedam a bonis
ponunt aliquos reales actus. ſ. volūtatem ⁊ ꝓpoſi
tum mali. ⁊ ꝑ conſequens non ſunt oīno nihil. vt ob-
iectio ꝓdicta tēdit Tertio ſic. pctm̄ inquātū pctm̄ eſt
corruptio penalis. ſed oīs pena ē a deo ergo pctm̄ ē
a deo. Cui obiectioni magiſter rn̄dens dicit ꝙ pecca
tum inquātū peccatum eſt. non eſt corruptio paſſiua
cuiuſmodi eſt pena ſed eſt corruptio actiua que nihil
eſt ⁊ que non eſt a deo. quia alias ſequeret̄ deū eſſe
cauſam mali. Poſtea declarat hoc a ſimili ꝙ corru-
ptio actiua nihil ſit. qꝛ abſtinentia cibi nihil eſt. ⁊ tn̄
corrumpit corpus. Similiter ſic peccatum nihil eſt.
tamen corrumpit animam ſpoliādo eam a gratuitis
et vulnerat animam in naturalibus ⁊ hoc tam quo
ad animam quam a deo elongat ꝗꝫ quo ad corpꝰ qꝺ
immortalitate priuat. Unde cōcludit corruptionem
actiuam eſſe peccati eſſentiā. paſſiuā aūt pctī effectū
⁊ penam. Et tn̄ in ſpeciali ⁊c̄.

Q quedaꝫ ſimul ſunt peccata ⁊ pe
na peccati. quedam peccata ⁊ cau
ſa peccati. alia vero peccata ⁊ cau
ſa ⁊ pena peccati. a

DI. XXX VI Sciendum eſt
tamen quedam ſic eſſe pecca-
ta. vt ſint etiā pene peccatoꝝ
Unde Augꝰ ſuper illuꝫ locū
pſ. lvij. Supcecidit ignis ⁊ non viderunt
ſolem. ait. Ignis ſupbie et concupiſcentie
⁊ ira intelligitur Iſtas penas pauci vidēt
ideo eas maxime cōmemorat apoſtolus in
epiſtola ad Roma. ⁊ enumerat multa que
peccata ſunt ⁊ pene peccati. Itē. Inter pri
mum em̄ peccatuꝫ apoſtaſie ⁊ vltimaꝫ pe-
nam ignis eterni. media que ſūt et peccata
ſunt ⁊ pene peccati. Greg̓ꝰ quoqꝫ ſup Eze-
chiel. ait Cōtemnenti qui nō vult penitere
ponit deus offendiculum. vbi. ſ. grauiꝰ im
pingat. Peccatū em̄ quod ꝑ penitētiā citi
us non deletur. aut pctm̄ ē ⁊ cauſa peccat i

aut peccatum ⁊ pena peccati. aut pctm̄ ſi-
mul ⁊ cauſa ⁊ pena peccati. Unde Moy-
ſes. Nōdū ſūt cōpleta peccata amorreoꝝ.
Et Dauid inq̄t. Appone iniq̄tatem ſup ini
quitatem eorum. Et alius propheta. San
guis ſanguinem tetigit. id ē. pctm̄ peccato
additū eſt. Paulus quoqꝫ ait Propterea
tradidit illos deꝰ i paſſiones ignominie ⁊c̄
Et item. Ut impleant peccata ſua ſemper.
Johanni quoqꝫ ꝑ angelū dicit̄. Qui i ſor-
dibus eſt ſordeſcat adhuc. Ex his teſtimo
nijs colligit̄ peccatum aliquod. ⁊ pctm̄ eē
⁊ penam peccati.

Ex predictis queſtio oritur ſcilicꝫ
an inquātum peccatuꝫ eſt ſit pena
peccati. b

Et ideo merito que
ritur. vtruꝫ inq̄ꝫtū peccatū eſt ſit pena pec
cati? Quod nō videt̄. cum oīs pena pec
cati iuſta ſit. Unde Augꝰ in lib. retractati-
onū Omis pena peccati iuſta ē ⁊ ſuppliciū
nominat̄. Si ergo pctm̄ quod eſt peccatū
⁊ pena peccati. inq̄ꝫtum peccatuꝫ eſt: pena
peccati eſt. cum oīs pena iuſta ꝺ iuſticia
dei veniat. videt̄ inq̄ꝫtum peccatuꝫ eſt. iu
ſtum eſſe ⁊ a deo ꝓuenire. Ad quod illi
rn̄dent peccatum ſic dici penaꝫ peccati. qꝛ
per pctm̄ in quod merito ꝓcedentis pecca
ti homo labitur deſerēte deo. corrumpitur
bona natura Sicut ignis eternus dicit̄ pe
na malorū. quia ea cruciant̄. nec tn̄ ipe cru
ciatus maloꝝ ignis eſt. ſꝫ ꝑ ignem fit in ho
mine. Ita ꝑ pctm̄ corrumpit̄ natura ⁊ imi
nuit̄ bonū nature. ⁊ ē ipſa imminutio ⁊ cor
ruptio boni paſſio ⁊ pena. ⁊ nō eſt eſſentia
liter ipſum pctm̄ ꝑ quod ſit. ſed ideo pecca
tum dicit̄ vt ꝓmiſſum eſt. quia ꝑ peccatuꝫ
ilico vt peccat homo fit i homine illa corru
ptio. que tn̄ fit deo auctore Illa em̄ pena ſi
ue paſſio que eſt boni corruptio a deo eſt.
Illiꝰ tn̄ (vt ſic dicaꝫ) materia ⁊ cauſa ē pec
catum. qꝺ a deo nō eſt. Quod videt̄ Augꝰ
notaſſe. ⁊ iuxta hūc ſenſum intellexiſſe. cuꝫ
ait in libro ꝺ ꝓdeſtinatione ſanctorū. Pre
deſtinatiōe deus ea ꝓſciuit que fuerat ipe
facturus. Sed ꝓſciuit deus etiaꝫ que non
ē ipe facturus. id eſt. oīa mala. quia ⁊ ſic
ſunt quedā que ita peccata ſunt vt etiā pe-
ne ſint peccati. ſm̄ illꝺ apoſtoli. Tradidit
illos deus in paſſiones ⁊c̄. nō tamē pecca-
tū dei eſt. ſed iudicium. ſ. pena. In ſcriptu-
ra em̄ ſepe nomie iudicij pena intelligitur.

Rn̄ſio illoꝝ vbi docent ex quo ſenſu peccatū dr̄ pena pctī vl̄ pena

Auguſti.

Hic diligenter intendētib⁹ inſinuare videt̄ ea que peccata ſunt ꝛ pene peccati. nō inq̄ſtum peccata ſūt. ſed inq̄ſtum pene dei eſſe dicuntur. Nam cum dixiſſet deum nō eſſe facturum mala aliqua. id eſt. peccata. quia poſſet ei obijci. quedam peccata eē etiam penas peccati. ꝛ pena peccati om̄is iuſticia eſt. ꝛ ideo a deo eſt. quaſi determinā do ſm q̄d facit ea. vel ſm q̄d nō faciat. addidit reliqua. Juxta vero p̄dictam intelligentiā peccata ſane dicunt̄ pene. vn̄ ap̄lus appellat eas paſſiones ignominie. q2 vt ait autoritas. lz quedam peccata ſint que delectant. ſunt tn̄ paſſiones nature noiande. q2 p ea corrumpit̄ natura.

Q2 cum omne peccatuz poſſit dici pena. non tamen omne eſt pena peccati. c

## Et licz ex hoc ſenſu

omne pctm̄ mortale poſſit dici pena. nō tame omne pōt dici pena peccati. Pena em̄ peccati. vt p̄dictum ē: eſt illud cui⁹ cauſa ē aliud p̄cedens peccatuz. Nam peccatū ſic dicit̄ pena peccati reſpectu p̄cedentis. ſicut dicit̄ cauſa peccati reſpectu ſequētis. Quo fit. vt idem pctm̄ ꝛ cauſa ſit ꝛ pena peccati ſed alterius peccati pena. ꝛ alterius cauſa. vt em̄ Greg⁹ in moralib⁹ ait. Peccatū qd̄ penitētia nō diluit̄ ſuo pōdere mox ad aliud trahit. Unde fit. vt nō ſolum peccatum ſit. ſ; et cauſa peccati. Ex illo quippe culpa ſubſequens orit̄. Peccatū vero qd̄ ex peccato oritur. nō ſoluz peccatum. ſed ꝛ pena peccati ē. quia iuſto iudicio deus cor peccantis obnubilat. vt p̄cedentis peccati merito etiā in alia cadat. Quē em̄ liberare noluit. deſerendo pcuſſit. Proinde vt Aug⁹ ait. Precedentis eſt hec pena peccati. ꝛ tn̄ etiam ipſa peccatū eſt. Judicio em̄ iuſtiſſimi dei traditi ſunt. vt ait ap̄lus de quibuſdam. ſiue deſerēdo ſiue alio modo explicabili. ſiue inexplicabili in paſſiones ignominie. vt crimina criminibus vindicarent̄. ꝛ ſupplicia peccantiū nō tantū ſint tormenta. ſed ꝛ vitiorum incrementa. Jlla ergo peccata que enumerat apoſtol⁹. quia d̄ ſuperbia ſunt: non ſolum peccata ſ; etiam ſupplicia ſunt. Ecce ex his iam fit pſpicuum quedam peccata. etiaz penas ꝛ cauſas peccati eſſe. ꝛ illud peccatum eſſe penā peccati. qd̄ cauſaz p̄cedentem habet peccatum. atq; illud peccatum eſſe cauſam peccati qd̄ ē meritum ſequentis culpe.

Aug⁹ contra Julianum

Ex predictis videt̄ ſignificari ipa eadem q̄ peccata ſunt eſſe ꝛ penas peccati. d

## Sed cum ait crimi

na criminib⁹ vindicari. videt̄ inſinuare ea ipſa que peccata ſunt eſſentialit̄ eſſe penas peccati. i. punitiones peccati. Ad hoc aūt inq̄unt illi. ꝛ ſimilia hec dicta eē ſm rationem predictam. ꝛ ido intelligenda fore ſm p̄miſſam expoſitionez. Intelligētia em̄ dictorū ex cauſis eſt aſſumēda dicēdi.

Q2 nō obuiat veritati ſi quis dicat ipa peccata eē penas peccati eſſentialiter. e

## In nullo tamen p̄

iudicium factum veritati putat̄. ſi quis dicat ipſa eadem que peccata ſunt eſſentialit̄ (vt ita dicam) eſſe penas. i. punitiōes peccatorum p̄cedentium. que iuſte ſūt ꝛ a deo ſunt. nec tamen inq̄ſtuz peccata ſunt: a deo ſunt: nec inq̄ſtum peccata ſunt: pene peccati ſūt. ꝛ tamen inq̄ſtum peccata ſunt: p̄uationes boni ſunt. Sed vt ſupra dictuz ē. cauſaliter ꝛ actiue dicunt̄ priuationes.

Apte oſtendit peccata quedam eē penam peccati. ꝛ penam ipſam iuſtam eſſe a deo. f

## Q2 autem quedaz

pctā pene ſint. ꝛ ipa pena iuſta ſit ꝛ a d̄o ſit euidenter tradit Aug⁹. in libro retractationū. j. dicens quedam neceſſitate fieri ab homine que mala ſunt. ꝛ eadē iuſta pena peccati ſunt. Sunt inquit quedam neceſſitate facta improbanda. vbi homo vult recte facere ꝛ non pōt. vnde ꝛ illud apoſtoli Non quod volo facio bonum. ſed quod odi malum hoc ago. Et illud. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpirituz. ꝛ ſpiritus aduerſus carnē Hec em̄ inuicē ſibi aduerſantur. vt non ea que vultis faciatis. ſed h omīa ex illa mortis damnatione ſunt. Nam ſi nō eſt iſta pena hominis ſed natura. nulla iſta peccata ſūt. Si em̄ non receditur ab eo modo quo naturaliter factus eſt homo. cum hec facit ea vtiq; facit que debet. Si autez homo q2 ita eſt non eſt bonus. nec habet i poteſtate vt ſit bonus. ſiue nō videndo qualis eē debeat. ſiue videndo ꝛ nō valendo eſſe q̄lem

ſe eſſe debere videt. penam iſtam eſſe quis
dubitet? Om̄is autez pena ſi peccati pena
ē: iuſta eſt. ⁊ ſupplicium nominat̄. Si autē
iniuſta eſt pena: quoniam penā eſſe nemo
ambigit. iniuſto aliquo dominante: homi
ni impoſita ē. Porro quia de omnipotētia
dei et iuſticia dubitare demētis eſt. iuſta ē
hec pena. ⁊ pro peccato aliquo impendit̄.
Non eñ quiſq̄ʒ iniuſte dominās aut ſurri-
pere hoiem potuit velut ignorāti deo. aut
extorquere inuito tanq̄ʒ inualidiori. vt ho
minem iniuſta pena cruciaret. Relinquit̄
ergo vt hec pena iuſta de damnatione ho-
minis veniat. His atq̄ʒ alijs pluribus teſti
monijs docet̄ q̄dā eē peccata ⁊ penas pec
cati eſſentialiter.

De q̄buſdam que ſine dubio pctā
ſūt ⁊ pene. vt ira. inuidia. g

Preterea nullate-
nus ambigendum eſt quedam peccata abſ
q̄ʒ vllo ſcrupulo penas eſſe. vt inuidia. que
ē dolor alieni boni. ⁊ ira. que etiā nō inquā
tum pene ſunt. peccata ſunt. Ita etiā de cu
piditate ⁊ timore ⁊ alijs hmōi ſentiendū ē.
Unde Aug⁹ in libro. lxxxiij. queſtionū ait
Omnis perturbatio paſſio. omnis cupidi
tas pturbatio. Om̄is ergo cupiditas paſ-
ſio. Om̄is vero paſſio cuʒ eſt in nobis: ipſa
paſſione patimur. Oīs ergo cupiditas cū
eſt i nobis ipſa cupiditate patimur. inquā-
tum cupiditas eſt patimur ea. Om̄is autē
paſſio inq̄ʒtum ipſa patimur non eſt pecca
tum ita ⁊ de timore. Non eñ conſequēs ē
vt ſi patimur timorē. ideo nō ſit peccatum
q̄ʒ multa ſūt pctā q̄ patimur. ſed nō inq̄ʒtuʒ
patimur eis.

Ex verbis Auguſtini p̄miſſis que-
dam ſententia Hiero. obuiare vi-
detur. h

Illud autez diligē-
ter eſt annotādū quod ſupra poſitis v̄bis
Auguſtini dicentis quedam neceſſitate fa-
cta eſſe improbanda ⁊ mala. videtur obuia
re quod Hieronymus ait in explanatiōe fi
dei. quod licʒ ſupra ſit poſituʒ. tamen vt p
fectius ſciatur. iterare nō piget. Execram⁹
inquit eorum blaſphemiam qui dicunt im
poſſibile aliquid homini a deo eſſe p̄ceptū
⁊ mandata dei non a ſingulis ſed ab omni-
bus i commune poſſe ſeruari. ⁊ paulopoſt

Et tam illos errare dicimus qui cuʒ mani
cheo dicunt hominem peccatuʒ vitare nō
poſſe. q̄ʒ illos qui cum Iouiniano aſſerunt
hominē non poſſe peccare. Ecce Hierony
mus dicit errorem eſſe. ſi quis dicat homi
nem vitare peccatum non poſſe. Qui autē
dicit quedā neceſſitate fieri. q̄dā dicit non
poſſe vitari. Cum ergo id Aug⁹ dicat. vi-
det̄ aut erroris eſſe qd̄ tradit. aut nō eē ve-
rum qd̄ Hieronymus ait.

Determinatio ꝯtrarietatē ſubmo
uens de ſanctoꝝ medio. i

Ad quod dici pōt
quia Auguſtinus dicit ſ̄m ſtatum hui⁹ mi
ſerie. ad quā ꝑtinet ignorātia ⁊ difficultas
vt idē ait in libro de libero arbitrio. que ex
iuſta damnatione deſcenderunt: illō tradi
dit vbi ⁊ venialia peccata incluſit. Hiero-
nymus vero tm̄ de mortalibus peccatis lo
quitur. que vnuſquiſq̄ʒ gratia illuminat⁹
vitare valet. vel de homine ſ̄m ſtatuʒ libe-
ri arbitrij ante peccatū illud ait.

Epilogum facit ad alia tranſitu
rus. k

Satis diligēter eo
rum poſuimus ſcientiaʒ qui dicunt om̄es
actus naturas eſſe. ⁊ inq̄ʒtum ſunt. bonos
eſſe in quo tractatu quedam interſeruim⁹.
que non ex eorum tantum perſona accipiē
da ſunt. quia ab omnibus catholice ſapiē-
tibus abſq̄ʒ heſitatiōe tenentur. atq̄ʒ auto-
ritatum teſtimonijs ⁊ rationibus eorū tra
ditionem muniuimus. q̄ dicunt oēs actus
eſſentia ſui. id eſt. inq̄ʒtum ſunt. eſſe bonos.
Quoſdam vero inquātum inordinate fiūt
peccata eſſe. Addunt quoq̄ʒ quoſdam non
tantum eſſentia ſed etiam genere bonos eē
vt reficere eſurientem. qui actus eſt de ge-
nere operum miſericordie. quoſdam vero
actus abſolute ac ꝑfecte bonos dicunt. q̄s
non ſolum eſſentia vel genus. ſed etiaʒ cau
ſa ⁊ finis commendat. vt ſunt illi qui ex bo
na voluntate proueniunt. et bonum finem
metiuntur.

Iſta ē diſtinctio. xxxvj. hui⁹ ſecū
di libri. In qua quidē magiſter recitatis opinionib⁹
diuerſis circa peccati quidditatem oſtendit quādaʒ
peccati diuerſitatem. Et inquirit qualiter vnuʒ pec

catum ſit pena alterius. Et tria facit. Nam p̄mo tra
ctat opinionem aliorum. Secundo annectit ꝓpriaꝫ
intentionem. Tertio remouet quādam dubitationē
Primū facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. In nul
lo tamē preiudicium. Secundum vſqꝫ ibi. Illud aūt
diligenter. Tertium vero vſqꝫ ad finē diſtinctionis.
In ſpeciali ꝟo ſententia magiſtri ſtat ī tribus ꝓpoſi
tionibus. quarum prima eſt hec. Scriptura vnuꝫ
peccatum fore penam alterius concedit inquantum
ab alia cauſaliter procedit. Hanc enim propoſitionē
magiſter ponens dicit quedam peccata eſſe aliorum
peccatorum penas. quod probat vtriuſqꝫ teſtamenti
autoritatibus diuerſis. inter quas ponit autoritatē
beati Gregorij qua dicit peccatum q̄d cito per penitē
tiam non deletur aut peccatū aut pena peccati ē. aut
peccatum ⁊ cauſa peccati eſt. aut peccatū aut cauſa
aut pena peccati eſt ſimul. Poſtea mouet circa mate
riam hanc quandam dubitationē querendo. Utruꝫ
peccatum inquātum peccatum. ſit pena peccati. Et
arguit ꝙ non. Nam ſm beatum Auguſtinuꝫ omnis
pena peccati iuſta eſt ⁊ iuſte fit. ſi ergo peccatū inq̄n-
tum peccatum. eſſet pena peccati. peccatum iuſte fie
ret. quod non eſt verum. Et reſpondens dicit ꝙ effe
ctus peccati cuiuſmodi eſt corruptio peccatū ſequēs
eſt pena peccati. ſed non peccatum inq̄ntum peccatū
Et ſubdit. licet omne peccatum ſm iſtum ſenſum. eo
ꝙ quedam corruptio ſit pena. tamen non omne pec-
catum poteſt dici pena peccati. ſed illud ſolū dicitur
pena alterius peccati quo cauſatur ab alio cum ſolꝰ
effectus peccati ſm premiſſa ſit pena peccati. Se
cunda propoſitio eſt hec. Ueritati in nullo p̄iudicat
quedā peccata non ſolum cauſaliter ſed etiam eſſen-
tialiter eſſe alioꝝ penas. Hanc eñ ꝓpoſitionem ma
giſter ponens finaliter eiꝰ aſſerit rationem. quia que
dam peccata eſſentialiter animam puniūt. id eſt. acti
ue corrumpunt penam infligendo. Qđ ꝓbat ꝑ bea-
tum Auguſtinuꝫ dicentem. ꝙ rebellio carnis ad ſpi
ritum que eſt peccatum ſit pena. Et cōfirmatur hoc
idem per hoc ꝙ quedam ſpiritualia peccata pena di
cunt. ⁊ ꝙ penalem paſſionem habent eis annexam.
ſicut ira. inuidia. ſupbia. ⁊ ſimilia. Attñ dicit ꝙ paſ-
ſio illa eis annexa non debet dici peccatum. Ter-
tia ꝓpoſitio eſt hec Ex ſcripture trahitur ꝟitate ali
qua peccata fieri neceſſitate. Hanc eñ ꝓpoſitionem
ꝓbans dicit notandum eſſe. ꝙ licet beatus Auguſti
nus dicat quedam peccata fieri ex neceſſitate Beatꝰ
tamen Hieronymus dicit ſemꝑ eſſe in hominis pote
ſtate poſſe peccare ⁊ non poſſe peccare. non tñ ſibi in
uicem contradicunt. quia beatus Augꝰ loquitur de
peccatis venialibus. Hieronymus vero de peccatis
mortalibus. ſuppoſito tamē gratie adiutorio. Unde
beatus Augꝰ loquitur ſm ſtatum hominis poſt pec-
catum. beatus vero Hieronymus loquitur đ pecca-
tis hominis ſm ſtatum eius ante peccatum. Et ſub-
dit recapitulando p̄determinata dicēs quoſdā actꝰ
eſſe ex ſuo genere bonos. vt reficere eſurientē ⁊ con
ſimiles. quoſdaꝫ autem ex ſua cauſa vel ex fine. vt q̄
procedunt ex bona ⁊ ordinata volūtate hominis. et
illi ꝑfecte boni iudicantur. Et tñ in ſpeciali.

Aliorum ponit ſententiam qui di-
cunt malos actus nullo modo eē
a deo nec eē bonos ſiue in eo ꝙ ſūt
ſiue alio modo. a

Sunt autem ⁊
alij plurimi longe aliter đ pec
cato ⁊ de actu ſentientes. aſſe
runt eñ voluntatem malam
⁊ actum malum peccata eſſe. ⁊ nulla ratio-
ne bona nec ſm aliquam rationem ex deo
auctore eſſe. quia ſine deo fiūt. Sine eo nā
qꝫ (vt ait euangeliſta) factum eſt nihil. id ē
peccatū. Quod dicitur eſſe nihil non quia — Quare pctm̄ nihil eē dr̄.
non ſit actio vel voluntas mala. que aliq̄d
eſt. ſed quia a vero eſſe ſeparat homines. ⁊
ad malum trahit. et ſic ad non eſſe deducit
Qui enim a ſummi boni participatione re
cedunt quod ſolum vere ac proprie eſt me
rito non eſſe dicuntur. Ideoqꝫ Auguſtinꝰ
dicit ſuper Johannem. peccatum nihil eē
nihilqꝫ fieri cum peccant homines Hac er
go ratione aſtruunt peccatum nihil eſſe. q̄r
a vero eſſe hominem elongat. Uolūtatem
qꝫ malam atqꝫ actionem ſiue locutionē ma
lam peccatum eſſe dicunt. quia preuarica-
tio ⁊ inobedientia hec ſunt. ⁊ contra legem
dei fiunt que tamen ſunt. ſed ab homine vl'
diabolo nō a deo. Nullatenus enim hec a
deo eſſe dicunt ſiue inq̄ntum ſunt ſiue alio
modo.

Qualiter determinent verba Au-
guſtini premiſſa quibus ait. omne
quod eſt. inquantum eſt. bonum
eſt. b

Illa quoqꝫ Augu
ſtini verba quibus dicit oē qđ eſt inquā
tum eſt bonuꝫ eſſe. ⁊ deum habere auctorē
de naturis ſiue de ſubſtantijs tantū accipi
enda fore tradunt. Subſtantie vero nomi-
ne atqꝫ nature. dicunt ſignificari ſubſtanti
as ip̄as ⁊ ea que naturaliter habent. ſ. que
cōcreta ſunt eis. ſicut anima naturalir̄ ha-
bet intellectum ⁊ ingenium ⁊ volūtatem ⁊
hmōi. quod ex ꝟbis Auguſtini premiſſis
colligitur. vbi bonū hominē appellat bonā
naturam. ⁊ malum hominem malam natu
ram. Scđm hanc ergo aſſertioneꝫ vel acce — Scđm q̄d actus mali non ſūt nature vl' ſubſtantie.
ptionem. mali actꝰ non ſunt nature vel ſub
ſtantie. nec etiā boni actus. quod vtiqꝫ vi-
detur Augꝰ. innuere in lib. retractationū.
diſtinguens inter ſubſtātias ſiue naturas
⁊ bonas actiōes ſiue malas. Apiens enim
quō intelligendū ſit quiddā in lib. đ ꝟa re-
ligione ab eo traditū ait. De h̄ ſubſtantijs — Augꝰ in li. retracta.
atqꝫ naturis dictuꝫ ē. Inde eñ diſputaba

ſur. nõ de bonis actionibus atq̃ peccatis
Apte hic videtur diuidere iter naturas ſi
ue ſubſtãtias ⁊ actiões ſiue peccata. Ideo
q̃ aſſerunt p̄fati doctores. actiões interio
res vel exteriores nõ eē naturas vel ſubſtã
tias. q̄ ſi male ſunt: peccata ſunt. neq̃ a deo
ſũt. Q̄ vero mali actus nõ ſint nature Au-
guſtinus videt᷑ notare in p̄ma reſponſione
ↄtra pelagianos ita dicens. Opa diaboli
que vitia dicunt᷑ actus ſũt. non res. Idem
in quarta reſponſione. Om̄e malum natu-
ra nõ eſt. ſed actus accidens alicui ex defe-
ctu boni. Quobrem quod natura non ē. de
us nõ fecit. quia natura ē omne quod fecit
Itē. Om̄e qđ natura bonũ eſt. deus ex ni-
hilo fecit. nõ diabolus.

## Scđꝫ hos res alique ſunt que a deo nõ ſunt quibus homines mali ſunt. c

# Ex quo colligit᷑ reſ
aliquas eſſe que a deo nõ ſunt. eiſq̃ homi-
nes mali ſunt. Qđ nihilomin⁹ ⁊ ipi conce-
dunt innitẽtes v̾bis Aug. ſupi⁹ poſitis q̄
in ench. determinans illa v̾ba ꝓphete Ve
his qui dicũt bonũ maluꝫ. dicit de ipis re-
bus quib⁹ homines mali ſunt. nõ de homi
Teſtimonijs Auguſ. ſuam muniũt aſſertionem. nibus hoc eē intelligenduꝫ. Sunt ergo ali
que res quibus hoies mali ſunt Id autem
quo homo fit deterior a deo nõ eſt. quia vt
ait Aug⁹ in lib. de. lxxxiij. queſtio. deo au
ctore non fit hõ deterior. Nõ eſt ergo deus
auctor rerum quib⁹ homo deterior fit. At
ſunt alique res vt dictum ē. quibus homi
nes mali ſiunt. Sunt ergo alique res que a
deo nõ ſunt. quia peccata ipſe ſũt. Ideoq̃
ſcriptura in pluribus conteſtat᷑ locis deuꝫ
nõ eſſe auctorem maloꝝ. id eſt. eorum que
peccata ſunt.

## Ex p̄te eorum premiſſe opponitur ſentẽtie in illo verbo deus auctor malorum non ē. d

# In hoc autem ver
bo ſupiorꝫ ſentẽtie recte opponit᷑. q̄ dicũt
deum non eſſe auctorẽ eorũ que mala ſunt
inq̃tum mala ſunt. ſed inq̃tuꝫ ſunt. ⁊ inq̃
tum mala ſunt: dicunt ea nihil eē. Quid g̊
mirũ. ſi deus dicit᷑ nõ eſſe auctor eorum in-
q̃tum nihil ſunt. cum nihili nullus auctor
exiſtere queat. Ideoq̃ cuꝫ dr̄ deus eſſe au
ctor omniuꝫ q̄ ſunt. bonoꝝ iſti ſubintelligi
volunt. Bona autẽ illa eſſe dicunt que na-
turaliter ſunt. Ea vero naturaliter eſſe di-
cunt non ſolum que ſubſtantie ſunt vel cõ
creta ſubſtantijs qualiter ſupra acceperũt
ſed ⁊ oia que naturaꝫ nõ priuant bono. Et
ita ſꝫm eoſdem multiplex in ſcripturis fit in
telligentia. vbi de natura ſiue de ſubſtãtia
vel de his que naturalit᷑ ſunt. ſermo occur-
rit. Sed ſup illũ locũ pſ. Nõ eſt ſubſtãtia
ita Aug⁹ de ſubſtantia diſſeruit. vt premiſ
ſe ſententie videat᷑ cõſentire dicens. Sub-
ſtãtia intelligitur illud qđ ſumus q̄cq̄d ſu-
mus. homo. pecus. terra. ſol. om̄ia iſta ſub
ſtãtie ſunt. eo ipſo quo ſunt nature ipe. ſub
ſtantie dicunt᷑. Naꝫ qđ nulla eſt ſubſtãtia
nihil oino eſt Subſtantia ergo eſt aliquid
eſſe. Deus fecit hom̄eꝫ ſubſtãtiaꝫ. ſed ꝑ ini
quitatẽ lapſus ē hõ a ſubſtãtia i qua fact⁹
eſt. Iniq̃tas q̄ppe ipſa nõ eſt ſuba. Nõ eñ
iniquitas eſt natura quã formauit de⁹. ſed
iniq̃tas eſt ꝑuerſio quaꝫ fecit hõ. Nature
om̄es ꝑ ipſum facte ſunt. iniquitas ꝑ ipſuꝫ
facta nõ ē. quia iniquitas nõ eſt ſubſtãtia
In illo hymno triũ puerorũ vniuerſa crea
tura laudans deuꝫ cõmemorat᷑. Laudant
eñ om̄ia deuꝫ. ſed que fecit deus. Laudat
ibi ſerpens deum. ſed nõ auaricia. Oia re-
ptilia ibi nomiata ſunt. ſed nõ aliqua vitia
Vitia eñ ex nobis ⁊ ex noſtra volũtate ha
bem⁹. ⁊ vitia nõ ſunt ſubſtantia Intẽdant
diligenter his v̾bis p̄miſſaꝝ aſſertores ſen
tentiarũ. ⁊ ꝑcipere poterunt rationẽ ⁊ cau
ſam dictoꝝ. vbi ſcriptura d̾ natura vel ſub
ſtantia mentionẽ facit. Illarũ vero ſenten-
tiarum iudiciũ. prudentis lectoris cui vtri
uſq̃ ſententie noticiaꝫ plenarie didicimus
arbitrio relinq̄m⁹. ad ea que adhuc nob ſu
perſunt tranctanda feſtinantes.

## Q̄ de pctõ nõ de pena itelligit᷑ cuꝫ dr̄ deus nõ eſt auctor mali. e

# Cum igitur in hoc
om̄es cõſentiant catholici tractatores. ſ. q̄
deus nõ eſt auctor maloꝝ. Cauendum eſt
tñ ne maloꝝ nomine penas ſic̄ peccata ge-
neraliter includas. Penaꝝ eñ de⁹ auctor
ē. ſicut ipe ꝑ ꝓphetã ait. Nõ eſt malũ in ci
uitate qđ dñs nõ fecerit. Itẽ alibi ex perſo
na ſua ait. Ego ſum de⁹ creans maluꝫ ⁊ fa-
ciens bonũ. Ecce hic dicit᷑ creaſſe ⁊ feciſſe
malum. ſed mali nomine pena itelligit᷑ non
pctm̄. ſicut ecõuerſo cũ dicit᷑ deus non eſſe
auctor maloꝝ. nomine mali peccata intelli
guntur. Ideoq̃ Aug⁹ qui dixerat in libro

de.lxxxiij.queſtio. ꝙ deus auctor mali nõ ſit. in p̃mo libro retracta. quõ id intelligendum ſit apit dicens. Uidendũ ẽ ne male intelligat̃ qd̃ dixi. deus auctor mali non ẽ. q̃ ⁊ omniũ que ſunt auctor eſt. quia inquãtũ ſũt: intãtuꝫ bona ſunt. ⁊ ne hinc putet̃ non ab illo eſſe penã malorũ que vtiqꝫ maluꝫ ẽ his qui puniuntur. ſed hec ita dixi ſicut dictum eſt. deus mortẽ nõ fecit. cuꝫ alibi ſcriptum ſit. mors ⁊ vita dño eſt. Malorum ergo pena q̃ a deo eſt. maluꝫ ẽ q̃dem malis ſ; in bonis dei opib⁹ ẽ. qm̃ iuſtuꝫ ẽ vt mali puniant̃. ⁊ vtiqꝫ bonum ẽ omne qd̃ iuſtum ẽ. Sic ergo dicit̃ deus non feciſſe mortem. q2 nõ fecit illud ꝓ quo mors infligitur. id ẽ peccatum. Audiſti lector cauſam dictoruꝫ ex qua ſana intelligentia ſumatur. cuꝫ dicitur: deus non eſt auctor mali. ⁊ de⁹ mortẽ non fecit.

Ꝙ pena malorũ ẽ a deo.

Quõ dictum ſit de⁹ mortẽ nõ fecit.

Iſta eſt diſtinctio. xxxvij. hui⁹ ſecũdi libri. In qua quidẽ diſtinctione magiſter oſtẽſo quomodo vnum peccatuꝫ ſit pena alterius. inquirit hic conſequenter qualiter auctor malorũ ſit de⁹. Et circa hoc tria facit. Nam primo ponit quandam opinionem. Secũdo eiuſdem opinionis confirmationẽ. Tertio reddit ad ſue intentionis oppreſſionem. Primum facit vſqꝫ ibi. Ex quo colligitur. Secũduꝫ vſqꝫ ibi. Cum igitur in hoc omnes. Tertium vſqꝫ ad finẽ diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat ĩ tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec Aliq̃ volunt aſſerere voluntatem malam. ⁊ actum ei⁹ malum nullatenus a deo procedere. Hanc magiſter ponens dicit vt ſupra dictum fuit quoſdam opinari. ꝙ voluntas mala ⁊ actus eius nec bona ſunt nec a deo ſunt etiam quacunqꝫ ratione cõfirmantes dictum ſuum ꝑ illud Joh. j. ſine ipo factuꝫ eſt nihil. i. peccatũ Ratio autem contrarium opinantium. ſ. Auguſti. fuit iſta. vt ſupra dictum eſt. ꝙ ſi talia a deo eſſent inquantum ſunt. eo ꝙ inquantum ſunt bona ſunt Hoc ſoluentes dicunt. ꝙ iſta propoſitio. Omnia que ſunt inquantum ſunt bona ſunt. ſolum habet veritatẽ in his que naturale ⁊ ſubſtantiale eſſe habẽt. quale eẽ peccata non habent. Secunda propoſitio eſt hec Nihili cuiuſmodi ſunt peccata deus indebite ponit̃ eſſe cauſa. Hanc magiſter probat duabus rationib⁹ quarum prima eſt hec. Illõ ꝑ quod homo fit deterior nõ eſt a deo. ſed ꝑ peccata homo fit deterior. ergo ⁊c̃. Item ſic. Nihili deus nõ eſt auctor. cuꝫ ergo peccatum ſit nihil. vt dicit̃ Joh. j. ergo ipm̃ non ẽ a deo vt dicit opinio. Et magiſter vtrãqꝫ opinionẽ. ſ. illam que dicit peccatum eſſe a deo inq̃tum eſt actus quidam. ⁊ illã que dicit peccatum nullo modo eẽ a deo reliquit indeterminatam. committens ipas diligẽtie lectorum. Tertia propoptio eſt hec. Scd̃ꝫ concordem ſanctorum doctorum ſententiam hereticum eſt dicere deum per ſe cauſam alicui⁹ mali culpe. Hanc magiſter ponens dicit deum tm̃ poſſe eſſe cauſaꝫ mali pene. Unde Amos. iij. dicitur. Non eſt malum in ciuitate quod non fecit dñs. Et Eſa. xlv. Ego ſũ dominus creans malum ⁊ faciẽs bonum que ꝓpoſitiones veritatem non haberent. niſi de⁹ eſſet auctor mali pene. Contra quam ſententiam magiſter arguit ꝑ illud Sapieñ. j. Deus mortem non fecit. que tamẽ ẽ quoddam malum pene. Ad quod reſpondens dicit ꝙ illam ſcripture autoritateꝫ eſſe intelligendã. ꝙ deus pctm̃ illud non fecit. ſcꝫ maluꝫ culpe quod eſt cauſa mortis. ita ꝙ nomine effectus ſignificet̃ ibi cauſa Et tm̃ in ſpeciali.

De voluntate ⁊ fine ex quo ⁊ ipſa iudicatur. a

Poſt predicta de volũtate eiuſqꝫ fine differẽdum ẽ. Sciendũ ğ eſt ꝙ ex fine ſuo (vt ait Aug⁹) volũtas cognoſcit̃ vtruꝫ recta an praua ſit Finis aũt bone volũtat' beatitudo ẽ vita eterna. ipſe deus Male vero finis eſt aliud ſcꝫ maledictio vel aliq̃d aliud in q̃ nõ debet volũtas q̃eſcere. Finẽ bonũ inſinuat ꝓpheta dicens. Omis ꝯſũmationis vidi finẽ ⁊c̃. Charitas ğ cui⁹ latũ mandatũ ẽ finis omis cõſummationis ẽ. i. omis bone volũtatis ⁊ actionis ad quã ome p̃ceptuꝫ referendum ẽ. Uñ Aug⁹ in ench. Oia p̃cepta diuina referunt̃ ad charitatẽ De q̃ dic̃ apl's. Finis p̃cepti ẽ charitas de corde puro ⁊ ꝯſcientia bona ⁊ fide nõ ficta. Ois itaꝙ p̃cepti finis charitas ẽ. i. ad charitatẽ refert̃ ome p̃ceptum. Qd̃ vero ita fit vl' timore pene vel aliq̃ intentione carnali vt nõ referatur ad charitatẽ que ẽ dilectio dei ⁊ ꝓximi. nondũ fit queãdmodũ oportet fieri: q̃uis fieri videat̃. Tũc eñ recte fiũt que mãdat deus ⁊ que conſilio monet. cum referũtur ad dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi. His verbis apte inſinuat̃ q̃s ſit rectus finis volũtatis ſiue actionis bone. ſ. charitas q̃ ⁊ de⁹ ẽ. vt ſupra oſtendimus.

DI. XXXVIII

Quid ſit bonus finis.

Ꝙ deus ẽ finis omnis bone actõis q2 charitas ẽ. nec tm̃ ſpũſſanctus ſed etiam xp̃s ⁊ pater. nec hi ſunt tres fines ſed vnus. b

Qui ergo charitatẽ ſibi ponit finẽ. deuꝫ ſibi ponit finẽ. vñ et xp̃m finẽ leg' ad iuſticiã dic̃ apl'us eẽ oi credẽti. Et recte dr̃ xp̃s finis legis ad iuſticiã q2 vt ait Aug⁹ in lib. ſniaꝝ ꝓſperi. in xp̃o lex iuſticie nõ ꝯſumit̃ ſ; implet̃. Oĩs eñ ꝑfectio ex ipo ⁊ in ipo ẽ. ⁊ vltra quẽ non ẽ q̃ ſpes ſe extẽdat. Finis fideliũ xp̃s eſt. ad quẽ cũ ꝑuenerit currẽtis intẽtio. nõ habet q̃ ampli⁹ poſſit venire. ſ; hꝫ id in q̃ debeat ꝑmanere. Finis ğ rect⁹ atqꝫ ſuprem⁹ de⁹ p̃r ẽ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpũſſanct⁹. nec hi tres ſũt tres fines ſ; vn⁹ finis. q2 nõ tres dij. ſ; vn⁹ deus.

Qꝛ oẽs bone voluntates vnum ha
bent finẽ. ⁊ tñ quedã bone diuer-
ſos fines ſortiunt̃. c

## Sʒ queritur vtrũ

Auguſti.

oĩes bone voluntates vnum tm̃ habeant
finem? De hoc Augꝰ in. xj. lib. de trinitate
ita ait. Alie atqꝫ alie volũtates ſuos ꝓpri-
os fines habent. qui tamẽ referunt̃ ad finẽ
illius volũtatis qua volumus beate viue
re. ⁊ ad eam ꝑuenire vitã que nõ referatur
ad aliud. ſed amanti ꝑ ſeipãʒ ſufficiat. quẽ
admodũ voluntas videndi finem habet vi
ſionem. ⁊ voluntas videndi feneſtrã. finẽ
habet feneſtre viſionẽ. Altera vero eſt vo-
luntas per feneſtram videndi tranſeuntes
cuiꝰ itẽ finis ẽ viſio tranſeuntiũ. Ad qđ eti
am predicte referuntur voluntates. Item
recte ſunt volũtates ⁊ oĩes ſibimet religa
te. ſi bona eſt illa ad quam cũcta referunt̃.
Si aũt praua ẽ. praue ſunt oĩes. ⁊ ideo re
ctarum voluntatum cõnexio: iter quoddã
eſt aſcendentiũ ad beatitudinem. quod cer
tis velut paſſibus agitur. Prauarum autẽ
⁊ diſtortarum voluntatuʒ implicatio. vin
culum eſt quo alligabit̃ qui hic agit vt ꝓij
ciatur ĩ tenebras exteriores. His autorita
tum teſtimonijs euident̃ monſtrat̃ plures
in fidelibus rectas eſſe voluntates. propri-
os ac diuerſos fines habentes. ⁊ tñ vnũ eũ
demqꝫ. quia oẽs referuntur ad vnũ q̃ eſt fi-
nis finiũ. de quo pauloante diximus. Ita
e cõuerſo forte eſt in malis.

Quedam huic ſententie videntur
aduerſari. d

## Verũtamen huic

ſententie qua dictum eſt fidelium quaſdaʒ
rectas voluntates diuerſos fines ſortiri. et
tñ ad vnum referri. videt̃ obuiare qđ alibi

Auguſti.

Augꝰ ãmonet ne. ſ. nob̃ duos fines ꝯſtitua
mus. ita inquiẽs in li. de ſer. dñi in monte.
Nõ debemꝰ iõ euãgelizare vt manducemꝰ
ſ; iõ mãducare vt euãgelizemꝰ. vt cibꝰ ñ ſit
bonũ qđ appetit̃. ſ; neceſſariũ qđ adijcit̃ vt
illđ impleat̃. Querite ꝑmũ regnuʒ dei. ⁊ h̃
oĩa adijcient̃ vob̃. Non dixit ꝑmũ q̃rite re
gnum dei. ⁊ deinde q̃rite iſta q̃uis ſint ne-
ceſſaria. Sʒ ait h̃ oĩa adijcient̃ vob̃. i. h̃
ꝯſequent̃ ſi illa q̃ratis. ne cum iſta querit̃.
illinc auũtamini. aut ne duos fines ꝯſtituat̃
vt ⁊ regnum ꝓpt̃ ſe appetat̃. ⁊ iſta neceſſa-
ria ꝓpt̃ illđ. Ergo ꝓpt̃ regnũ dei tm̃ debe
mus opari oĩa. non ſolã vel cum regno dei
mercedẽ corꝑalẽ meditari. Ecce h̃ apte di
cit ne duos fines nobis ꝯſtituamꝰ. ſ; vnuʒ
tm̃. i. regnũ dei. cũ ſupra dixerit bonas vo
lũtates alias ⁊ alias ꝓprios hr̃e fines.

Hic oſtendit̃ quõ licet videantur
nõ repugnẽt ꝑdicta. e

## Hec autem ſibi nõ

repugnare animaduertit qui verbis ꝑmiſ-
ſis ſimplici oculo diligenter intendit. Qui
eñ dixerit ne duos fines nob̃ conſtituamꝰ
ſed oĩa ꝓpt̃ regnuʒ dei faciamꝰ. ipẽ ꝑmiſit
ꝙ debemꝰ mãducare vt euãgelizemꝰ. Cuʒ
aũt hoc ita facimꝰ. actiõis illiꝰ finẽ euange
liũ ꝯſtituimꝰ. ſ; ⁊ hũc finẽ ad regnũ dei refe
rimꝰ. Mãducamꝰ eñ ꝓpt̃ euãgeliũ. ⁊ mã
ducamꝰ ⁊ euãgelizamꝰ ꝓpt̃ regnũ dei Du
os igit̃ fines nob̃ ĩ mãducãdo ꝯſtituimus.
Sʒ iſta faciẽtes nũq̃d peccamꝰ? abſit. Nã
⁊ ipẽ ſic facere ſuadet ſi diligent̃ eiꝰ v̾ba in
ſpiciamꝰ. Cũ g̃ ait. ne duos fines nob̃ ꝯſti-
tuamꝰ. fines ĩ diũſa tẽdẽtes ĩtelligi voluit
ſcʒ q̃ꝝ alter ad alteꝝ nõ referat̃. Ita ⁊ cum
dicit ꝓpt̃ regnũ dei tm̃ oĩa agẽda. nec cum
ipõ mercedẽ tꝑalem meditãdã. ita ĩtelligẽ
dũ ẽ. vt nõ meditemur appetẽdo cuʒ regno
mercedẽ tꝑalẽ. ita ꝙ nõ ꝓpt̃ regnuʒ ſ; ꝓpt̃
ſe. vt ſcʒ regnũ ꝓpt̃ ſe appetamꝰ. ⁊ iſta ꝓpt̃
illud. ſicut ipẽ docet. Si eñ petimꝰ vitam
eternã. petimuſqꝫ etiã tꝑalia a deo. ſi ea pe
timus ꝓpt̃ vitã et̃nã. nõ offendimꝰ. neqꝫ ſi
niſtra tũc ſcit q̃d faciat dextra. qꝛ mercedẽ
tꝑalẽ nõ ꝓpt̃ ſe meditamur. ſ; ꝓpt̃ regnuʒ
dei. vt ſit leua ſb̃ capite ⁊ dextera ĩ ãplexu.
Alioq̃n ſi h̃ tꝑalia ꝓpt̃ ſe querimꝰ ſic̃ eter-
na. miſcetur dextre ſiniſtra. Idoqꝫ cũ dñs
dixerit. Attẽdite ne iuſticiã v̾ram faciatis
coram hominibꝰ vt videamini ab eis. Ali
bi ait. Sic luceant oꝑa veſtra bona coram
hominibus vt glorificent patrẽ veſtrum q̃
in celis eſt. Propter deum ergo omnia fa-
cienda ſunt. vt omnia que facimus omniũ
qꝫ fines ad eum referamus.

Quõ intelligendũ ſit illđ ne duos fines nobis cõſtituamus.

De differentia voluntatis ⁊ inten
tionis ⁊ finis. f

## Solet etiam queri

Quid ſit voluntas.

q̃d diſtet int̃ volũtatẽ ⁊ intẽtionẽ ac fineʒ?
Ad qđ dici põt int̃ volũtatẽ ⁊ finẽ certo at
qꝫ euidẽti mõ diſtinguit̃. qꝛ volũtas eſt q̃

volumus aliquid. Finis vero voluntatis eſt vel illud quod volumus. ꝑ quod impletur ipſa voluntas. vel potius aliud ꝓpter quod illud volumus. Intentio vero interdum ꝑ voluntate interdum pro fine volūtatis accipitur. que diligēs ac pius lectoꝛ in ſcriptura vbi hec occurrunt diſcernere ſtudeat. Finis vero volūtatis ē delectatio bona vel mala. ad quā nitit̄ quiſq; ꝑuenire. Unde Augꝰ ſuꝑ illum locū pſ̄. Scrutans coꝛda ⁊ renes. ſic ait. Deꝰ ſolꝰ ſcrutatur coꝛda. id ē. q̄d quiſq; cogitet. ⁊ renes. i. q̄d queq; delectet. Quia finis cure ⁊ cogitationis ē delectatio. ad quā cura ⁊ cogitatione nititur quiſq; ꝑuenire. ⁊ poulopoſt. Opera noſtra que ſūt in dictis ⁊ factis poſſunt homines videre. ſed q̄ animo fiant. et quo venire cupiant. ſolus deus videt. qui cum videt coꝛ eē in celo. ⁊ nō delectari nos in carne ſ; in dn̄o. id ē. cū bone ſūt cogitationes ⁊ earū fines. dirigit iuſtum. Idē ſuꝑ alteriꝰ pſ̄. locū illū ſcʒ In laqueo iſto quē abſconderūt cōpꝛehēſus eſt pes eoꝝ. dicit Pes anime amoꝛ eſt. q̄ ſi prauus eſt: dꝛ cupiditas vel libido. ſi rectꝰ: dicit̄ charitas. Eo mouet̄ anima quaſi ad locum quo tendit. id eſt. ad delectionem bonā vel malaʒ. quo ꝑ ſe ꝑueniſſe ꝑ amoꝛem letat̄. Finis ergo voluntatis vt ꝑmiſſum eſt dꝛ et illō qō volumus ⁊ illud ꝓpter quod volumus. ſʒ intentio ad illud reſpicit ꝓpter qō volumꝰ ⁊ voluntas ad illud quod volumꝰ. vt v̄bi gratia. Si velim eſurientē reficere vt habeam vitam eternam. volūtas ē qua volo reficere eſurientē. cuiꝰ finis eſt refectio eſurientis. Intentio vero eſt qua ſic ad vitaʒ peruenire volo. Finis vero ſupꝛemꝰ eſt ipſa vita. ad quā ⁊ alius finis refert̄.

Intentō quō accipit̄.

Quid ſit finis

Auguſti.

Repetit p̄dicta ſubdēs exemplum.

## An illa intentio ſit volūtas. g

Sʒ queritur vtrū intentio talis ſit voluntas: ⁊ ſi voluntas ē an in hoc ope ſit vna eademq; voluntas. q̄ volo reficere eſurientem. ⁊ qua volo habere vitā eternā: Videt̄ nempe talis intētio voluntas eſſe. vt eīn volūtas eſt qua volo reficere pauꝑem. ita et volūtas ē q̄ ꝑ illud volo habere vitam. Et alia q̄dem videtur volūtas eſſe qua volo habere vitaʒ. ⁊ alia qua pauꝑi ſubuenire volo. Sʒ iſta ad illaʒ refert̄. Naʒ ⁊ ſi hoc ita placeat vt i eo cum aliqua delectatione voluntas acq̄eſcat. nō dū ē tn̄ illud quo tendit̄. ſed hoc ad illō referat̄ vt illō deputet̄ tāq; patria ciuis. iſtud v̄o tanq; refectio vel manſio viatoꝛis. Et ſunt iſte voluntates affectus ſiue motꝰ mētis quibus quaſi greſſibus vel paſſibꝰ tenditur ad patriam. Sicut ergo altera eſt voluntas videndi feneſtras. vt ſupꝛa docēte Aug. didicimꝰ. altera que ex iſta nectitur volūtas. ſ. ꝑ feneſtras videndi trāſeuntes. Ita nōnullis alia videtur eſſe volūtas elemoſynas dandi pauꝑi. alia volūtas habēdi vitam. Alij aūt putant ꝙ vna ſit voluntas ⁊ hic ⁊ ibi. ſed ꝓpter ſubiectoꝝ multiplicitatem. diuerſitas memoꝛat̄ volūtatū. Ceteꝝ quolibet hoꝝ veꝝ ſit. illud nulli in ambiguum venit. q̄n voluntas ex ſuo fine penſet̄. vtrū recta ſit an praua. peccatū an gratia. ⁊ q̄n noīe intentiōis aliq̄n finis aliquando volūtas intelligat̄.

Utrū alia volūtas hec ab alia ſit.

Iſta ē diſtinctio. xxxviij. huiꝰ ſecūdi libri. In qua magiſter poſtq; egit de pctō actuali ſm ſe. incipit agere de peccati radice. ſ. de volūtate que eſt radix peccati. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo agit de voluntatis rectitudine ⁊ ꝑuerſitate Secundo de voluntatis ⁊ intentionis diuerſitate. Tertio de voluntate finis ⁊ eoꝛum que ſunt ad finē idem ꝑtitate. Primū vſq; ibi. Solet etiam queri. Secūdū vſq; ibi. Sed queritur vtrum. Tertium vſq; ad finē diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat ī tribus pꝛopoſitionibus. quarum pꝛima eſt hec. Ex bono vel malo fine perpenditur rectitudo vel ꝑuerſitas voluntatis humane. Hanc magiſter ponens dicit ꝙ voluntas humana rectitudineʒ vel peruerſitatem habet a fine bono vel malo. Unde bonꝰ finis voluntatis eſt charitas. beatitudo ipſa vita eterna deꝰ ipſe ſm Auguſtinum. quod ꝓpter charitatem nō fit recte non fit. Qui quidem voluntatis finis. ſ. charitas ad finem vlterioꝛem oꝛdinat̄. ſ. ad deuʒ Maloꝝ vero voluntatum finis eſt mala delectatio in actu vitioſo. Et ſubdit ꝙ tam bone q̄ male voluntates poſſunt habere plures fines inter medios. qui ſunt quaſi iter quoddam ⁊ via ad vltimum finem ꝑueniendi. Contra quod magiſter obijcit autoꝛitate beati Auguſtini q̄ dicit ꝙ non poſſumus duos fines conſtituere ſimul. Et reſpondens dicit ꝙ hoc verum ſit. vbi fines ſic ſe habent ꝙ vnus non ſit ſub alio contentus. vel ꝙ vnus non ſit ad alium oꝛdinatus. ⁊ nō vbi vnꝰ ad alium refert̄. ſicut eſt in pꝛopoſito. Secūda ꝓpoſitio eſt hec. Voluntatem ⁊ intentioneʒ omnino foꝛe idem congruo negatur. eo ꝙ ꝑ voluntatem ⁊ non ꝑ intentionem potentia affectiua nominatur. Hanc magiſter pꝛobans querit. Utrū voluntas ⁊ intentio ſint idem. Et reſpondet ꝙ non omnino ſint idem. qꝛ voluntas nominat potentiam volitiuam. intētio aūt nō. quod ex verbis beati Auguſtini declarans dicit ꝙ voluntas eſt potentia qua volumus. finis vero eſt illud quod volumus. Intentio v̄o eſt illa īteriōꝛ motio qua ꝑ voluntatem in fineʒ tendimus. ſicut ex gratia. ſi velim eſurientem reficere vt habeā vitam eternā tunc volūtas eſt potētia q̄ volo reficere eſurientē cuiꝰ finis medīꝰ ē refectio eſuriētis. Ultimꝰ v̄o finis ē vita eterna. Intētio vero eſt motꝰ quo ad finem ꝑuenire volo. Ūn patet iſta tria nō eſſe omnino idem.
Tertia pꝛopoſitio eſt hec Satis ꝯſtat ꝓbabile ꝙ

aliquis eodem velle velit finem. ⁊ illud qđ ad deum eſt referibile. Hanc magiſter probans querit. Utrū ſit idem actus voluntatis quo vult finem ⁊ ea q̄ ſunt ad finem. Et reſpondens dicit ꝙ aliquibus videtur ꝙ non ſit idem actus ſed plures. ſicut nō eſt idē act⁹ videre feneſtram ⁊ videre ꝑ feneſtram trāſeuntes in via. Aliquibus vero placet ꝙ ſit idem actus voluntatis qui ſolum ſḿ diuerſitatem volitorum ſit diuerſificatus. ⁊ q̄ iſtaꝝ opinionū ſit verior mgr̄ relinquit indeterminatū. Et tm̄ in ſpeciali.

**Cū voluntas ſit de his que homo naturaliter habet. quare peccatū fore dicatur cum nullum aliud naturale peccatū ſit. a**

DI. XXX IX — b **H**Ic autez oritur queſtio ſatꝭ neceſſaria ex ſuperioribus cauſam trahens. Dictum eſt eñ ſupra volūtatem ineſſe naturaliter homini ſicut intellect⁹ ⁊ memoria. Que aūt homini naturalia ſunt. q̄tumcūq̄ vitientur. bona tamen eē non deſinūt. quia non valet vitium bonitatem in qua deus eaz fecit penitus conſumere. vt verbi gratia. Intellect⁹ vel ratio ⁊ ingenium ac memoria ⁊ ſi vitijs ac peccatis obnubilenť ⁊ corrumpāť. bona tamen ſunt. nec peccata nomianť ſicut Aug⁹ de ratione que eſt imago dei in qua facti ſumus euidenter oſtendit in. xv. li. de trinitate. Hec eſt inq̄t imago in qua homines ſūt creati. qua ceteris animalibus preſunt. que creatura in rebus creatis excellētiſſima eſt. cū a deo iuſtificať. a deformi forma in formoſam mutatur formaz. Erat eñ inť vitia natura bona. hec aūt imago ratio eſt vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus ſit. quare ipa nō ſemꝑ bonuz

Reſpōſio ſm̄ quoſdam. — eſt. ⁊ ſi aliquādo vitijs ſubiaceat: Ad h̄ facile reſpondent qui dicunt omnia que ſunt inq̄tum ſunt bona eſſe. quia ⁊ ipſam volūtatem inq̄tum bona eſt vel inq̄tum volūtas eſt vt ſupra poſuimus bonum eſſe aſſerunt. ſed inq̄tum inordinata eſt: mala eſt ⁊ peccatum. Ubi poteſt ab eis rōnabiliter q̄ri. Si voluntas inq̄tum inordinata ē. peccatum eſt. quare ergo intellectus. ratio ⁊ ingenium ⁊ hmōi. cū inordinata ſunt peccata non ſunt: Inordinata vero ſūt ſicut voluntas cū ad rectum finem nō tendunt. eorumq̄ actus ꝑuaricatiōes exiſtūt. Ad qđ illi dicūt volūtatis nomine aliquādo vim ſcꝫ naturalem potentiam volendi. aliquādo actū ipſius vis ſignificari. Uis aūt ipſa naturaliter anime inſita nunq̄ pctm̄ eſt. ſicut nec vis memorādi vel intelligēdi Sꝫ actus hui⁹ vis qui ⁊ volūtas dicitur. tunc pctm̄ eſt qñ inordinat⁹ eſt.

**Quare actus voluntatis ſit peccatum. ſi actus aliarum potentiaruz non ſunt peccata. b**

**S**ed adhuc queritur. q̄re hui⁹ naturalis potentie actus peccatum ſit. ſi aliarum potentiarū actus peccata non ſunt. ſ. potentie memorandi. cui⁹ actus eſt memorare. ⁊ potentie intelligēdi cui⁹ actus eſt itelligere: Ad quod ⁊ ipi dicunt. quia alterius generis ē actus ille voluntatis. q̄ actus memorie vel intellectus Hic eñ actus eſt ad aliquid adipiſcenduz vel non admittendum. qui non pōt eſſe de malis qn̄ ſit malus. Uelle eñ mala malum eſt. Sꝫ intelligere vel memorari mala. malum nō eſt. Quis etiam hos actus malos eſſe interdum non improbe aſſerant. Memorat eñ interdum quis malum vt faciat ⁊ q̄rit intelligere verum vt ſciat impugnare. Ecce qualiter ſoluitur premiſſa queſtio ab his qui tradunt omnia eſſe bona inquātum ſunt. Qui vero dicūt voluntates malas peccata eſſe ⁊ nullo modo bona. breui⁹ reſpondent dicentes actum voluntatis nō eſſe de naturalibus. ſed vim ipam ⁊ potentiam volendi que ſemper bonuz ē. ⁊ in omnibus eſt. etiam in ꝑuulis in q̄bus nōdum eſt eius actus. — Reſpōſio ſm̄ quoſdā.

**Quomodo intelligēdum ſit illud ꝙ homo etiam q̄ ſeru⁹ ē peccati naturaliter vult bonū. c**

**P**reterea queri ſolet quomodo intelligenduz ſit qđ ait Ambroſius exponens illud verbum apoſtoli Non quod volo illud ago. ſed qđ nolo illđ facio Dicit eñ ꝙ homo ſubiectus peccato facit quod non vult. quia naturaliter vult bonum. Sed voluntas hec ſemꝑ caret effectu. niſi gratia dei adiuuet ⁊ liberet. Si homo ſubiectus peccato eſt. vult quidem malum ⁊ opatur. quia ſeruus eſt peccati ⁊ ei⁹ voluntatez. (ſic ſupra dixit Auguſtinus) libenter facit. quō ergo naturaliter vult bonum: An eſt eadem voluntas. id eſt. idem motus quo libenter peccato ſeruit. et quo naturaliter vult bonum: Sed non eſt eadem voluntas. que ergo iſtarū eſt. qua cū homo iuſtificatur a ſeruitute peccati libe — An eadē voluntate velit bō naturalit̄ bonū ⁊ libenť pctō ſuiat vł non.

ratur. Ut eñ diſſeruim⁹ ſupius gr̃a dei voluntatem hominis liberat ⁊ adiuuat. q̃ voluntatem hominis p̃parat adiuuandam ⁊ adiuuat p̃paratam. Sed que eſt illa volũtas: an illa que naturaliter vult bonuz: an illa que libẽter ſeruit peccato: ſi tamen due ſunt voluntates: Propoſita eſt queſtio ꝓfunda que varia diuerſis expoſitiõe determinatur. Alij enim dicunt duos eſſe mot⁹. vnum quo vult bonum naturaliter. Quare naturaliter. et quare naturalis dicitur? Quia talis fuit motus nature humane in prima conditiõe in qua creati ſine vitio ſumus. que proprie natura dicitur. Fuit eñ homo creatus in voluntate rectus. Unde in eccleſiaſticis dogmatibus ſcriptum eſt. Firmiſſime tene primos homies bonos et rectos eẽ creatos cum libero arbitrio quo poſſent ſi vellent propria voluntate peccare. eoſq; non neceſſitate. ſed propria voluntate peccaſſe. Recte ergo dicitur homo naturaliter velle bonum. quia in recta et bona voluntate cõditus eſt. Superior enim ſcintilla rationis que etiam (vt ait Hieronymus) in chain non potuit extingui. bonum ſemper vult. ⁊ malum ſemp odit. Alium autem dicunt motum eſſe mentis quo mens relicta ſupiorum lege ſubijcit ſe peccatis. eiſq; oblectatur. Iſte mot⁹ (vt aiũt) anteq̃ aſſit alicui gratia. domiat̃ ⁊ regnat in homine alterũq; deprimit motum. vterq; tamen ex libero arbitrio eſt. Ueniẽte autem gratia. ille mal⁹ motus elidit̃. et alter naturaliter bonus liberat̃ ⁊ adiuuat̃ vt efficaciter bonum velit. Ante gratiam vero lʒ naturaliter homo velit bonũ. non tamẽ abſolute concedi oportet bonaʒ habere volũtatem. ſed potius malam. Alij autem dicũt vnam eſſe voluntatem. id eſt. vnum motũ quo naturaliter vult homo bonuz. ⁊ ex vitio vult hõ malũ. eo q̃ delectat̃. ⁊ inq̃tum vult bonum naturaliter bonus eſt. inq̃tuʒ malum vult: malus eſt.

Propoſitã q̃ſtionez exeq̃t ꝑus ſm illos q̃ dicũt duos eſſe motus

Signadi⁹.

Reſpõſio ſm alios.

**Iſta ẽ diſtinctio. xxxix. hui⁹ ſecũdi libri.** In qua magiſter oſtenſo i precedente diſtinctione vnde ſit rectitudo ⁊ vitium in volũtate. inquirit qualiter in voluntate ſit peccatum. Secũdo quare actus voluntatis potius dicitur peccatum q̃ act⁹ aliarum potentiarum. Tertio an idem actus volũtatis ſit quo vult naturaliter bonum ⁊ quo reſpuit malum. Primum facit vſq; ibi. Sed adhuc querit̃. Secundum vſq; ibi. Preterea queri ſolet. Tertiuʒ vſq; ad finem diſtinctiõis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarum prima eſt hec. Quãuis voluntas humana d̃ ſua natura ſit bona ⁊ recta creata. tñ dicitur denominatiue mala inq̃tuʒ eſt mala ⁊ inordinata. Hanc magiſter ꝓbans querit vtrum voluntas poſſit eſſe mala. cum tamen habeat naturalem bonitatem ſicut ⁊ cetere potentie naturales. q̃ q̃tũcunq; deprauent̃ bone manent ſicut ratio ingenium. ⁊ conſimilia. que quãdocũq; vitijs deprauentur. nunq̃ tamen propter hoc dicunt̃ mala ſicut voluntas mala pctm̃ appellatur. Et dicit ſm opinionẽ illoꝝ qui oĩa q̃ ſiunt bona dicunt eſſe: Ad quod reſponderi poſſit q̃ voluntas non dicit̃ mala ſeu peccatum inq̃tum eſt quedam naturalis potẽtia. ſʒ inq̃tũ per actum ſuum deordinat̃ dicitur peccatũ Sed tũc dicit magiſter q̃ adhuc queri poteſt quare cetere vires. vtpote ratio ⁊ memoria. ingeniũ etiã non dicuntur peccata cum tamen ⁊ ipſe in actibus ſuis quandoq; deordinentur ſicut voluntas Et reſpondet q̃ illa deordinatio non ẽ in voluntate ſed ĩ actibus eius qualiter non ẽ in actibus aliarum potentiaꝝ. Secunda propoſitio ẽ hec. Nullus actus aliarũ virium niſi actus voluntatis malus iudicat̃. licet tamen homo quãdoq; ipſis abutatur. Hanc magiſter ꝓbans querit quare hmõi actuũ deordinatio non ſit ita bene in actibus aliarum potentiaꝝ ſicut in actibus voluntatis. Et reſpondens dicit q̃ hoc ideo. quia non ſunt eiuſdem generis cum actibus voluntatis. eo q̃ nõ ordinantur ad aliquid concupiſcendum. adipiſcẽdum. vel non admittendum. ſicut actus voluntatis. Aliquando tamen actibus aliarum potentiarum vitioſe homo abutitur. Tertia propoſitio eſt hec. Non eſt idem actus quo voluntas bonuʒ eligit ⁊ malum reſpuit. Hanc magiſter probans querit Utrum eadem ſit voluntas que naturaliter vult bonum ⁊ repugnat malo. Et reſpondẽs dicit duas circa hoc eẽ opiniones. quarum vna dicit non eſſe eandem volũtatẽ vtrobiq;. quia vtrolibet non eſt idem motus voluntatis. Unus enĩ ẽ naturalis quo naturaliter vult bonum. ⁊ ille competit homĩ a natura ſeu a ſui cõditione. Alius vero quo repugnat malo eſt voluntarius non pure naturalis. ſed competens homini inq̃tum eſt ꝑ gratiaʒ a ſeruitute peccati liberatus. Alia eſt opinio que dicit q̃ ſit idem motus volũtatis vtrobiq;. ſed magiſter nullam harum opinionũ p̃ alia determinat. Et tñ in ſpeciali.

## An ex fine omnes actus pẽſari debeant. vt ſimpliciter boni vel mali dicantur. a

Poſt hec d̃ actibus adijciendum videtur. vtrum ⁊ ipſi ex fine ſicut volũtas penſari debeant boni vel mali: Licet eñ ſm quoſdam oĩes boni ſint inq̃tũ naturaliter ſunt. nõ tamen abſolute dicendi ſunt omnes boni. nec omnẽs remunerabiles. ſed quidaʒ ſimpliciter mali dicũtur. ſicut ⁊ alij boni. Nã ſimpliciter ac vere ſũt boni illi actus q̃ bonã habent cauſam ⁊ intentionẽ. i. q̃ volũtateʒ bonam comitant̃. ⁊ ad bonum finẽ tendũt Mali vero ſimpliciter dici debẽt. q̃ ꝑuerſam habent cãm ⁊ intentioneʒ. Uñ Amb.

DI. XL

Qui act⁹ ſimpliciter boni dicẽdi ſũt.

Qui ſimpliciter mali.

Ambroſi⁹

Aug^s · Affectus tuus opi tuo nomen imponit
Auguſtin^s · Nemo cōputet bona opa ſua an͂ fine͂



ait. Affectus tuus opi tuo nomē imponit. Et Aug' ſup pſ. xxxj. Nemo cōputet bona opa ſua ante finē. Ita eñ videt̃ mihi eē vt magne vires ⁊ curſus celerrim⁹ ꝑter viam q̄ꝛ vbi ipa fides nō erat. bonū opus nō erat. Bonū eñ opus intentio facit intentionem fides dirigit. Nō valde attēdas q̄d homo faciat. ſed q̄d cū facit attēdat. quo lacertos optime gubernatōis dirigat. His teſtimonijs inſinuari videt̃ ex affectu et fine opa bona eſſe vel mala. Quib⁹ cōſonat quod veritas in euāgelio ait. Non pōt arboꝛ bona fructus malos facere. neq̄ arboꝛ mala fructus bonos facere. Nomine arboris nō natura humane mentis ſed volūtas intelligit̃. que ſi mala fuerit. nō bona ſ; mala opa facit. Si vo bona fuerit. bona non mala facit opa.

**Utrū oīa opa hoīs ex affectu ⁊ fine ſint bona vel mala. b**

**Sz queritur vtrū** omīa opa hominis ex affectu ⁊ fine ſint bona vel mala? Quibuſdā ita videt̃ eſſe q̄ dicunt oēs actus eſſe indifferentes vt nec boni nec mali ꝑ ſe ſint Sed ex intentiōe bona bon⁹. ⁊ ex mala malus ſit oīs actus Scd̄m quos quilibet actus pōt eē bonus. ſi bona intentione gerat̃. Alijs aūt videt̃ q̄ quidam actus in ſe mali ſint. ita vt nō poſſint eſſe niſi peccata. etiā ſi bonā habeant cām. Et q̄dā in ſe boni. ⁊ ſi malā habeāt cauſam nō tñ boni eſſe deſinant. Quod teſtimonio Aug. cōfirmant. qui dicit bonū aliquādo nō bñ fieri. Quod eñ quis inuitus vel neceſſitate facit: nō bñ facit. quia non bona facit intentione. vt ait Aug' ſup Joh. Seruilis inquit timoꝛ nō eſt in charitate. ſ quo q̄uis credat̃ deo. nō tñ in deum. ⁊ ſi bonū fiat. non tñ bene Nemo enim inuitus bene facit. etiam ſi bonum eſt quod facit. Ecce habes q̄ aliquis nō bñ facit illud quod bonum eſt. Facit ergo qd̄ bonum eſt intentione nō bona. Ideo aſſerunt illi quedā opera eſſe talia que ſic bona ſunt: q̄ mala eē nō poſſunt quocūq̄ modo fiant. ſicut ecōuerſo quedā ſic ſunt mala. vt nō poſſint eē bona quacūq̄ ex cauſa fiāt. Alia aūt eſſe opa que ex fine vel ex cauſa bona ſunt vel mala ⁊ ad illa referunt ſanctoꝝ teſtimonia. quibus ex affectu vel intentione iudiciū operum penſari dicūt. Triptitā edūt iſti differentiam actuum.

> Opinio quorūdā q̄ dicūt oēs act⁹ indifferētes.
>
> Aliorum opinio q̄ trifariā dicūt dfferentiā actuū.

**Aliter Auguſ. ſentire videtur qui dicit opa hominis eē bona vel mala ex intentione ⁊ cauſa. ꝑter quedam q̄ ꝑ ſe peccata ſunt. c**

**Sed Aug' euiden**tiſſime docet in libro contra mendaciū omnes actus ſcd̄m intentionē ⁊ cām iudicādos bonos vel malos. ꝑter quoſdā qui ita ſūt mali vt nunq̄ poſſent eſſe boni. etiam ſi bonam videantur habere cauſam. Intereſt inquit plurimum. qua cauſa. quo fine. qua intentione quid fiat. Sed ea que conſtat eſſe peccata. nullo bone cauſe obtentu. nullo quaſi bono fine. nulla velut bona itētione facienda ſunt. Ea quippe opa hominum ſi cauſas habuerint bonas vel malas nunc ſunt bona. nunc mala. que non ſunt ꝑ ſeipa peccata. ſicut victū ꝑbere paupibus bonum eſt. ſi fit cauſa miſericoꝛdie cum recta fide. ⁊ concubit⁹ coniugalis qñ fit cauſa generandi. ſi ea fide fiat vt gignant̃ regenerādi. Hec rurſus mala ſunt ſi malas habeant cauſas. velut ſi iactātie cauſas paſcitur paup. aut laſciuie cauſa cū vxoꝛe concubitur. aut filij generant̃ nō vt deo ſ; vt diabolo nutriant̃. Cum vo opa ipſa ꝑ ſe peccata ſūt. vt furta. ſtupꝛa. blaſphemie. quis dicat cauſis bonis eſſe facienda. vel peccata nō eſſe. vel quod eſt abſurdius iuſta peccata eē? Quis dicat furemur diuitibus vt habeamus quid demus pauperibus. aut falſa teſtimonia ꝑferam⁹. non vt inde innocentes ledant̃ ſed potius ſaluent̃. Duo eñ bona hic ſūt. vt inops alat̃. ⁊ innocēs non puniat̃. Aut quis dicat adulteriū eē faciēdum vt ꝑ illam cū qua fit homo de morte liberet̃. Teſtamenta etiā vera cur nō ſuppꝛimimus ⁊ falſa ſupponimus. ne hereditates habeant qui nihil boni agunt. ſed hi potius qui indigentes adiuuant. Cur nō fiant illa mala ꝑpter hec bona. ſi ꝑpter h̄ bona nec illa ſunt mala? Cur non ab imundis meretricibus que ditāt ſtupꝛatoꝛes. rapiat diuitias vir bonus. vt indigentibus eas largiat̃. cum nullum malū ſit ſi ꝑ bono fiat? Quis hoc dicat niſi qui res humanas moreſq̄ conat̃ ⁊ leges ſubuertere? Q̄ eñ facinus nō dicat̃ recte fieri poſſe. nec īpune tñ verum etiam glorioſe. vt in eo nō timeatur ſuppliciū. ſed ſperetur ⁊ pꝛemium. ſi ſemel conſenſerimus in malis actibus. non quid fiat. ſed quare fiat eſt querendū. vt quecūq̄ ꝑ bonis fiunt cauſis. nec ipa mala eē iudicentur At iuſticia merito punit cum qui dicit ſe ſubtraxiſſe ſuperflua diuiti vt ꝑbe-

> Auguſti.
>
> Nō tm̄ q̄re ſ; etiā q̄d fiat attendendū ē.

ret paupi. ⁊ falſariū q̄ alienū corrūpit teſta
mentū. vt is eſſet heres qui faceret elemo-
ſynas largas. non ille q̄ nullas. ⁊ eū q̄ ſe fe-
ciſſe adulteriū oſtendit. vt p illā cum q̄ fec
hominem de morte liberet. Sȝ diceret ali-
quis. ergo equādus eſt fur q̄libȝ furi q̄ vo
lūtate miſerie furatur? Quis hoc dixerit?
Sed horū duorū nō ideo quiſqȝ eſt bonus
qꝛ peior eſt vnus. Peior eī̄ eſt q̄ concupi-
ſcendo q̄ȝ qui miſerando furatur. Sȝ ſi furtū
omne pctm̄ eſt. ab omni furto abſtinendūȝ
eſt. Quis eī̄ dicat eſſe peccādū etiā ſi aliud
ſit ḡuiꝰ. aliud leuiꝰ pctm̄? Nunc aūt queri-
mus q̄s actus peccatū ſit vel nō? Non q̄s
ḡuius ſit vel leuiꝰ. Intende lector propoſi-
tis v̄bis tota mentis ꝯſideratiōe. q̄ non in-
utilem hn̄t exercitationē. ⁊ dinoſces quis
actus ſit pctm̄. q̄. ſ. malā habeat cauſaȝ: nec
ille tm̄. qꝛ ſunt nonnulli actus q̄ ⁊ ſi bonam
habeant cauſam. tn̄ peccata ſunt. vt ſupra
poſitū eſt. Ex quo conſequi videt̄ qꝛ non
ſp ex fine iudicat̄ volūtas ſiue actio mala.
ſicut in illis que p ſe peccata ſunt. Illa eī̄
cum q̄s geſſerit ꝓ aliqua bona cauſa bonū
videt̄ habere finem. nec ex fine volūtas eſt
mala. nec ex volūtate actio fit mala: ſed ex
actione voluntas fit praua. In q̄bus aliq̄
ponūt actum iudeorum q̄ crucifigēdo cri-
ſtum arbitrant̄ ſe obſequiū p̄ſtare deo. q̄a
bonū finem dicūt eos ſibi poſuiſſe. ſ. dei ob
ſequiū. ⁊ tn̄ voluntatē eorū ⁊ actōeȝ puer-
ſam fore aſſerūt. De bonis aūt nulla fit exce
ptio in p̄miſſis v̄bis Auguſtini. q̄n omis
volūtas bona ex fine fit bona. ⁊ ex fine ⁊ vo
luntate ois actio bona: bōa eſt. Sȝ nō om-
nis mala volūtas ex fine mala eſt. nec om-
nis mala actio ex fine ⁊ ex voluntate mala
eſt. ⁊ ois que habet malā cauſam mala eſt:
ſed nō ois que bonam cauſam hȝ: bōa eſt.
Ideoqȝ cū ex affectu dicit̄ nomen imponi
operi. in bonis opibus generalit̄ vera eſt
h̄ regula. ſed in malis excipiuntur illa que
p ſe mala ſunt. Omnia ḡ homis opera ſm
intentionem ⁊ cauſam iudicant̄ bōa vl̄ ma
la. exceptis his q̄ p ſe mala ſunt. i. q̄ ſine pre
uaricatione fieri nequeunt.

Peior q̄ cōcu piſcendo q̄ȝ q̄ miſerando furatur.

Intra ea que actꝰ mali ſunt q̄daȝ ponunt actū iudeorū

Quidā dicunt p̄dicta nō poſſe fie
ri bono fine.

**Que tamen quidā**
contendūt nūqȝ h̄re bonā cauſam. Qui eī̄
aliena furat̄ vt paupibus tribuat. nō ꝓ bo
no (vt aiunt) furat̄. Nō eī̄ bonū eſt aliena
paupibus erogare. Qui eī̄ de rapia ſacri
ficium deo offert. idē facit (vt ait autoritas)
ac ſi filium in ꝯſpectu p̄ris victimet. vel ſa-
crificiū carnis deo offerat. Abominabilis
nempe deo eſt impiorū oblatio. Ita etiam
⁊ hoiem p adulterium a morte liberare ma
lum eſſe dicūt. Et ſi enim bonū ſit hominē
a morte liberare. tn̄ ſic hominē liberare. ma
lum fore aſſerunt. Ideoqȝ Auguſtinum in
ſupioribus dicunt tempaſſe ſmonem cau-
teqȝ locutū vbi ait. Ea que cōſtat eſſe pec-
cata. nullo quaſi bono fine: nulla velut bo-
na intentione facienda. Non eī̄ ſimplicit̄
dixit bono fine ⁊ bona intentione. ſed addi
dit quaſi ⁊ velut. qꝛ talia nō fiūt bono fine
⁊ bona intentione: ſ intentiōe que videtur
bona. ⁊ fine q̄ putat̄ bonus: ſ non eſt. Nec
ideo excepit Augꝰ. iſta vt aiūt. qui cauſas
habeant malas. Sed qꝛ cauſas habēt que
vident̄ bone. ſunt tn̄ male.

Q̄ nō fiāt bo no fine notat̄ ex v̄bis Auguſtini.

**Iſta eſt diſtinctio. xl. huiꝰ ſecun-**
di libri. In qua mgr̄ poſtq̄ȝ egit de peccato actuali in
ſe ⁊ quō ſit in voluntate ſicut in ſua radice. Incipit
agere de vitio ramorum ex radice ꝓcedente. id ē de
vitio operū exiſtentiū a voluntate. Et tria circa hoc
facit. Primo eī̄ inquirit an actus iudicandi ſint bo-
ni ex fine. Secundo an omēs actus iudicādi ſint bo-
ni ex fide. Tertio an mali excuſant̄ p hoc q̄ fiūt boni
finis intentione. Primum facit a p̄ncipio vſqȝ ibi Sȝ
querit̄ vtrum. Secundū vſqȝ ibi. Que tamē q̄dam.
Tertium vſqȝ ad finem diſtinctionis. Et tn̄ in gene
rali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus pro
poſitionibus. quaꝝ p̄ma eſt hec. Licet exteriores
actꝰ in ḡtuȝ ſunt boni reputent̄. tn̄ moraliter boni vl̄
mali iudicant̄ ſm q̄ ex recta voluntate vel inordina
ta oriunt̄. Hanc ꝓpoſitionem mgr̄ ponens dicit. q̄
licet omnes actus exteriores ſint boni in ḡtuȝ ſunt.
tn̄ iudicant̄ moralit̄ boni vel mali ſm q̄ ex bona vel
mala intentōe ꝓcedunt. ita q̄ illi ſimpliciter boni vl̄
mali dici debent qui bonam ⁊ rectam habēt cauſam
ſeu intentionem. id eſt ad bonum finem tendūt Ma
li v̄o ſimpliciter dici debent qui ex puerſa intētione
ꝓcedunt. quod ꝓbat autoritate beati Amb. ⁊ per
illud euangelij. Nō poteſt arbor bona malos fructꝰ
facere. nec econuerſo arbor mala bonos fructus fa-
cere. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Nō oēs actus hu
mani p bonam voluntateȝ ſunt rectificabiles. Hanc
mgr̄ ꝓbans querit. Utrum vniuerſaliter ſit verū q̄
omēs actus habēt exteriorem maliciā vel bonitateȝ
a voluntate? Et reſpondens dicit de hoc eſſe varias
opiniones. Nam quidam contendunt q̄ oēs actꝰ ex
teriores ſint de ſe indifferentes. ⁊ ergo generalit̄ ca-
piunt ſuam bonitatem vl̄ maliciam a voluntate ex q̄
ꝓducuntur. Alij v̄o dicunt non omnes fore indiffe
rentes: ſed aliquos eſſe de ſe bonos. ⁊ illos dicūt nō
recipe abſolute ſuam bonitatem a volūtate. et dicūt
etiam tales abſolute non poſſe recipe maliciam ſuaȝ
a voluntate. Aliquos v̄o ecōuerſo in ſe eē malos di
cunt q̄ etiā ſuā maliciā nō habeāt a volūtate. ⁊ tales
etiā dicūt ſuā bonitatē non poſſe recipe a voluntate
Aliquos dicūt eē indifferētes. ⁊ tales ſolū ſūt q̄ reci
piūt ſuā maliciā ſeu bonitatē a volūtate. Tertij aūt
q̄bꝰ mgr̄ vidr ꝯſentire dicūt oēs actꝰ extiores a volū
tate poſſe recipe bonitatē vl̄ maliciā. ſolū ill̄ exceptiſ
q̄ de ſe ſūt mali. qꝛ tlēs p volūtatē fieri boni nō pūt.

Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Malum pia intentõe ꝓductum nequaq̃ iudicat̃ bonũ. Hanc mgr̃ ponẽs dicit actus de ſe malos nunq̃ poſſe habere bonã cauſam. Ad qḋ adducit plura exempla q̃bus concludit q furtum factum vt pauperi ſubueniat̃. vel rapina facta vt deo offerat̃. aut adulterium ꝑpetratum vt hõ a morte liberet̃. ꝛ alia hmõi. hi actus licȝ cauſas habeant que vident̃ eſſe bone. ſunt tñ mali. Et tantum in ſp̃ali.

## An omnis intentio vel actio eorũ qui carent fide ſit mala. a

DI. XLI.

**Vna**ȝ intẽtio vt ſupra dictum eſt bonũ opus faciat. ꝛ fides intentionem dirigat. non immerito queri poteſt vtrum omnis intentio omneq̃ȝ illorũ opus malum ſit qui fidem non habent? Si eñ fides intentionem dirigit. ꝛ intentio bonũ opus facit vbi non eſt fides: nec intentio bõa. nec op⁹ bonum eſſe videt̃. Quod a q̃buſdam non irrationabilit̃ aſtruit̃ qui dicunt oẽs actiones ꝛ voluntates hominis ſine fide malas eẽ que fide habita bone exiſtunt. Unde apl's ait. Omne quod non eſt ex fide: peccatũ ẽ. Quod exponens Aug⁹. ait. Omis infidelium vita peccatum eſt. ꝛ nihil bonum eſt ſine ſummo bono. vbi deeſt agnitio eterne veritatis. falſa virtus eſt etiam in optimis moribus. Et Jacobus in ep'la canoni. ait. Qui offendit in vno. ſ. in charitate. fact⁹ eſt omniũ reus. Qui g̊ fidem ꝛ charitatem nõ habet. omnis eius actio peccatũ eſt. q2 ad charitatem nõ refert̃. Qḋ eñ ad charitatẽ non refert̃ (vt ſupra meminit Aug⁹.) nõ fit quemadmodũ fieri oportet. Ideoq̃ȝ malũ eſt. Non g̊ mandata cuſtodit: qui charitate caret. q2 ſine charitate nullũ mandatorũ cuſtodit̃. Unde Aug⁹. ſup ep'lam ad Gal. ait. Cuſtoditionem legis dicit apl's. non inebriari. non occidere. non mechari. et alia hmõi ad bonos mores ꝑtinentia q̃ ſine caritate fide ꝛ ſpe impleri non poſſunt. Nullum g̊ mandatũ implet. nullũ bonuȝ opus facit: q̃ fidem ꝛ charitatem nõ hȝ. Impoſſibile eſt eñ (vt ait ap'lus) ſine fide aliquid placere deo: Que g̊ ſine fide fiũt bona non ſunt. q2 omne bonũ placet deo.

> Quidã dicũt oẽs actiones hoïs ſine fide eẽ malas q̃ in fide bõe ſunt Aug⁹. in lib. ſñiaȝ ꝓſperi

> Autoritatib⁹ muniũt ſuam opinionem

> Q2 ſine charitate nõ cuſtodiũt mãdata

## Que ꝑmiſſe ſententie obijciuntur ex verbis Auguſtini. b

**His** aũt obijcit̃ qḋ ſupra dixit Aug⁹. ſ. q in ſeruili timore. ꝛ ſi bonũ fiat. nõ tñ bñ. Nemo eñ inuit⁹ bñ facit etiã ſi bonũ eſt qḋ facit. Hic eñ dic̃ bonum fieri. ſ3 non bñ ab illo q̃ charitatẽ non habet. Qui eñ ſuilit̃ timet: charitate vacuus non eſt. de quo tñ hic dicit. q2 bonuȝ facit: ſ3 non bñ. Qui etiam ſup illum locuȝ pſal. Turtur inuenit ſibi nidũ vbi reponat pullos ſuos. dic̃ q iudei heretici ꝛ pagani opa bõa faciũt. quia veſtiunt nudos ꝛ paſcunt paupes ꝛ hmõi. ſed nõ in nido eccl'ie id eſt in fide. ꝛ ideo conculcant̃ pulli eorũ. Quibus illi reſpondẽt dicentes bona opa appellari hmõi que ſine charitate fiunt. non q̃a bona ſint qñ ſic fiunt. qḋ euident̃ ſupra Aug⁹. docuit. ſ3 q2 bona eſſent ſi alit̃ fierẽt. q̃ etiaȝ ſui genere ſunt bona: ſ3 ex effectu fiũt mala.

> Qualiter ad hec illi reſpõdeant

## Aliorũ ſententia de ꝑmiſſa queſtione qua querebat̃ ſi omis actio eorum mala eſt qui fidem non habent. c

**Alij** vo qui triphariam diſtinctionẽ actuũ faciũt. opa cuncta que ad nature ſubſidiũ fiunt ſemp bõa eſſe aſtruũt. S3 qḋ Aug⁹. mala eſſe dicit ſi malas habeant cauſas. non ita accipiendũ eſt q̃ſi ipa mala ſint. ſed quia peccãt ꝛ mali ſũt qui ea malo fine agunt. Item ꝛ illud aliud ſcȝ bonum opus intentio facit. ꝛ intentiõȝ fides dirigit. determinant dicentes ibi bonum vocatum qḋ remunerabile eſt ad vitam. nõ q illud ſit ſolũ bonũ op⁹. Imo etiaȝ alia pl'a. licet nõ ea ratõe qua illud ſint bõa Bonũ eñ multiplicit̃ accipit̃. ſ. ꝓ vtili. ꝓ remunerabili. ꝓ ſigno boni. ꝓ ſpecie boni. ꝓ licito ꝛ alijs forte modis. Solaq̃ȝ illa intẽtio remunerabilis ẽ ad vitã quã fides dirigit. ſed nõ illa ſola bona eſt. vt aiũt. Nã ſi q̃s iude⁹ vl' mal⁹ xpian⁹ neceſſitatẽ ꝓximi reuelauerit naturali pietate duct⁹. bonũ fecit. ꝛ bona fuit volũtas q̃ illud fecit.

> Determinat ꝑdicta v'ba auguſtini

> Quib⁹ mõis dicat̃ bonum

## Hic poït quedã auguſtini capitula que retractauit. nõ quaſi praue dicta. ſ3 q̃ ſenſu dixerit iſinuãs d

**Poſt** hec ĩueſtigari oportȝ q̃lit̃ itelligẽdũ ſit qḋ Aug⁹. ait i li. de v'a religione. Uſq̃ȝ adeo inq̃t pctm̃ voluntarium malum eſt. vt nullo mõ ſit pctm̃ ſi nõ ſit voluntarium. Huius dicti rationẽ Aug⁹. apiens in libro retractationũ dicit.

> Cap'm ꝑmiß

Retractatio geminā contināēs determinationem.

Pōt videri falſa hec diffinitio. ſed ſi diligenter diſcutiat̃ inuenietur eſſe veriſſima. pctm̄ q̄ppe illud cogitandū ē qđ tm̄mō peccatū eſt. nō qđ eſt etiā pena pcti. ſ. peccatū p̄mū hoīs qđ fuit pectatū ⁊ cauſa peccati: ſ̄ non pena. Quāuis ⁊ illa q̄ non voluntaria peccata nō immerito dicunt̃. q: vł a neſcientibus vel a coactis ppetrant̃. nō omimodo pn̄t ſine voluntate cōmitti. qm̄ et ille q̄ peccat ignorans voluntate vtiqꜫ facit. qđ cum faciendū non ſit. putat eſſe faciendum. ⁊ ille qui concupiſcente adūſus ſpiritum carne. non ea q̄ vult facit: cōcupiſcit q̄dem nolēs. ⁊ in eo nō facit qđ vult: ſed ſi vicitur ꝯcupīe conſentit volens. ⁊ in eo nō facit niſi quod vult: ⁊ illud qđ in paruuł eſt originale peccatū. ex p̄ma homīs voluntate mala contractū eſt. Nōn itaqꜫ falſuꝫ ē qđ dixi. vſqꜫ adeo peccatum voluntariū ē ⁊c̃.

Ecce q̄liter accipiendū ſit illud. ſ. vel de p̄mo peccato hoīs: vel de oībus generalit̃ peccatis mortiferis. quorū licet q̄dā dicantur non voluntaria. que. ſ. p ignorantiā vł p infirmitatem fiūt. Eadem tamen ea rōne poſſunt dici voluntaria. q: ſine voluntate non cōmittunt̃.

## Aliud capitulum. e

Retractatio.

Illius etiam intelligentia pq̄renda eſt qđ in li. de duab⁹ aīabus edidit inq̄ens. Nuſqꜫ niſi in volūtate pctm̄ eſt. Qđ etiā in li. retractationum plane determinat dicens. Pōt putari iſta falſa eſſe ſententia qua diximus nuſqꜫ niſi ī voluntate eſſe pctm̄. cuꝫ apoſtolus dicat. Qđ nolo hoc facio ⁊c̃. Sed peccatū qđ nuſqꜫ ē niſi in voluntate. illud p̄cipue intelligēduꝫ eſt. quod iuſta damnatio conſecuta eſt. id eſt p̄mū hoīs peccatū.

Aliud cap̄lm

In eodem qꜫ lib. de duabus aīabus aliud tradidit conſiderarione dignum. ait em̄. Non niſi voluntate peccat̃. ipamqꜫ voluntatem diffinit dicens. Voluntas eſt animi motus cogente nullo ad aliq̄d vel nō admittendū vł adipiſcendum.

Retractatio.

Hui⁹ dicti cauſaꝫ apiens ⁊ intelligentiā pandens in li. retractationum ait. Hoc ppterea dictū eſt. vt hac diffinitione volens a nolente diſcerneret̃. ⁊ ſic ad illos referret̃ intentio q̄ in padiſo fecerunt originem mali nullo cogente peccādo. id eſt libera voluntate. quia ⁊ ſcientes contra preceptum fecerūt. ⁊ ille temptator ſuaſit vt h̄ fieret. nō coegit. Nā q̄ neſciens peccauit. non incongruent̃ nolens peccaſſe dici poteſt. q̄uis ⁊ ipe q̄dem neſciens fecit. volēs tn̄ fecit. Ita nec tale peccatū ſine voluntate eſſe potuit. ſ̄ voluntas facti ibi fuit. nō peccati voluntas. qđ tn̄ factū fuit peccatum. Hoc em̄ factum eſt qđ fieri nō debuit. Quiſquiſ autem ſciens peccat. ſi pōt cogenti ad peccatum ſine peccato reſiſtere: nec tamē facit vtiqꜫ volēs peccat. quia qui poteſt reſiſtere: non cogit̃ cedere. quapropter peccatum ſine voluntate eſſe non poſſe veriſſimū eſt. Ex his liquet qualiter ſuperiora accipienda ſint.

Nō ſp voluntas facti qđ pctm̄ ē. volūtas pcti ē. q̄a vult q̄s quod pctm̄ ē. nō tn̄ peccatum

## Q̄ mala voluntas eſt volūtariū peccatum. f

Si autē omne peccatum mortale volūtarium eſt. cum voluntas mala peccatum ſit mortale. ꝯſtat ipſam eſſe voluntariuꝫ peccatū. Quid em̄ vt ait Aug⁹. tam in voluntate qꜫ ipa voluntas ſita eſt. Volūtas itaqꜫ mala recte volūtariū dicit̃ peccatum. q: in voluntate conſiſtit. Volūtas q̄ppe (vt ait Aug⁹. in eodē) eſt p̄ma cauſa peccandi. aut nullū peccatuꝫ ē p̄ma cauſa peccandi. nec eſt cui recte imputetur peccatū: niſi peccanti. Non ḡ eſt cui recte imputet̃: niſi voluntati. Hoc autem de peccato actuali ⁊ mortali intelligendū eſt. Neqꜫ his v̄bis aliud voluit oſtēdere Auguſtinus vt ipe ait in retractationibus. niſi quia voluntas eſt qua peccatur ⁊ qua recte viuit̃.

Aug⁹. in lib. de libe. arbi.

Iſta eſt diſtictio. xlj. hui⁹ ſecūdi libri. In qua mgr̃ oſtenſa rectitudine ⁊ vitio bonorum actuū ex pte finis ordinantis. facit idem ex parte p̄ncipij mouentis. Et tria facit. Primo inq̄rit an omnis actus nō recta intentione factus ſit peccatū. Secūdo an omne peccatū debeat dici voluntarium. Tertio ex p̄dictis concludit quoddam correlarium. Primum vſqꜫ ibi. Poſt hec inueſtigari oportet. Secundū vſqꜫ ibi. Si aūt omne pctm̄. Tertiū vſqꜫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ppoſitionibus quarū p̄ma eſt hec. Et ſi infideles q̄nqꜫ faciant bona opa exteriora. non tamen agūt bn̄. ⁊ ideo nō ſunt meritoria. Hanc mgr̃ ponēs q̄rit. Cum fides intentionem dirigat. ⁊ act⁹ tam interior qꜫ exterior ab intentione maliciā aut bonitatē habeat. Utrum ergo oīs actus infideliū qui fide nō diriguntur peccatum exiſtat? Et arguit p̄mo q̄ ſic. Tum quia apoſtolus dicit. Omne quod non ex fide eſt: peccatum eſt. Tum quia actus infidelium ad finem que eſt charitas dei ⁊ pximi non refert̃. In oppoſitū v̄o arguit autoritate. b. Augu. dicētis. Infideles mlta bōa opa opari. Quā viā mgr̃ ſequēs dicit infideles mlta bona opa opari. ſ. bona de ſuo ge-

nere. licet p talia non poſſunt mereri. Addēs bonū dici multipliciter. Nam aliqñ bonū dicit illud qđ eſt licitū. ⁊ aliqñ illud qđ eſt vtile. Aliqñ dicit illud ē ſignum boni. vel qđ habet ſpeciem boni. Aliqñ dicit illud quod eſt remunerabile. vel illud quod ē remuneratione dignum. Primis tribus modis pñt infideles bonum opari. ſed quarto mō non. eo ꝙ carent fide. Secunda ꝓpoſitiō eſt hec. Nullum peccatum eſt demeritorium quod non ſit quodāmodo volūtarium. Hanc magiſter ponens querit. Utrum omne peccatum ſit voluntariū? Et dicit ꝙ ſic. Nam in peccato originali ⁊ in peccatis ex ignorantia factis ⁊ in omni peccato actuali ſeu veniali ſeu mortali aliquo mō voluntas concurrit. quod confirmat autoritate beati Auguſtini. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Intantum libere ⁊ voluntarie quis opatur ꝙ etiā ipa mala voluntas qua peccat: peccatum nominat. Hanc mgr ponens dicit pctm̄ adeo eſſe voluntariū: ꝙ non ſolū actus peccati pctm̄ dicit. ſed ipa voluntas etiaʒ q̄ actualiter peccat peccatū appellat. qđ ꝓbat p b. Auguſtinū. Et tm̄ in ſpēali.

## An volūtas et actio mala in eodē hoīe et circa candem rem ſint vnū peccatū an plura. a

DI. XLII. OMnium autē voluntas mala ⁊ opatio ſint peccatum. queri ſolet vtrū in eodē homine ⁊ circa eandem rem hec duo vnū ſint peccatū vel diuerſa. vt ſi quis volūtate furatur: voluntatem habuit malā: q̄ peccatū eſt. ⁊ actum malum q̄ item peccatū eſt. hec autē duo diuerſa ſunt. ſ. volūtas ⁊ actio.

Opinio ꝯtra illos q̄ dicunt vnū ēē pctm̄. Sed nūquid diuerſa ſunt peccata an vnū? Quidam dicunt vnū eſſe peccatuʒ. alij vo dicunt diuerſa eſſe peccata. Quia cum cōſtet hec duo eſſe diuerſa. aut diūſa duo peccata dicunt. aut duo diuerſa non peccata?

Reſpōſio. Quibus alij reſpondēt. h duo diuerſa eſſe peccata non pl'a: Nō eñ pl'a peccata ſunt: ſ pctm̄ vnū: qz vna p̄uaricatio vl' inobedientia in vtroq3 admittit. ſiue qñ vult: ſiue qñ agit. ⁊ vnus eſt ibi ꝯtempt9: ſ mio: cuʒ in volūtate ſolū pctm̄ ꝯtinet. Maio: vo cū volūtati etiā opatio addit. ⁊ iđo maius fit peccatū: ſed non pl'a. cum volūtas operi mancipat.

## Alia contra eoſdem oppoſitio. b

SEd adhuc eiſdeʒ obijcit. Si vnū tm̄ illa duo pctā ſunt. cum quis voluntate mala p̄us concepta deinde opus patrauerit. nō ꝓ aliq̄ reus eſt: niſi ꝓ quo añ opus reus erat. cum adhuc in ſola volūtate pctm̄ ꝯſiſtebat. Nullus eñ reus eſt eťne mortis: niſi ꝓ pctō, ſ peccatū aliđ nō eſt admiſſum actōe q̄3 p̄us admiſſū erat voluntate. Non g̃ ꝓ aliquo alio iſte fit dānabilis actu peccando q̄3 añ fuerat cum ſola voluntate delinquebat. Ad hoc etiam ⁊ illi reſpondent dicentes. ꝓpter peccatuʒ q̄dem tantū illum furem reū cōſtitui: q̄3uis eius voluntas ⁊ actio vnum ſint peccatū. ꝓ alio tamen reus factus eſt actu peccādo q̄3 p̄us erat ſola volūtate delinquēdo. qz ꝓ actu q̄ eſt aliud q̄3 voluntas: licet nō aliud peccatū. Reſpōſio.

## Alia aduerſus eoſdē obiectio. c

ITem ⁊ adhuc queſtioni inſtant dicentes hec duo iđ diūſa ēē peccata. qz diuerſorū legis mandatoruʒ p̄uaricationes ſunt. Alio eñ mādato legiſ ꝓhibet actio furti. ſ. non furaberis. alio furādi voluntas. ſ. Nō concupiſces rem proximi tui. Cum aūt hec duo diuerſa mandata ſunt q̄bus illa duo ꝓhibent. pat3 illa duo diuerſas eſſe p̄uaricatiōes. diūſa eſſe pctā. Ad qđ etiam illi dicunt diuerſa q̄dem eſſe mandata. q̄bus illa duo diſtinctim ꝓhibētur. vt Aug9. docet ſup Exođ. Uerūtamē in illis non obſuatis vna tm̄ p̄uaricatio icurrit: vnumq3 contrahit peccatum. licet duo diuerſa illis ꝓhibeant. Sicut econuerſo duo ſunt mandata charitatis: quib9 duo p̄cipiunt diligi. vnum tñ in eis: nobis cōmendat charitas. Reſponſio.

## Si peccatū ab aliquo admiſſuʒ in eo ſit quouſq3 peniteat. d

PReterea ſolet queri. cum ab aliquo ꝑpetrato volūtate pecca to voluntas id agendi ⁊ actio trāſierit. nōdum tamen vera habita penitētia. vtrū illud peccatū vſq3quo peniteat ſit in eo? Ađ non eſſe videt. qz voluntas illa que p̄ns fuit non eſt neq3 actio. quia neq3 vult illđ vel agit quod ante voluit ⁊ egit. Sed non eſt ignorandū peccatū duobus modis dici ēē in aliquo ⁊ tranſire. ſ. actu ⁊ reatu. Actu ē in aliquo dum ipm peccatū eſt. vt actio vl' voluntas in peccante eſt. Reatu vo cuʒ ꝑ eo ſiue tranſierit ſiue aſſit mens hoīs polluta eſt ⁊ corrupta. totuſq3 hō ſupplicijs obligatus ꝑpetuis. nec vnq̄3 eſt in aliquo peccatū actu p̄ter originale q̄n ſit etiā reatu: ſ eſt reatu interdū poſt q̄3 tranſit actu. Rñſio queſtionis determinatiua

Quibus modis dicit̃ in ſcriptura reatus. e

Reatus in ſcriptura multipliciter accipit̃.ſ.ꝓ culpa.ꝓ pena ꝓ obligatione pene tempalis vel et̃ne. Si eñ mortale eſt:obligat nos pene eterne. ſi veniale obligat nos pene tpali. Duo enim ſunt genera peccatorũ. mortaliũ.ſ.⁊ venialium. *Quid ſit mortale peccatũ.* Mortale eſt ꝑ qđ hõ mortẽ eternam meret̃. Crimen eñ (vt ait Aug⁹.(eſt qđ ẽ dignum accuſatõe ⁊ damnatõe. *Quid ſit veniale* Veniale ẽ quod hominẽ vſqꝫ in reatũ ꝑpetue mortis non grauat. verũtamen penã meret̃:ſed facile indulget̃.

De modis peccatorũ qui m̃ltipliciter aſſignant̃. f

Modi autẽ peccatorum varias in ſcriptura hñt diſtinctões in qua dicit̃ peccatum duob⁹ modis committi.ſ.cupiditate ⁊ timore. vt Auguſtin⁹ tradit ſup illum locuꝫ pſal. Incenſa igni et ſuffoſſa. *Prima diſtinctio* His eñ duobus modis dicit omnia pctã mortalia includi. Et incẽſa ea dic̃ que ex cupiditate male incedente oriuntur Suffoſſa ṽo que ex timore male humiliante ꝓueniunt. qđ eſt qñ quis cupit nõ cupienda vel timet non timenda. *Scđa diſtinctio.* Alibi ṽo dicitur peccatũ fieri tribus modis.ſ. cogitatu. *Hiero.* ṽbo ⁊ ope. Unde Hiero.ſup Ezech. Tria generalia delicta ſunt quibus humanũ ſbiacet genus. Aut eñ cogitatõe.aut ſmone aut opẽ peccamus. *Tertia diſtinctio* His aliqñ etiaꝫ addit̃ quartus modus.ſ.conſuetudinis.quod in q̃driduano Lazaro ſignificatuꝫ eſt. Dicit̃ ꝙ homo peccare in deum.in ſe ⁊ i ꝓximũ. In deũ cum de deo male ſentit. vt heretic⁹ vel q̃ dei ſunt vſurpare p̃ſumit. indigne ꝑticipando ſacramentis. vel qñ nomẽ dei peierando contemptibile facit. In ꝓximuꝫ peccat:cum ꝓximũ iniuſte ledit. In ſe ṽo cũ ſibi ⁊ non aliĳ nocet.

Quõ differãt delictũ et peccatuꝫ g

Variaꝫ quoqꝫ appellationem hꝫ. Dr̃ eñ pctm̃ etiã delictum Et delictũ fortaſſe eſt(vt ait Aug⁹. in queſtionib⁹ leuitici)declinare a bono.peccatũ eſt facere malũ. Aliud eſt eñ decliare a bono.aliud eſt facere malũ. Peccatũ g̃ eſt ꝑpetratio mali,delictũ derẽtio boni. quod et ipm̃ oſtendit nomen. Quid eñ aliud ſonat delictũ niſi derelictũ. ⁊ q̃ delinq̃t. q̃d derelinq̃t niſi bonum. Uel delictũ eſt qđ ignoranter fit.peccatũ quod ſcienter committitur. Indifferenter tñ ⁊ peccatũ noĩe delicti ⁊ delictũ nomĩe peccati appellat̃.

De ſeptem principalib⁹ vitĳs. h

Propterea ſciẽdũ eſt ſeptem eſſe vitia capitalia vl̃ p̃ncipalia. vt Greg⁹.ſup Exod.ait.ſ. inanem gloriã. iram.inuidiã.accidiã vel triſticiam.auariciam.caſtrimargiã.luxuriam. Que vt ait Johan.Chryſ.ſignificata ſunt in ſeptẽ populis q̃ terram ꝓmiſſionis iſraeli ꝓmiſſam tenebant. De his quaſi ſeptem fontib⁹ cuncte animarũ mortifere corruptele emanant Et dicunt̃ h̃ capitalia:q꞉ ex eis oriunt̃ oĩa mala. Nullum eñ malum eſt,qđ etiaꝫ non ab aliquo horũ originẽ trahat.

De ſupbia que eſt radix omĩs mali. i

Ex ſuperbia tamẽ oĩa mala oriunt̃ ⁊ hec ⁊ alia.q꞉vt ait Grego. Radix cuncti mali eſt ſupbia. De qua dr̃. Initiũ omnis peccati eſt ſupbia. que ẽ amor ꝓprie excellentie. Cuius quatuor ſũt *De q̃tuor ſpeciebus ſuperbie* ſpẽs. vt Greg⁹.ait. Prima eſt cũ bonũ qđ habꝫ quis ſibi attribuit. Scđa cũ credit a deo eſſe datũ.ſed tñ ꝓ ſuis meritis. Tertia cũ ſe iactat habere qđ non habet. Quarta cũ ceteris deſpectis ſingularit̃ vult videri Merito g̃ radix omnis mali dicit̃ ſupbia Huic aũt videt̃ obuiare qđ apl̃us ait. Radix oĩm malorũ ẽ cupiditas.q꞉ ſi radix omniũ maloꝝ eſt cupiditas.g̃ ſupbie. Quõ g̃ ſupbia radix eſt ⁊ initiũ omnis peccati? *Q' cupiditas eſt radix oĩm malorũ.*

Quo ſenſu vtrũqꝫ radix dicatur oĩm malorũ.ſ.et ſupbia et cupiditas. k

Sed vtrũqꝫ recte dictum eſſe intelligit̃.ſi genera peccatoruꝫ ſingulorũ.nõ ſingula geneꝝ vtraqꝫ locutione includi intelligant̃. Nullũ quippe gen⁹ peccati eſt qđ interdũ ex ſupbia nõ ꝓueĩat Nullũ etiã qđ ex cupiditate aliqñ non deſcendat. Sunt enim nõnulli hoĩm q̃ ex cupiditate fiunt ſupbi. ⁊ aliqui ex ſupbia ſint cupidi. Eſt eñ (vt ait Auguſtin⁹) hõ qui *Auguſti.*

nõ eſſet amatoꝛ pecunie. niſi ꝑ hoc putaret ſe excellentioꝛẽ eſſe. Ideoq; vt excellat: diuitias cupit. Tali homi ex ſupbia oboꝛit cupiditas. ⁊ eſt aliqs qui nõ amaret excellere: niſi putaret ꝑ h̄ diuitias maioꝛes hr̄e. Ideo ḡ excellere laboꝛat. qꝛ diuitias habere amat. Huic innaſcit ſupbia .i. amoꝛ excellentie ex cupiditate. Patet ḡ ꝙ ex ſuperbia aliqñ cupiditas. ⁊ ex cupiditate aliqñ ſupbia oꝛit. ⁊ ideo de vtraq; recte dicit ꝙ ſit radix omnis mali.

Iſta eſt diſtinctio. xlij. huiꝰ ſecundi libꝛi. In qua quidem diſtinctione magiſter oſtenſo qualiter ex ſimplici intentione vel voluntate actꝰ exterioꝛ habet maliciã vel bonitatẽ. Determĩat queſtiones quaſdam circa predicta. Et tria circa hoc facit. Pꝛimo enĩ inueſtigat actus exterioꝛis cum peccato conuenientiam. Secundo oſtendit qualiter actus peccati tranſiens relinqt poſt ſe quandam reatꝰ obligationem. Tertio aſſignat variorũ peccatorũ diſtinctionem. Pꝛimum facit a ꝓncipio diſtinctõis vſq; ibi Pꝛeterea queri ſolet. Secundũ vſq; ibi. Modi aũt peccatoꝛum. Tertium vſq; ad finem diſtinctionis. In ſpeciali xͦo ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus. quarum pꝛima eſt hec. Quãuis voluntas ⁊ actus exterioꝛ ſunt duo actus diſtĩcti realiter. vno tamen numero confoꝛmitate vel diſcõfoꝛmitate boni vel mali dicunt moꝛaliter. Hanc enim ꝓpoſitionem magiſter ponens querit. Utrũ volũtas mala interioꝛ ⁊ opatio mala exterioꝛ ſint duo peccata vł vnum? Et rñdens dicit ꝙ quidam dixerũt ꝙ ſint niſi vnum peccatũ. Alij dicunt ꝙ ſint diuerſa peccata. qui ſuam opinionem contra pꝛimam tribus rationibus pꝛobant. Pꝛio ſic. Uolũtas interioꝛ ⁊ actus exterioꝛ ſunt diuerſa. aut ergo ſũt diuerſa pctã. aut diuerſa non peccata. ſed non ſunt non peccata. qꝛ vtrũq; eſt peccatum. ergo diuerſa ſunt peccata. Et reſpõdet magiſter ꝑmam opinionem ſoluens dicens. ꝙ licet ſint duo actus. ſunt tamen vnum peccatum. quia ambo vnum contemptum faciũt. Secundo ſic. Si illi duo actus ſint tm̃ vnum peccatum ⁊ nõ diuerſa. igitur nõ magis debent puniri q̃ peccant actu exterioꝛi ⁊ interioꝛi ſimul. ꝙ̃ q̃ peccant interioꝛi tm̃. qđ eſt incõueniẽs. Ubi mgr̄ reſpondens dicit ꝙ q̃ peccat ambobus actibus ſimul plus punit ꝙ̃ q̃ peccat interioꝛi tm̃. non ideo ꝙ illi duo actus ſint peccata diuerſa ſed ideo quia ex pluribus factum eſt peccatum. Tertio ſic diuerſis mandatis ꝓhibet actus ⁊ volũtas interioꝛ ⁊ actꝰ exťioꝛ ergo ſunt diuerſa pctã Et rñdẽs mgr̄ dicit ex diuerſitate mandatoꝛũ quibus illi duo actus ꝓhibent non poſſe argui ꝙ ſint diuerſa peccata. quia ſicut vna charitas dei ⁊ ꝓximi diuerſis mãdatis ꝓcipitur. ſic etiam diuerſi actus vnum peccatum facientes diuerſis mandatis pꝛohiberi poſſunt abſq; hoc ꝙ ſint diuerſa peccata. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Anima ꝑ peccatum ſua pulchꝛitudĩe deſtituta poſt tranſitum interioꝛum ⁊ exterioꝛũ actuum manet coꝛrupta ⁊ polluta. Hanc enim ꝓpoſitionem magiſter pꝛobans querit. Utrum expleto ⁊ tranſeunte actu tam interioꝛi ꝙ̃ exterioꝛi remaneat peccatum. id eſt reatus culpe in homine. Et arguit ꝙ nõ. quia voluntas illa mala peracto actu vitioſo non eſt. neq; actus exterioꝛ eſt. neq; homo vult poſtea quod ante volebat. neq; agit quod antea egit. Et reſpõdet magiſter ꝙ non ſit dubitandum quin peccatum trãſeat actu. licet tamen maneat reatus. id eſt obliget homi

nem ad penam. ſiue eternam. ſiue tempoꝛalẽ. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Peccatum ſm̄ quod ꝑ compationem ad diuerſa varie accipit diuerſimode diſtinguitur. Hanc ꝓpoſitionem magiſter ponens dicit. ꝙ peccatum diuiditur ꝙ̃tum ad eius radicem ĩ duo. quod ꝓbat ꝑ beatũ Auguſtinũ dicentem ſuper illud pſal. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa ⁊c̃. qđ ex duobus peccatur. ſ. ex cupiditate male incendente. ⁊ ex timoꝛe male humiliante. ad que duo omĩa peccata moꝛtalia reducunt. Nam omnis peccans. aut appetit non appetenda. aut timet non timẽda. Alio mõ diuidit peccatum ꝙ̃tum ad eius actum ſup̄ btm̄ Hiero. ſuper Ezechielem dicentẽ. ꝙ tripliciter peccat. aut cogitatiõe aut locutiõe aut ope. Et tribus his modis addit. b. Hiero. quartum. ſ. aut conſuetudine. Tertio diuiditur peccatum quo ad eius obiecta. Sm̄ quod dici cõſueuit ꝙ peccatur qñq; in deum. vt cum aliquis male ſentit de deo ꝑ hereſim. vel in alijs q̃ dei ſunt. qñq; in ꝓximũ. vt cũ eum in ſe vel in ſuis iniuſte ledit. Qñq; tñ in ſemetipm. vt cum ſibi ⁊ nõ alteri nocet. Quarto diuidit peccatũ quo ad nomen quo nomĩatur. quia dicitur peccatum ſm̄ beatũ Augu. ratione male actionis. vel quia ſcienter cõmittitur. Delictum xͦo dicitur ratione ſignificatõnis boni. quia in quolibet peccato bonum deſerit. ⁊ malum opat. vel etiam quia ignoꝛanter cõmittitur. Iſtis enĩ ꝑmiſſis magiſter enumerat ſeptem peccata moꝛtalia capitalia ideo ſic dicta. qꝛ oĩa alia cetera peccata ex iſtis ſeptem peccatis moꝛtalibꝰ oꝛiunt. que ſignificant ꝑ ſeptem gentes q̃s dñs expulit ꝑ filios iſrł de terra ꝓmiſſionis. Et tm̃ in ſpẽali.

eſt catholica fides Licet ergo ſolus filiꝰ car
nē aſſumpſerit. ipam tamē incarnationē cũ
patre et ſpũſancto operatus eſt.

## Hic incipit tertiꝰ liber ſentẽtiarū

In quo magiſter poſtq̃ egit de deo ſm ſe ſeu ſm rõ-
nē ſue naturalis ꝑfectionis. ſ. in primo. et ſm ꝙ eius
potentia relucet in effectu mundane creationis. puta
in ſecundo libro. Agit conſequenter de eo inquan-
tum eius ſapientia reſplendet ineffectu mundane re-
ſtaurationis. Et diuidit iſte tertius liber in tres tra-
ctatus principales. In primo agit de verbi eterni in
carnatione. et ille extenditur a principio libri vſqꝫ ad
decimamquintã diſtinctionē. In ſecundo tractat de
eiuſdem verbi incarnati paſſione. et ꝓtēditur a de
cima quinta diſtinctione vſqꝫ ad viceſimãtertiam di-
ſtinctionem. In tertio determinat de donorũ et vir-
tutum perfectione. et hoc a viceſimatertia diſtinctio-
ne vſqꝫ ad finem libri. In prima inquã diſtinctione ꝑ
mi tractatus tria facit. Primo enim oſtendit quid ſit
incarnatio Secundo qualiter ſpecialiter filium incar
nari decuit: deducit. Tertio an pater et ſpirituſſan-
ctus incarnari potuerunt: inquirit. Primum facit a
principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Diligenter vero. Se-
cundum vero ſubiungit ab inde vſqꝫ ibi. Si vero q̃-
ritur. Tertium autem ſubiungit vſqꝫ ad finem diſtin
ctionis In ſpeciali enim magiſtri ſententia ſtat in tri 1ª
bus propoſitionibus. quarum prima eſt hec. Viſi-
bilis dei filij miſſio eſt ipſa verbi incarnatio. Hanc et
ꝓpoſitionem magiſter probat autoritate apoſtoli di-
centis. ꝙ in tempore plenitudinis. ſcilicet in tempore
gratie quod initium habuit ab aduētu ſaluatoris no
ſtri. pater miſit filium ſuum antiquis patribus pro-
miſſum in lege. cuius quidem filij viſibilis in carnem 2ª
miſſio dicitur eſſe ipſa incarnatio. Secunda propo-
ſitio eſt hec. Licet etiam a qualibet perſona diuina
potuit humana natura aſſumi. nulla tamen perſona-
rum ita congrue humanari potuit ſicut perſona ver-
bi. id eſt filij. Hanc quidem propoſitionem magiſter
probat triplici ratione. Quarum quidem rationum
prima ſumitur ex appropriato filij ſcilicet ſapientia.
Nam conſonum fuit. vt deus qui in ſapientia om-

No[ta] proceſſu[m] libri

Postquam egit mag[iste]r de deo s[ecundu]m se seu s[ecundu]m r[ati]o[n]e[m] n[atura]l[is] p[er]f[ecti]o[n]is s[cilicet] in primo. Et s[ecundu]m q[uod] ei[us] potentia r[e]lucet in effectu mundane creationis puta in 2o libro Agit consequenter in hoc t[erti]o libro de eo in q[uan]tu[m] eius sapientia resplendet in effectu mundane restaurationis Et dividit iste 3us lib[er] in tres tractatus principales / p[rim]o agit de v[er]bi et[er]ni incarnatione a p[ri]n[cipi]o usque ad xv distinctionem In secundo de eiusdem verbi incarnati passione usque ad xxiij distinctionem In 3o de donorum et virtutum perfectione usque ad finem libri

nia condidit. per ſapientiaʒ etiam omnia reſtauraret et hoc confirmat parabola euāgelica de muliere querente et inueniente tragmam perditaʒ Luce. xv. Secunda ratio ſumitur ab origine ipſius filij. Nam origo filij eſt eſſe ab alio. congruum igitur fuit vt primo mitteretur ille q̄ eſt a ſolo patre. et deinde ſpiritusſanctus qui eſt a patre et filio. Et hanc rationem confirmat autoritate beati Auguſti. iiij. libro de ciuita. ca. j. Tertia ratio ad idem colligitur ex proprio filij. Nā proprium filij eſt eſſe filium. cum ergo congruum fuit vt qui in deitate erat dei filius. in humanitate fieret hominis filius. ne duos filios eſtimaremus decuit ꝑſonam filij precipue incarnari. Hanc rationeʒ confirmat autoritate Auguſtini ī eccleſiaſticis dogmatibꝰ ca. ij. Tertia propoſitio eſt hec. Quāuis pater ⁊ ſpiritusſanctus incarnari poſſent ſi vellēt aut voluiſſent ad ſolum tamen filium carnis aſſumptio terminata ē Hanc probat per hoc ꝙ vna et eadem diuinarum ꝑſonarum potentia. ſi igitur ex illa potentia vna potuit incarnari. et omnes potuerunt incarnari. Poſtea magiſter obijcit contra ſuperius dicta ſcʒ ꝙ ſolus filius ſit incarnatus. Et arguit ſic. Opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. ſi igitur filius aſſumpſit naturaʒ humanam. et pater et ſpiritusſanctus aſſumpſerunt. Alioquin aliquid faceret vna perſona quod non faceret alia. et ſic opera trinitatis ad extra eſſent diuiſa. Ad quam obiectionem magiſter dicit. ꝙ q̄uis tota trinitas incarnationem chriſti ſit operata. eo ꝙ opera trinitatis ad extra ſint indiuiſa. ſola tamē perſona filij eſt incarnata. eo ꝙ aſſumptio nature humane ad ipſum terminatur. quod exemplificat de tribꝰ puellis vni de ipſis tunicam induentibus. que oēs operanᷓ ad induitionem. ⁊ tamen vna ſola eſt induta Et tm̄ in ſpeciali.

## Quare totam humanam naturaʒ accepit. et quid nomine humanitatis vel humane nature intelligendum ſit. a

DI. II Et quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat. totā aſſumpſit. id eſt animā et carneʒ. vt totam curaret et ſanctificaret. Q autem humane nature ſiue humanitatis vocabulo: anima et caro intelligi debeant. aperte docet Hieronymus in expoſitione catholice fidei dicens. Sic confitemur in chriſto vnā filij eſſe perſonam. vt dicamus duas perfectas et integras eſſe ſubſtantias. id eſt deitatis et humanitatis que ex anima continetur et corpore. Ecce aperte oſtendit humanitatis nomine animaʒ et corpus intelligi. que duo aſſumpſiſſe dei filius intelligitur vbi hominē ſiue humanitatē vel humanaʒ naturā accepiſſe legiᷓ. Errant ergo qui nomine humanitatis non ſubſtantiam ſed ꝓprietatem quandam a qua homo nominaᷓ ſignificari contendunt vbicunqꝫ humanitas chriſti memoratur. Ait enī Johannes damaſcenus. Sciendum quidem eſt ꝙ deitatis et humanitatis nomen ſubſtantiaruʒ ſcilicet naturarum eſt repreſentantiuʒ. Natura enī non ſic accipitur in chriſto. vt cum dicitur vna natura eſſe omnium hominum. quod euidenter idem Johannes oſtendit differentem rationeʒ dicti aſſignans. cū natura humana in chriſto nominaᷓ. et cū vna dicitur natura omniū hominum. Ait enim Cum vnam hominū naturam dicimus ſciendum eſt ꝙ non conſiderantes ad anime et corporis rationeʒ hoc dicimus. Impoſſibile enī eſt vniꝰ nature dicere domini corpus et animam ad inuicem compata. Sed qꝛ plurime perſone hominum ſunt. omnes auteʒ eandem ſuſcipiunt rationem nature omnes enī ex anima et corpore cōpoſiti ſūt et omnes naturas anime participāt. et ſubſtantiam corporis poſſident. cōmuneʒ ſpeciem plurimarū et differentium ꝑſonarum vnam naturam dicimus vniuſcuiuſqꝫ ſcʒ perſone duas naturas habentis. et in duabus perfecte naturis anime ſcʒ et corporis exiſtētis. In domino autem ieſu chriſto nō eſt cōmunem ſpecieʒ accipere. neqꝫ enim factus eſt nec eſt. nec aliquādo fiet alius. Sʒ chriſtus ex deitate et humanitate eſt. in deitateqꝫ et humanitate deus factus eſt idem et homo perfectus. Totam ergo hominis naturam. id eſt animam et carnem et horū ꝓprietates ſiue accidentia aſſumpſit deus non carnē ſine anima nec animaʒ ſine ratione: vt heretici voluerunt: ſed et carnē et animā cum ſenſibus ſuis. Unde Johannes damaſcenus ait. Omnia que in natura noſtra plantauit deus. verbum aſſumpſit ſcʒ corpus ⁊ animam intellectualem et horum idiomata. Totus enī totum aſſumpſit me. vt toti mihi ſalutem gratificet. Quod enī inaſſumptibile eſt: incurabile eſt. Jo. dam̄.

Hierony.

Errorē quorundam tangit qui hūanitateʒ male accipiunt.

## De vnione verbi et carnis mediāte anima. b

Aſſūpſit ergo dei filius carnem et animam. ſed carneʒ mediante anima. vnitum eſt carni per medium intellectum verbum dei. Tante enim ſubtilitatis atqꝫ ſimplicitatis eſt diuina eſſentia. vt corpori de limo terre formato vniri non congruerit. niſi mediante rationali eſſentia Illa autem vnio inexplicabilis eſt adeo vt etiam Johannes ab vtero ſanctificatus: ſe non eſſe dignum fateatur ſoluere corrigiam calciamenti Jeſu. quia illius vnionis modum inueſtigare: alijſqꝫ explicare

non erat ſufficiens. Non ſunt ergo audien
di. qui non verum hominē filium dei ſuſce
piſſe dicunt. neqꝫ natum de femina. ſed fal-
ſam carnem et imaginem corporis ſimula-
tam oſtendiſſe videntibus. In quem erro-
rem ꝓrumpunt. qꝛ timent qđ fieri non poſ-
ſit ſcilicet ne humana carne veritas et ſub-
ſtantia dei inquinetur. et tamen predicant
iſtum viſibilem ſolem radios ſuos per om-
nes feces ſpargere. et eos mundos et ſince-
ros ſeruare. Sic ergo viſibilia munda viſi
bilibus imundis ꝯtingi pñt et nō coinqna
ri quātomagis incōmutabilis ⁊ inuiſibilis
veritas ꝑ ſpūm aīam. et ꝑ aīam corpus ſu-
ſcipiens: totum hominē ſine ſui cōmutati-
one aſſumpſit. et ab omnibus infirmitatib⁹
liberauit. Ecce hic dicit dei ſapientiaꝫ per
ſpiritum aſſumpſiſſe animā. et ꝑ animā cor
pus. Spiritus eñ ſanctus pars anime ſu-
perior. et maiori ſimilitudine dō ꝓpinquat
ꝙ̄ anima. ſcꝫ ipſa eadem ſm̄ inferiorē par-
tem. et anima magis ꝙ̄ corpus. et ideo non
incongrue anima dr̄ aſſumpta per ſpiritum
et corpus per animā.

Q͛ verbum ſimul aſſumpſit carnē
et animam. neqꝫ caro pri⁹ eſt cōce
pta ꝙ̄ aſſumpta. c

# Si autez queritur

vtrū verbum carnē ſimul et animā aſſump
ſerit. an prius animā ꝙ̄ carnem. vel carneꝫ
ꝙ̄ animam. et vtrum caro illa prius fuerit
in vtero virginis cōcepta. et poſtea aſſum-
pta. Veriſſime ⁊ abſqꝫ vlla ambiguitate di
citur quia exquo deus hominē aſſumpſit:
totum aſſumpſit. ſimulqꝫ ſibi vniuit ani-
mam et carnem. nec caro prius fuit concep
ta ⁊ poſtmodum aſſumpta. ſed iu concepti
one aſſumpta. et in aſſumptinoe concepta.
Auguſti. Unde Auguſtinus in libro de fide ad Pe-
trum. Firmiſſime tene. et nullatenus dubi
tes non carnem chriſti ſine diuinitate con-
ceptam in vtero virginis priuſquam ſuſci-
peret a verbo. ſed ipſum verbum deū ſue
carnis acceptione conceptum. ipſamqꝫ car
nem verbi icarnatione conceptam. Idem
in libro de trinitate. Noneſſet dei hominū
qꝫ mediator. niſi eſſet idem deus idem ho/
mo in vtroqꝫ vnus et verus. quam ſerui-
lem formam a ſolo filio ſuſceptam. tota tri-
nitas cuius vna eſt voluntas et operatio
fecit. Non autem in vtero virginis prius
caro ſuſcepta eſt. et poſtmodum diuinitas
venit in carnem. ſed mox vt verbum venit
in vterum. ſeruata veritate proprie naturē
factum eſt caro et perfectus homo. et in ve
ritate carnis ⁊ anime nat⁹ eſt. De hoc etiaꝫ
Gregorius in moralibus ait. Angelo nūci-
ante ⁊ ſpiritu adueniente. mox verbum in/ Grego.
vtero. mox intra vterum verbum caro.

Iſta eſt diſtictio ſecunda hui⁹ ter
tij libri. In qua magiſter poſtꝙ̄ egit de perſona car-
nem aſſumente. tractat de modo aſſumendi. Et tria
facit. Primo eñ oſtendit ꝙ verbum totam naturam
humanam aſſumpſit integre. Secundo ꝙ ordinate
aſſumpſit carnē ſcilicet mediante anima. Tertio ꝙ a
nimam et carnem ſimul aſſumpſit tempore. Primum
facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Aſſumpſit dei
fili⁹. Scđm vſqꝫ ibi. Si autem queritur. Tertium vſ
qꝫ ad finē diſtinctionis In ſpeciali ſententia magiſtri
ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec
Filius dei cum ſibi humanam naturam vniuit: totam
naturam ſcilicet corporis et anime ſimul aſſumpſit.
Hanc magiſter probans dicit ſententialiter. ꝙ quia
per peccatum primorum parentum tota natura hu-
mana corrupta fuit. ideo dei filius totam naturaꝫ aſ-
ſumpſit que conſtat ex corpore et anima. vt totam na
turam curaret et ſanctificaret. In chriſto enim vna ꝑ
ſona fuit et due ſubſtantie ſeu nature. ſcilicet diuina
et humana. Si igitur habuit et aſſumpſit humanam
ſubſtantiam: aſſumpſit tam corpus ꝙ̄ animam et per
conſequens naturam totam et integram. cum nomi-
ne humanitatis corpus et anima ſimul intelligantur
Poſteo excludit errorem quorundam dicentium. ꝙ
filius dei carnem humanam vel humanitateꝫ non aſ
ſumpſit ſm̄ ſubſtantiam ipſius nature. ſed ſolum ſm̄
quandam proprietatem. a qua proprietate hominis
denominationem accepit. et fuerunt iſti forte de opi-
nione illorum hereticorum qui chriſtum ſm̄ ꝙ homo
dicebant non eſſe quid ſed aliqualiter ſe habens. po
nentes humanitatem eſſe in chriſto vt habitum. Uel
de opinione. Platonis ponentis formas vel res in a
ctu extra animam vt ſic proprietate participata chri
ſtus homo diceretur. Sed hunc erroreꝫ magiſter ex
cludens dicit filium dei aſſumpſiſſe carnem et animā
et omnes ꝓprietates ipſas ſequentes. Et hoc confir
mat auctoritate Johannis damaſceni. Secunda pro
poſitio eſt hec. Quāuis vtranqꝫ ſcilicet carnem ⁊ ani
mam aſſumpſerit dei filius. tamen carnem aſſumpſit
mediante anima. Hanc magiſter pones rationem hu
ius addit dicens. ꝙ decebat ſimpliciſſimam diuinita-
tis eſſentiā corpori terreno nō vniri niſi mediante ra
tionali eſſentia. que quidam vnio ab humano intel-
lectu inueſtigari non poteſt. in qua vnione non corp⁹
fantaſticum. ſed verum corpus natum de muliere cri
ſtus aſſumpſit. quod tamen quidam hereticorum ne
gabant. eſtimantes verbum dei veram carnem non
poſſe aſſumere ſine ſui iniquinatione quorum erroris
veſaniam dicit elidi ꝑ radios ſolares: quos ſuper im
munda et feda diffundi videmus et tamen non inqui
nari. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. In aſſumptione per-
fecte humanitatis inter conceptionem ⁊ animationē
et vnionem non fuit ordo temporalis poſterioritatis
vel prioritatis. Hanc magiſter inſinuās querit. Utrū
verbum ſimul aſſumpſerit carnem et animaꝫ. vel pri-
us carnem ꝙ̄ animam aut econtra. Et reſpondendo
dicit ꝙ ſimul et ſemel carnem et animā aſſumpſit me
diante ſpiritusſancti operatione. nec vnum prius aſ-
ſumpſit alio. Et ꝓbat hoc autoritatibus beatorum
ſcꝫ Aug⁹. et Grego. Et tm̄ in ſpeciali.

De carne quam verbuȝ aſſumpſit qualis ante fuerit. et qualis aſſumpta ſit. a

DI. III

**Q**Ueritur etiā de carne verbi. an priuſqȝ cō ciperetur obligata fuerit pec/ cato. an et talis aſſumpta fue- rit a verbo? Sane dici poteſt et credi opor- tet. iuxta ſanctorum atteſtationis conueni- entiam: ipſam prius peccato fuiſſe obnoxi- am ſicut reliqua virginis caro. ſed ſpiritus- ſancti operatione ita mundatam: vt ab om mni peccati contagine immunis vniretur verbo. Pena tantum nō neceſſitate. ſed vo luntate aſſumentis remanente. Mariam quoqȝ totam ſpirituſſanctus in eam preue- niens a peccato prorſus purgauit. ⁊ a fomi te peccati etiam liberauit. vel fomitem ip- ſum penitus euacuando: vt quibuſdā pla- cet: vl'ſic debilitādo. et extenuādo. vt ei poſt modum peccandi occaſio nullatenus exti- terit. Potentiaȝ quoqȝ generandi abſqȝ vi ri ſemine virgini preparauit. Ita enī ver- ba euangelij docent. vbi angelus virgineȝ alloquens ait. Spirituſſanctus ſuperueni- et in te: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi Et quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. Cui ſacra virgo reſpondit. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſm verbum tuum Quod exponens Johannes ait. Poſt con ſenſum autem ſancte virginis. ſpirituſſan- ctus preuenit in ipſam. ſm verbuȝ domini quod dixit angelus purgans ipſam. et po- tentiam deitatis verbi receptiuam prepa- rans ſimul autem et generatiuam. Et tunc obumbrauit ipſam dei altiſſimi per ſe ſapiē tia et virtus exiſtēs. id eſt filius dei patris homouſios. id eſt conſubſtantialis ſicut di uinum ſemen. Et copulauit ſibijpſi ex ſan- ctiſſimis et puriſſimis ipſius virginis ſan/ guinibus. noſtre antique cōſperſionis car- nem animataȝ anima rationali et intellecti ua. non ſeminans ſed per ſpiritumſanctum creans. quare ſimul caro. ſimul dei caro. ſi- mul caro animata. rationaliqȝ et intellectu ſimul dei verbi caro animata rationali ⁊ in tellectiuo. Ex his perſpicuum fit quod an- te diximus. carnem ſcȝ verbi ſimul concep- tam et aſſumptam. eandemqȝ immo totam virginem ſpiritusancto preueniente ab om ni labe peccati caſtificatā Cui collata eſt po tentia nouo more generādi. vi ſine coitu vi ri. ſine libidine concipientis in vtero virgi- nis celebraretur conceptus dei et hominis Illa enim caro quam deus de virgine ſibi vnire dignatus eſt ſine vitio concepta. ſine peccato nata eſt. hanc tamen carneȝ non ce leſtis. non aere. non alterius cuiuſqȝ putes eſſe nature. ſed eius cuius eſt omnium ho- minum caro.

Q non ſoluȝ illa caro ſed etiaȝ ſacra vir go ab oī pec- cato. a ſpiritu ſācto fuit mū- data.

Jo. dam.

Autoritate firmat extūc fuiſſe vir ginem immunē a peccato. b

**Q**uod auteȝ ſacra virgo extunc ab omni peccato immunis ex titerit: Auguſtinus euidenter oſtendit in li bro de natura et gratia inquiens. Excepta ſancta virgine maria. de qua propter hono rem domini. nullam prorſus cum de pecca- tis agitur haberi volo queſtionem. Inde enim ſcimus qȝ ei plus ſit gratie collatū ad vincendum ex omni parte peccatum qȝ cō- cipere ac parere meruit. quam conſtat nul- lum habuiſſe peccatum. Hac ergo virgine excepta: ſi omnes ſancti et ſancte congrega ri poſſent. et quereretur ab eis an peccatuȝ haberent. quid reſponderetur. niſi qḋ Jo- hannes ait. Si dixerimus quia peccatum nō habemus noſipſos ſeducimus. Illa au- tem virgo ſingulari gratia preuēta eſt atqȝ repleta. vt ipſum haberet vētris ſui fructū quem ex initio habuit vniuerſitas dominū vt illud quod naſcebatur ex propagine pri mi hominis: tantummodo generis. non cri minis originem duceret.

Auguſti.

De puritate marie virg.

Quare non fuit chriſtus decima- tus in abraam ſicut Leui. cum ca- ro quam acceperit in eo fuit pecca to obnoxia. c

**C**um autem illa ca- ro cuius excellētia ſingularis verbis expli cari non valet. anteqȝ eſſet verbo vnita ob noxia fuerit a peccato in maria et in alijs a quibus propagatione traducta eſt. non im merito videri poteſt in Abraam peccato ſb iacuiſſe. cuius vniuerſa caro peccato ſubia cebat. Unde queri ſolet quare leui decima tus dicatur in Abraam et non chriſtus. cū in lumbis abrae vterqȝ fuerit ſm materia- lem rationem quando abraam decimatus eſt. et decimas dedit melchiſedech. Tunc

Qua itelligẽ tia Leui deci matus dicat̃ i abraam.

enim apoſtolus Leui decimatum dicit in abraaz tanq̄ in materiali cauſa. Quia ea decimatione ſicut Abraam minor Melchiſedech oſtenditur: cui perſonaliter decimas ſoluit. ita et leuiticus ordo qui in abraã ſm rationem ſeminalez erat: et ex eo per concupiſcentiam carnis deſcendit. xp̃s autẽ non eſt decimatus. q: licet ibi fuerit ſm carnem non tñ deſcendit ſm legem cõmunez. ſ. per carnis libidinẽ. ſicut etiaz in adam oẽs peccauerunt. ſed non xp̃s. Unde Aug⁹. ſuper Geñ.

Aug⁹. ſup Geñ.

Sicut adam peccante qui in lumbis eius erant peccauerunt. ſic Abraam dante decimas q̃ in lũbis eius erãt decimati ſunt Sed h̃ nõ ſequit̃ in xp̃o: licet in lũbis Ade et abrae fuerit. quia nõ ſm concupiſcentiã carnis inde deſcendit. Cum ĝ leui et xp̃us ſm carnem eſſent in lumbis abrae qñ decimatus eſt. ideo pariter decimati nõ ſunt q: ſm aliquem modum non erat ibi xp̃s quo erat ibi leui. Scd̃m rationẽ quippe illam ſeminalem ibi fuit leui. qua ratione ꝑ concubitũ venturus erat in matrẽ. ſm quã rationem nõ erat ibi chriſti caro q̃uis ſm ipſaz ibi fuerit Marie caro. Ille ergo decimat⁹ eſt in Abraam. qui ſic fuit in lumbis abrae ſicut ille fuit in lumbis patris ſui. id eſt qui ſic eſt natus de patre abraã. ſicut ille de patre ſuo natus eſt ſcʒ per legem carnis et inuincibilem concupiſcentiã.

Scd̃m aliquẽ modũ ibi fuit leui q̃ non criſtus.

## Qua ratõe caro chriſti dicta eſt in ſcriptura nõ fuiſſe peccatrix ſed ſimilis. quo operit̃ quare obligata pctõ non fuit in xp̃o. D

## Quo circa primitiam noſtre maſſe recte aſſumpſiſſe dicit̃ criſtus.

quia nõ carnem peccati ſed ſimilitudinem carnis peccati accepit. Miſit n. deus filiũ ſuum: vt ait ap̃ls: in ſimilitudinem carnis peccati. Aſſumpſit. n. verbũ carnẽ peccati ſimilẽ in pena ⁊ nõ in culpa. ⁊ ideo non peccatricẽ. Cetera vero hoim oĩs caro peccati eſt. Sola illius nõ eſt caro peccati. q: ñ eũ mater concupiſcentia. ſed gratia ↄcepit. habet tñ ſimilitudinẽ carnis peccati ꝑ paſſibilitatẽ et mortalitatem. q: eſuriјt. ſitiјt. ⁊ hmõi. Licet ergo eadem caro ſit que et nr̃a non tamen ita facta eſt in vtero ſicut noſtra Eſt enim ſanctificata in vtero. et nata ſine peccato. et nec ipſe i illa vnq̃ peccauit. In pena ergo ſimilis eſt nr̃e. nõ i qualitate peccati. q: pollutione que ex ↄcupiſcentie motu ↄcepta eſt omnino non habuit. nec ex carnali delectatione nata eſt. Uenit ĝ ad corpus immaculatũ. qd̃ preter libidinis cõcupiſcentiã fuit ↄceptum. nec illud in ſe habuit vitiũ qd̃ in aliјs eſt cauſa peccati. nec i eo peccauit. Ideoq̃ vere dicit̃ verbi caro nõ fuiſſe in xp̃o obligata peccato.

Aug⁹. de verbis apoſtoli.

Hierony.

Tres cauſas ponit.

## Quidaz vident̃ aduerſariј illi ſententie qua dictũ eſt carnẽ xp̃i nõ prius ↄceptã q̃ aſſumptã. E

## Ille autez ſnĩe qua

ſupra diximus carnem ṽbi non ante fuiſſe ↄceptam q̃ aſſumptã: videt̃ obuiare quod Aug⁹. ait ſup Ioh. vbi legitur. Soluite tẽplum hoc ⁊ in trib⁹ diebus excitabo illud. Dixerunt ĝ iudei. xl. ⁊. vј. annis edificatũ eſt hoc templũ. et in tribus diebus excitab illud. Hic inquit numerus ꝑfectioni dominici corporis ↄuenit. quia vt dicunt phiſici tot diebus forma humani corpis perficit̃. Horum occaſione ṽborum quidã dicere ꝓſumpſerunt dominici corpis formã tot diebus ad modum alioꝝ corporuʒ ꝑfectam. et membroꝝ lineamentis diſtinctã. et mox ṽbum dicitur ſibi vniſſe carneʒ et animaʒ. et hoc modo dicũt illum numerum ꝑfectioni dñici corporis ↄuenire. Sed alia ratio illi⁹ dicti extitit ex qua ſana oritur intelligentia verbi. Non. n. ideo illud dixit Auguſ. qui mox vt caro illa opere ſpũſſancti ſanctificata. et a reliqua ſepata fuit ṽbo dei cum anima vniret̃. vt ꝑfectus et verus deus eſſet ꝑfectus ⁊ verus homo Sed quia membrorum illius dominici corpis diſtinctio in ipſo momento ↄceptiõis ⁊ vnionis dei et hominis adeo tenuis erat et parua: vt humano viſui vix poſſet ſubiјci. diebus autẽ q̃s Aug⁹. memorat perfecta eſt ⁊ nobilis facta Incarnatũ eſt ergo verbum: vt ait Iohã. damaſ. et a propria in corporalitate non receſſit. et totum incarnatũ eſt. et totum eſt in circũſcriptum. Minorat̃ corpaliter et contrahitur. ⁊ diuine eſt incircũſcriptum. non coextenſa carne eius cũ incircumſcripta diuinitate. In omnib⁹ igitur qui ſup omnia erat. et in vtero ſancte genitricis exiſtebat. ſed in ipſo actu incarnationis.

Auguſti.

Ioh. damaſ. q̃ão in ṽgine q̃ erat vbiq̃.

## Iſta eſt diſtinctio tertia huius tertiј libri.

In qua quidem diſtinctione poſtq̃ magiſter egit de perſona carnem aſſumente et modo aſſumendi: agit hic conſequenter de qualitate nature aſſum-

pte. Et tria facit. Nam primo inq̃rit qualis fuit chri
ſti caro in agente ꝓximo. ſcilicet virgine beata. Se-
cundo qualis fuit in antiquis patribus: puta an fuit
in Abraam decimata. Tertio qualiter fuit in virgi-
nali vtero formata. Primum vſqꝫ ibi. Cum autem il-
la caro. Secundum vſqꝫ ibi. Illi autem ſententie.
Tertium vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et tantum in
generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus
1ª ꝓpoſitionibus. quarum prima eſt hec. Caro chriſti
anteq̃ eſſet de virgine ſeparata materialiter ſicut re
liqua caro Marie fuit peccato obligata. Iſtam ma-
giſter ponens ꝓponit duas queſtiones. quarum pri
ma eſt. Utrum caro chriſti fuerat peccato obligata an
te ſui conceptionem videlicet anteq̃ a carne virginis
ſeparabatur. Secunda queſtio eſt. Utrum adhuc ca
ro chriſti fuerat peccato obligata: quando a verbo aſ
ſumebatur. Ad primum reſpondet ſm communem
ſanctorum doctorum atteſtationem. ꝙ caro ante ſui
conceptionem fuerit peccato obligata ſicut reliqua
beatiſſime virginis caro. Ad ſecundam queſtionem
reſpondet dicens. ꝙ caro illa ad hoc ꝙ vniretur ver-
bo ſpiritusſancti operatiõe immunis reddebatur ab
omni peccato. remanente tamẽ in ea poſſibilitate pa
tiendi. et hoc non ex aliqua neceſſitate: ſed ex libera
voluntate ipſam aſſumentis. Et ꝙ ſpiritusſantus ꝑ-
ueniens virginem in conceptione: ipſam ab omni la-
be purgauit. extinguẽdo in ipſa fomitem peccati. ita
ꝙ extunc non poſſit ei exiſtere occaſio vel inclinatio
ad malum. Ipſiqꝫ virgini nouam generandi potenti
am abſqꝫ virili ſemine et abſqꝫ vitio tam concipientis
q̃ etiam nati contulit. Qui natus ex propagine pri-
mi hominis originem tantum generis et non crimina
duxit. Et omnes has ſententias probat magiſter au
toritatibus doctorum ſcilicet Auguſtini. et Dama-
2ª ſceni. que patent in textu. Secũda propoſitio eſt hec
Quamuis chriſtus de ſemine abrae ſm corpulentam
ſubſtantiam ſit natus: non tamen eſt in eo vt Leui deci
matus: cum ab ipſo non ſit ſm culpam propagatus.
Hanc magiſter probans querit. Quare chriſtus nõ
dicitur decimatus in lumbis Abrae vt Leui: cum ta
men vterqꝫ eorum fuit in abraam quando ipſe Mel-
chiſedech decimas dedit. Ad quod reſpondens di-
cit. ꝙ licet vterqꝫ ipſorum fuerit in Abraam et ab eo
deſcenderit. tamen Leui in eo fuit ſm rationem ſemi
nalem: et deſcendit ab eo ſm legem communem alio
rum hominum. Unde dici poteſt ꝙ licet chriſtus in
Abraam fuerit quando decimas ſoluit. decimatus
tamen non exiſtit. ſicut dicitur ꝙ omnes peccauerũt
et tamen chriſtus non peccauit in eo qui etiam in eo
fuit. Et ſubdit ꝙ caro chriſti fuit talis qualis fuit in
ſtatu innocẽtie primitus inſtituta. ⁊ ideo dicitur ſum-
pſiſſe primitiua noſtre maſſe. vnde caro eius fuit ſi-
milis noſtre non in culpa: ſed in humanis penalitati-
bus. Unde licet eadem ſit caro chriſti et aliorum ho-
minum ſm materiam. tamen chriſti caro fuit per gra
tiam concepta et ſanctificata et nata. quod aliorũ ho
minum caro nõ habet. et propter hoc caro chriſti nõ
3ª fuit obligata. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Caro chriſti in
principio ſue cõceptionis fuit ſimul debita membro-
rum diſtinctione formata. animata et aſſumpta. Li-
cet tamen in quadragintaſex diebus membra corpo-
ris chriſti ad tantam quantitatem qua diſtincte diſcer
ni poſſent ſunt adaucta. Hanc magiſter inſinuans
obijcit contra ſuperius dicta. ſcꝫ ꝙ caro chriſti nõ fu
it prius concepta q̃ aſſumpta. et hoc per verbum be
ati Auguſtini ſuper illo verbo Iohãnis. Soluite tẽ-
plum hoc et tribus diebus reedificabo illud. Hic nu-
merus dicit beatus Auguſtinus perfectioni domini
ci corporis conuenit. quia vt dicũt phiſici tot diebus
forma humani corporis perficitur. Ex quibus ver-
bis patet carnem chriſti per ſucceſſionem dierum fu
iſſe formatam ſicut ceterorum hominum. et per con-
ſequens non in primo ſue cõceptionis animatam ſeu
aſſumptam. Ad quod reſpondes dicit beatum Au-
guſtinum verba illa non ideo dicere: ꝙ caro chriſti ꝑ
aliquod dies ſit formata anteq̃ animata ſeu aſſump-
ta. ſed ideo quia diſtinctio membrorum corporis q̃d
verbum animatum in principio conceptionis aſſum-
pſit tam tenuis et parua erat ꝙ vix diſcerni potuiſſet
que quia in quadragintaſex diebus tantum increuit
ꝙ perfecte diſcerni potuit. ideo dicit numerũ tot die
rum dominici corporis perfectioni cõuenire. Quod
confirmat autoritate damaſceni. Et tñ in ſpeciali.

## Quare in ſcriptura ſepius tribuat̃ incarnatio que eſt opus trinitatis ſpirituiſancto. ⁊ de ipſo etiam ꝯceptus et natus dicat̃. a

CUm vero in
carnatio verbi ſicut in ſuperi- DI. IIII
oribus tractatum eſt: operatõ
vere ſit patris ⁊ filij et ſpũſſan
cti. inueſtigatione dignũ nobis videt̃ qua-
re in ſcriptura ſpirituiſancto hoc opus ſepi
us tribuatur. et de ipſo chriſtus conceptus
et natus memoretur. Non eñ ideo opera-
tio incarnatõis ſpũiſancto ſepius tribuitur
q: eam ipſe ſolus ſine patre ac filio fecerit. ſꝫ
quia ſpũſſanctus eſt charitas et donum pa
tris et filij. et ineffabili dei charitate v̾bum
caro factum eſt. et ineffabili dei dono filius
dei ſibi vniuit formam ſerui: Non ergo fre
quens denominatio ſpiritusſancti ab illo o
pere patrem vel filium ſecludit. ſed potius
vno nominato tres intelligũtur. ſicut fit ſe-
pe in alijs operibus. Unde Auguſtinus ſu
per hoc mouẽs queſtionem in hunc modũ Auguſti.
eandem determinat in enchiri. ita inquiẽs. Solutio.
Cum illam creaturam quam virgo conce-
pit et peperit: q̃uis ad ſolam perſonam filij
pertinentem: tota trinitas fecerit. neqꝫ enim
ſeparabilia ſunt opera trinitatis. cur in ea
facienda ſpũſſanctus ſolus nominatus eſt
An etiam quando vnus triũ in aliquo ope
re nominat̃: vniuerſa opari trinitas intelli
gitur. ita vere eſt et exemplis doceri poteſt
Audiſtis ꝓpoſitã queſtionẽ. eiuſdemqꝫ ſo
lutionem vel expoſitionẽ.

## Quo ſenſu dicat̃ xp̃s concept⁹ et natus de ſpirituſancto. b

Sed non eſt in hoc
diutius immorandum. Illud enim mouet
quomodo dictus eſt chriſtus natus de ſpũ

ſancto. cum filius nullo modo ſit ſpirituſ-
ſancti. Nunquid dicturi ſumus patrez ho-
minis chriſti eſſe ſpiritumſanctuz. vt deus
pater verbum genuerit: ſpirituſſanctus ho-
minem. ex qua vtraqꝫ ſubſtantia chriſtus
vnus eſſet. et dei patris filius ſm verbum
et ſpirituſſancti filius ſm hominez. ꝙ cum
ſpirituſſanctus tanqꝫ pater eius de matre
virgine genuiſſet. Quis hoc dicere aude-
bit: cum hoc ita ſit abſurdum vt nulle fide-
lium aures id valeant ſuſtinere. Proinde
cum fatemur chriſtum natuz de ſpirituſan-
cto ex Maria virgine. quomodo non ſit fi-
lius ſpirituſſancti et ſit filius virginis: cum
et de illo et de illa ſit natus explicare diffici-
le eſt. Proculdubio non ſic de illo vt de pa-
tre. Sic autem de illa vt de matre natus eſt
Non eſt autem concedenduz quicquid de
aliqua re naſcitur continuo eiuſdem rei fi-
lium nuncupandum. Ut enim omittam ali-
ter de homine naſci filium. aliter capillum.
aliter pediculum. et lumbricum. quorũ ni-
hil eſt filius. Ut ergo hec omittam. quoniã
tante rei deformiter comparãtur. certe qui
naſcuntur ex aqua et ſpirituſancto: non a-
que filios eos recte quiſpiaz dixerit. ſed di-
cũtur filij dei patris. et matris eccleſie. Sic
ergo de ſpirituſancto natus eſt chriſtꝰ. nec
tamen filius eſt ſpirituſſancti. Sicut econ-
uerſo non omnes qui dicuntur alicuius fi-
lij. conſequens eſt vt de illo etiam nati eſſe
dicantur. vt illi qui adoptantur. Dicuntur
etiam filij gehenne. non ex illa nati. ſed in il-
lam preparati. Cum itaqꝫ de aliquo naſca-
tur aliquid: et non ita vt ſit filius. nec rurſus
omnis qui dicitur filius de illo ſit natus cu-
ius dicitur filius. Profecto modꝰ iſte quo
natus eſt chriſtus de Maria ſicut filius:
⁊ de ſpirituſancto non ſicut filius. inſinuat
nobis gratiam dei qua homo nullis meritis
precedentibus in ipſo exordio nature ſue q̃
eſſe cepit. verbo dei copularetur in tantam
perſone vnitatem: vt idem eſſet filius dei q̃
filius hominis. et filius hominis qui filius
dei. et ſicut in nature humane ſuſceptione fi-
eret quodammodo ipſa gratia illi homini
naturaliter qua nullũ poſſit admittere pec-
catum. que gratia ideo per ſpiritumſanctũ
eſt ſignificata. quia ipſe proprie ſic eſt deus
vt ſit etiam dei donum. Per hoc ergo ꝙ d
ſpirituſancto eſſe natiuitas chriſti dicitur.
quid aliud q̃ ipſa gratia dei demõſtratur
qua homo mirabili et ineffabili modo ver-
bo dei eſt adiunctus atqꝫ connexus. et diui-
na gratia corporaliter repletus.

Q. non quicquid de aliqua re naſcitur eius filius dicitur.

Nõ omnes qui dicuntur alicuius filij de illo nati ſunt.

Alia ratio quare dicatur natus de ſpiritu ſancto. C

Poteſt etiã dici cri-
ſtus ſm hominez ideo natus de ſpirituſan-
cto. quia eum fecit. Inquantum enim homo ẽ
et ipſe factus eſt: vt ait apoſtolus. Concep-
tus ergo et natus de ſpirituſancto eſſe dici-
tur. non ꝙ ſpirituſſanctus fuerit virgini ꝓ
ſemine. non enim de ſubſtantia ſpirituſſan-
cti ſemen partus accepit. ſed quia per grati-
am dei et operationez ſpirituſſancti de car-
ne virginis eſt aſſumptum quod verbo eſt
vnitum. Et in euangelio ſm hanc intelligẽ-
tiam legitur de maria ꝙ inuenta eſt in vte-
ro habens de ſpirituſancto Cuius dicti ra-
tionem Ambroſius inſinuans in tertio li-
bro de ſpirituſancto: ait. Quod ex aliquo
eſt. aut ex ſubſtantia. aut ex poteſtate eius
eſt. Ex ſubſtantia ſicut filius. quia a patre
vel ex patre: et ſpirituſancto qui a patre et
filio procedit. Ex poteſtate autem ſicut ex
deo omnia. Quomodo ergo in vtero habu-
it Maria ex ſpirituſancto? Si quaſi ex ſub-
ſtantia. ergo ſpiritus in carnem et oſſa con-
uerſus eſt. non vtiqꝫ? Si vero quaſi ex ope-
ratione ⁊ poteſtate eius virgo concepit: quis
neget ſpiritumſanctum dominice incarna-
tionis auctorem?

Au. in enchiridion.

Ambro. in expoſitiõe fidei catholice.

Quare apoſtolus dicat chriſtũ fa-
ctum cum nos eũ eſſe fateamur na-
tum. D

Sed queri poteſt cũ
nos ſaluatorem natum profiteamur cur a-
poſtolus eum factuz dicat ex ſemine dauid
et alio loco factum ex muliere. cum aliud
ſit fieri. aliud naſci. Aliquid ergo ſignifi-
cauit hoc dicto. Quia enim nõ ab humano
ſemine congregata eſt caro dñi in vtero vir-
ginis. et corpus effecta. ſed effectu et virtute
ſpirituſſancti. ideo apoſtolus dicit factum
non natuz. Aliud eſt enim ſemine admixto
et ſanguinis coagulo generare. Aliud eſt nõ
permixtione. ſed virtute procreare. poſſunt
enĩ homines generare filios ſed non facere
Ecce quare dicit apoſtolus factũ ⁊ non na-
tum. ne eius ſcz natiuitas que fuit ſine viri-
li ſemine: noſtre ſilis putaretur q̃ cõficitur
ſeminũ commixtione. Ideo autem cum fa-
ctũ diceret: apoſtolꝰ addidit. ex ſemine da-

Cur christus factus natus dicitur

uit. et quia ſi nō interceſſit ſemen hominis in conceptione v̄ginis. tn̄ quia ex ea carne xp̄s formatus eſt que conſtat ex ſemine: recte dicit̄ quia factus eſt.

Iſta eſt dſtinctio quarta hui⁹ tertij libri. In qua magiſter poſt q̄ egit de qualitate nature aſſumpte: agit de auctore aſſumptionis. Et tria facit Nam primo inquirit quare opus incarnationis potius attribuatur ſpūiſancto q̄ toti trinitati. Secūdo quare xp̄s ſit conceptus de ſpirituſancto cum tamen nō ſit filius ſpūſſancti. Tertio quare apoſtolus dicit potius xp̄m de muliere fieri q̄ naſci. Primuz facit vſq3 ibi. Sed non eſt in hoc. Secundum ab inde vſq3 ibi. Sed queri poteſt. Tertium vſq3 ad finem diſtin. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec. Licet opus carnalis incarnationis frequenter attribuatur ſpiritui ſancto. ab hoc tamen nō excludit̄ patris et filij cooperatio Hanc magiſter ꝓbans querit. quare opus incarnationis ſpirituiſancto ſpecialiter attribuit̄ in ſcripturis. cum tamen vt ſupra dictum eſt tota trinitas ipſam incarnationē operata ſit. et reſpondet ſcripturam hoc facere: nō ideo q̄ ſpūſſanctus ſolus ſit incarnationem operatus. ſed q̄ verbum dei factum eſt caro ex ieffabili charitate et ineſtimabili dei dono et bonitate. que quia ſpūiſancto appropriant̄. ideo opus incarnatōnis ſibi ſpecialiter attribuitur. nec per hoc ab ipſo opere incarnationis pater et filius excluduntur. quia in actionibus eſſentialibus ſub vna perſona cetere ſubintelligūtur. cum opera trinitatis adextra ſunt indiuiſa. Quā ſententiā magiſter confirmat autoritate beati Aug⁹. in encheridion. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Licet filius dei dicatur natus de virgine vt de matre. tamen de ſpirituſancto non eſt nat⁹ vt de patre. Hanc magiſter inſinuans querit. Cum chriſtus ſit natus de ſpirituſancto an debeat dici filius ſpirituſſancti. Et arguit primo q̄ nō. Nam ex quo pater eum genuit ſm̄ q̄ eſt verbum. ſi ergo ſpirituſſanctus eum genuiſſet ſm̄ q̄ eſt homo. chriſtus ex duabus naturis ſcz diuina et humana compoſitus eſſet et ſm̄ vnam eſſet filius vnius. et ſm̄ aliam eſſet filius alterius quod eſt abſurduz. In oppoſitum arguit ſic Naz quia chriſtus natus eſt de beata virgine dicitur filius beate virginis. igitur a ſimili quia natus eſt a ſpirituſancto debeat dici filius ſpirituſſancti. Ad qđ reſpondens magiſter dicit. q̄ filius dei non poteſt dici filius ſpirituſſancti. quia nō natus de ipſo vt de patre. Sed bene poteſt dici filius beate virginis. eo q̄ natus ſit de ipſa vt de matre. Quam ſententiam confirmat per hoc q̄ multa de aliqua re naſcuntur. que tamen non dicuntur filij eius. vt pili de capite. et etiam hi qui naſcunt̄ ex aqua et ſpirituſancto in baptiſmate: non dicunt̄ aque filij ſed eccleſie. Et ecōuerſo multi aliquorum filij dicuntur. qui tamen de ipſis nō naſcuntur vt filij adoptiui et filij gehenne qui tamen de ipſis nati non ſunt. Et ſubdit etiam magiſter duas rationes quare chriſtus ſpecialiter dicatur natus de ſpirituſancto. Quarum prima eſt. quia ſcilicet huiuſmodi incarnatio eſt donum dei. ad deſignandum ergo q̄ nullus precedentibus meritis. ſed ex ſolo dei dono: copulatio nature humane cum perſona diuina ſit expleta. Et ſm̄ hoc cum chriſtus dicitur natus de ſpirituſancto. ly de denotat rationem operis. Secūda eſt q̄ chriſtus dicitur natus de ſpirituſancto. qua virtute ⁊ poteſtate ſpirituſſancti illud ſcriptum ē de virgine q̄ v̄bo vnitum eſt. non ſic q̄ ſpūſſanctus fuerit ſeminalis materia. ſed q̄ fuerit efficiens cauſa. et ſic cum chriſtus dicitur natus de ſpirituſancto. ly de denotat habitudinem cauſe efficientis. ſicut omniā dicūtur eſſe ex deo nō ſubſtantialiter ſed poteſtatiue ſeu effectiue. Tertia propoſitio eſt hec. Quāuis chriſtus natus ſit de virgine. potius tamen dicitur fact⁹ q̄ natus. cuz non ſit conceptus ex virili ſemine. Hāc magiſter inſinuans querit. Cur apoſtolus ad Romanos primo dicat chriſtum factum ex ſemine Dauid. et alibi dicit ipſum factum ex muliere. cum tamē nos dicimus chriſtum natum. et aliud eſt naſci. et aliud ē fieri. Ad quod reſpondens dicit q̄ apoſtolus tantuz dixit chriſtum factum ex muliere ad oſtendendā differentiam conceptionis ſue a communi hominum cōceptiōe Nam chriſtus ratione ſue ſingularis conceptionis habet tam nati q̄ facti rationem: ex eo q̄ ſola operatione ſpirituſſancti in vtero virginis formabatur. Ceteri autem homines habent ſolam rationem nati et nō facti. quia caro eorum virtute virilis ſeminis formatur in vtero. quare etiaz hominis dicuntur filios generare et non facere. Et ſubdit q̄ apoſtolus dicit chriſtum factum ex ſemine. non ideo quia ſemē hominis eius conceptioni interuenit. ſed quia ex carne virginis que ex ſemine dauid venit caro chriſti formata fuit. Et tn̄ in ſpeciali.

## Si perſona vel natura pſonaz vel naturā aſſumpſit. et ſi natura dei incarnata ſit. a

Preterea inq̄ri oportet cum ex premiſſis cōſtet verbum dei carnem et animam ſimul aſſumpſiſſe in vnitatē pſone. qđ hoꝝ potius concedendū ſit ſcz q̄ pſona pſonaz. vel natura naturā. vel pſona naturā. vel natura pſonā aſſumpſerit. Et an ita cōueniat dici diuinā naturam eſſe incarnatā: ſicut deus incarnatus et verbū incarnatuz ſane dicit̄. Hec inq̄ſitio ſiue querendi ratio. iuxta ſacraꝝ autoritatū teſtimonia ptim implicita atq3 pplexa. ptim v̄o explicita eſt et apta. Certū eſt em̄ ⁊ ſine ambiguitate verū q̄ nō natura pſonā. nec pſona pſonam. ſed pſona naturam aſſumpſit. quod ſanctorū ſubditis comprobat̄ teſtimonijs ⁊ aſtruit̄ documētis. Ait em̄ Auguſti. in li. de fide ad petrū. De⁹ vnigenit⁹ dum ꝯciperet̄ veritatem carnis accepit ex virgine. et cum naſceret̄ integritatem v̄ginitatis ſuauit in matre. et paulo poſt. Sic deus humanā naurā in vnitatem pſone ſuſcepit. q̄ ſe humiliās p miſericordiaz incorrupte virginis vteruz ex ea naſciturus impleuit. Formā ergo ſerui. id eſt naturā ſerui in ſuaz accepit ille deus pſonam. Item Deus verbū nō accepit pſonam hominis ſed naturaz. Itē. Dei filius vnigenitus vt carnē hois animāq3 mundaret ſuſceptione carnis animeq3 rationalis incarnatus eſt. His alijſq3 pluribus autoritatib⁹ euidēter oſtenditur. non nrtura perſonam, nec pſo-

DI V

Ex illa q̄ſtio ꝯperta eſt.

Auguſti.

nā perſonam. ſed perſonam naturam acce-
De pte queſtionis ꝑplexa.
piſſe. De quarto vero queſtionis articulo
vtrum ſcilicet natura naturam aſſumpſe-
rit: ſcrupuloſa etiam inter doctos queſtio
eſt. Quia et in hoc plurimum diſſentire vi-
dentur. qui autoritate preclari. alijs do-
ctiores in ſacra pagina extiterunt. nec tan
tum alij ab alijs. verum etiā idem a ſeipſis
diſſonare videntur ſicut ſubiecta capitula
De toletano cōcilio hic ponit ea quibus innui videtur naturam non accepiſſe naturam.
docent. Legitur enim in concilio toletano
viij. traditum ſic. Solum verbum caro fa-
ctum eſt: et habitauit in nobis. et cum tota
trinitas operata ſit formationem ſuſcepit
hominis. quoniam inſeperabilia ſunt ope-
ra trinitatis. ſolus tamen filius accepit ho-
minem in ſingularitatem perſone. non vni
tatem diuine nature. id eſt quod eſt propri
um filij non quod cōmune eſt trinitati. Itē
in concilio. xj. toletano. Unius ſubſtanite
credimus deum patrem et filium et ſpiritū
ſanctum. non tamen dicimus vt huius tri-
tatis vnitatem Maria virgo genuerit.
ſed tantum filium qui ſolus naturam no-
ſtram in vnitatem ſue perſone aſſumpſit.
Incarnationem quoque huius filij dei to-
ta trinitas operata eſſe credenda eſt. So-
lus tamen filius formam ſerui accepit in-
ſingularitatem pſone. His inſinuari vide-
tur ꝙ perſona tantū naturam. non natura
naturam aſſumpſerit Si eñ quod cōmune
eſt trinitati non accepit hominez. ergo non
natura diuina que cōmunis eſt tribus pſo
nis. Cui videtur obuiare quod Aug⁹. ait i
Hic ponit ea quibus pbatur non accepiſſe naturaz
libro de fide ad Petruz. Nec diuinitas in-
quit xpi aliena eſt a natura patris. ſm illō
In principio erat verbum. nec humanitas
eius aliena ē a natura matris. ſm id ꝙ ver-
bum caro factum eſt. Illa enim natura que
ſemp genita manet ex patre naturaz nr̄am
ſine peccato ſuſcepit vt naſcereť ex virgine
Hac autoritate videť tradi ꝙ diuina natu-
ra humanā ſuſcepit. Ubi vehementer mo-
ueri poſſumus ꝙ eam genitam etrrnaliter
ex patre dicit. niſi forte natura pro perſona
hic accipiať. alioquin ſi dixerimus naturā
tribus pſonis communem genitam eſſe oc
currunt nobis ex aduerſo que in tractatu ď
trinitate diſſeruimus. vbi diximus non na
tura naturam. ſed perſona perſonam genu
iſſe. Quia ſi natura genuiſſet naturam cum
vna eademq́ʒ ſit natura trinitatis. eadē res
ſeipſam genuiſſet. Quod Aug⁹. fieri poſſe
negat. Sed alibi certum reperimus docu-
mentum. quo natura naturam aſſumſiſſe
monſtrať. Ait eñ Auguſti. in primo libro
de trinitate. Etiam ſeipſo chriſtus factus
eſt minor formaz ſerui accipiens. Neq́ʒ eñ
ſic accepit formā ſerui vt amitteret formaz
dei. in qua erat equalis patris. vt et in for-
ma ſerui et in forma dei idē ipſe ſit vnigeni
tus filius patri. q̄ forma dei accepit for-
maz ſerui. Si autem forma dei formam ſer
ui accepit ſine dubio natura naturaz acce-
pit. Forme eñ nomine natura ſignificatur.
Quid forme noīe intelligatur.
vt Auguſtinus euidenter docet in libro de
fide ad Petrū. Cuz iquit de chriſto audis
quia in forma dei erat. oportet te agnoſcere
firmiſſimeq́ʒ tenere in illo forme nomine na
turalem plenitudinem debere intelligi. In
forma dei ergo erat. quia in natura dei pa-
Hylarius.
tris ſemp erat de quo natus erat. Hylari⁹
quoq́ʒ in. xij. libro de trinita. ita ait. Eſſe in
forma dei non alia intelligētia eſt q̄ʒ in dei
manere natura. Didiciſti nomine forme in
telligentiaz fieri nature. et audiſti ꝙ forma
dei formā ſerui ſuſcepit. Unde conſequēs
eſt ꝙ natura diuina naturā humanaz ſuſce
Hierony.
pit. Quod etiam Hiero. in explanatione fi
dei euidenter inſinuat inquiēs. Paſſus eſt
filius dei nō putatiue ſʒ vere. ſm illud. paſ
ſus eſt qď pati poterat. i. non ſm illam ſub-
ſtantiam que aſſumpſit. ſed ſm illā que aſ-
ſumpta eſt. Ex quo apparet diuinā ſubſtan
tiam aſſumpſiſſe humanā. Ex verbis autē
Auguſtini ſuperius poſitis adhibita dili-
gentia innui videť ſolum verbū carnem fa
ctum. et naturam ſolum ſuſcepiſſe humanā
et diuinam naturaz eandem accepiſſe. Ait
eñ Trinitas nos ſibi recōciliauit ꝑ hoc ꝙ
ſolum verbum carnē ipſa trinitas fecit. In
quo ſic veritas incōmutabilis manet diui-
ne humaneq́ʒ nature. vt ſicut vera ſemp eſt
eius diuinitas quam de patre habet. ita ve
re ſemp et incōmutabilis ei⁹ ſit humanitas
quam ſibi vnitam ſumma diuinitas gerit.
Ecce et ſolum verbum dixit carnem factū
et humanitatem diuinitati vnitam. Idem
quoq́ʒ ſuperius dixit ſeruilem formam a ſo
lo filio ſuſceptam quam tota trinitas fecit.
Iam facile eſt agnoſcere q̄ʒ diuerſa ⁊ mul-
tiplicia ſup queſtione ꝓpoſita autores tra-
diderunt. Ideoq́ʒ poſteriores ea legentes
varias atq́ʒ contrarias ex predictis occaſio
nem ſumentes ꝓmunt ſententias.

## Quid de hoc tenendum ſit. b

Nos autez omnis
mendacij et contradictionis notam a ſa-
cris paginis ſecludere cupientes. orthodo-
xis patribus atq́ʒ catholicis doctoribus

nulla praue intelligentie ſuſpitõne notatis
conſentimus dicentes. et perſonam filij aſ-
ſumpſiſſe naturã humanã. et naturaʒ diui-
nã humane nature in filio vnitaʒ. eamqꝫ ſi-
bi vniſſe vel aſſumpſiſſe. Unde et vere in-
Determinatio autoritatum. carnata dicit᷑. Qꝫ vero dicit᷑ ſolus filius for
mã ſerui accepiſſe. ꝑ hoc non excludit᷑ diui
na natura ab acceptione ſeruilis forme. ſed
alie due perſone pater ſcʒ et ſpiritusſanctuſ
Item et illud aliud. ſcʒ id qđ eſt proprium
filij nõ quod cõmune eſt trinitati: hominẽʒ
accepit. ſic oportet intelligi. id eſt proprie
in hypoſtaſi filij non tribus communiter ꝑ
ſonis. diuina natura humanam naturaʒ ſi
bi vniuit Qui ſenſus ex verbis Johannis
Jo. dam. damaſceni confirmatur qui totam diuinaʒ
naturam in vnam hypoſtaſim incarnataʒ
eſſe euidenter aſſerit dicens. In humana-
tione dei verbi aimus omnem et perfectaʒ
naturam deitatis in vna eius hypoſtaſeon
incarnatam eſſe. id eſt vnitam humane na-
ture et non partẽ parti. Omni. n. humane
nature aimus eſſe vnitam omnem deitatis
naturam vel ſubſtantiam. Item. Eadem
eſt natura in ſingl'a hypoſtaſeon. id eſt per
ſonarum. et quando dicimus naturam ver
bi incarnatam eſſe ſm beatos ſcilicet ſm
Athanaſium et Cyrillum. deitateʒ dicimꝰ
eſſe vnitam carni. et vnam naturaʒ dei ver
bi incarnatã confitemur. Verbum auteʒ et
qđ cõmune eſt ſubſtãtie poſſidet. et qđ pro
prietatis eſt habens hypoſtaſeos. i. ꝑſone
Ex his manifeſte oſtendit᷑ ꝙ natura diui-
na incarnata eſt Uñ et eadẽ vere dicitur ſu
ſcepiſſe humanam naturam.

## An diuina natura debeat dici caro facta. c

Sʒ queritur vtrũ
eadem diuina natura debeat dici caro fa-
cta ſicut verbum dicitur caro factũ. Si eñ
idẽ eſt incarnari qđ eſt carnem fieri; videri
poteſt ita debere dici ꝙ ſit caro facta ſicut
dicitur incarnata. Ad quod dicimus q̃a ſi
Reſpõſio. illud dictum in ſacra ſcriptura reperiretur.
ex eadem intelligentia acciperet᷑ qua cum
dicitur incarnata. Sʒ quia illud autoritas
ſubticuit. atqꝫ locutionis modus nimiam
videretur facere expreſſionem: ſi natura di
uina diceretur caro facta. melius ſilere hoc
puto vel negare q̃ꝫ temere aſſerere. ne ſi il-
lud dicatur. conuertibilitas nature in na-
turam ſignificari putetur. Ex premiſſis in
dubitabilit᷑ ꝯſtat ꝙ ꝑſona verbi ſiue natu-
ra hoĩs naturã. ſ. carnem et aĩam aſſumpſit
ſed nõ ꝑſonam hoĩs. Si aũt natura diuina
naturam hoĩs accepit. quare non dicit᷑ fa-
cta homo vel eſſe homo ſicut verbum dei?
Ad qđ dici põt ꝙ dei filius dicit᷑ factus hõ Reſpõſio.
vel eſſe hõ. nõ ſoluʒ qꝛ hoĩem aſſũpſit. ſʒ q̃a
ipm in vnitatem et ſingularitatẽ ſui et ꝑſo-
ne accepit. Natura autem diuina hoĩem q̃
dem accepit. i. hominis formaʒ ſibi vniuit
ſed nõ in ſingularitatẽ et vnitateʒ ſui. Ser-
uata eñ ꝓprietate ac diuerſitate duarũ na
turarum ꝑſone ſingularitas extitit. Ideo-
qꝫ nõ ſic dicit᷑ diuina natura eſſe homo. vel
facta homo: ſicut dei filius. Quidam tñ in
differenter vtrũqꝫ concedunt.

## Quare nõ accepit perſonam hoĩs cũ hominẽ acceperit. d

Ideo vero non ꝑ-
ſonaʒ hominis aſſumpſit. qꝛ caro illa ⁊ ani
ma illa non erant vnita in vnã ꝑſonã quaʒ
aſſumpſerit. qꝛ non ex illis cõſtabat ꝑſona
quando illis vnitum verbum eſt. Nam ſi-
bi inuicem ſunt vnita ſimul cum verbo Al
tera tamen vnione inuicem vnita ſunt illa
duo. ſcilicet anima et caro. alia vnione ver
bo vnita ſunt. Quia alia eſt vnio anime il-
lius ad carneʒ. ⁊ alia eſt vnio verbi ad ani
mã illam et ad carnẽ Nõ ergo accepit v̾bũ
dei perſonã hominis ſʒ naturã. qꝛ non erat
ex carne illa et anima illa vna compoſita ꝑ
ſona quã v̾bum accepit. ſʒ accipiendo vni-
uit et vniendo accepit.

## Contra hoc opinio qua probare q̃dam volunt perſonam accepiſſe ꝑſonam. e

Hic a quibuſdam
opponit᷑ ꝙ ꝑſona aſſumpſit ꝑſonam. Per
ſona eñ ẽ ſubſtãtia rõnalis indiuidue natu
re. hoc aũt eſt anima. Ergo ſi animã aſſum
pſit. et ꝑſonam. quod ideo nõ ſequit᷑. quia
anima non eſt ꝑſona quãdo alij rei vnita ẽ
ꝑſonaliter: ſed quando per ſe eſt. abſoluta
eñ a corpore ꝑſona eſt ſicuti angelus. Illa
autẽ anima nunq̃ꝫ fuit q̃n eſſet alij rei con-
iuncta. Ideoqꝫ non ea aſſumpta. ꝑſona eſt
aſſumpta. Aliter quoqꝫ nitunt᷑ ꝓbare v̾bũ Alia ꝓbatio.
dei aſſumpſiſſe ꝑſonã qꝛ aſſumpſit aliqueʒ
hoĩem. Aſſumpſit eñ Jeſum chriſtũ. ergo
aliquẽ hominẽ. Qꝫ auteʒ hominem Jeſum
chriſtum aſſumpſerit: Auguſti. in expoſiti
one ſymboli ſub anathemate tradit dicens

Si quis dixerit atq̄ crediderit hoīem Ieſum xp̄m a filio dei aſſumptū nō fuiſſe anathema ſit. Qui etiā in plurib⁹ ſcp̄ture locis hmōi vtit̄ locutionib⁹. Ille hō a v̄bo dei ē aſſumptus. Ille homo factus eſt xp̄s. Et propheta de homine xp̄o loquens deo ait. Beatus quē elegiſti et aſſumpſiſti ꝛc̄. Ex quibus conſequi videtur. ꝙ aliquis homo aſſumptus ſit a verbo. et ita perſona a pſona ſit aſſumpta. Sed q: hoc nephas eſt dicere aut ſentire. p̄miſſe locutōnes eiſq̄ ſimiles ſ̄m hanc intelligentiā ſane accipi debēt vt homo xp̄us ſiue homo ille ſiue quidam homo dicatur aſſumptus a verbo ſiue vnitus verbo. nō q: hominis pſona ſit aſſumpta vel vnita verbo. ſed q: illa anima et caro illa aſſumpſa ſunt et vnita verbo in quibus ſubſiſtit pſona dei et homīs. vt ad hominis naturā non ad pſonā reſpicias: cū aſſūptū vel vnitū. vel quendā vel aliquem in hmōi locutionibus ſcriptura cōmemorat. Quo circa cū querit̄ ſine ꝓpoſita autoritate an aliquis vel quidā ſit aſſumptus a v̄bo vel vnitus verbo. ſine diſtinctione intelligentie nō eſt hic reddenda reſponſio. quoniam multiplex p̄miſſa eſt queſtio. ꝯ inſtātie querētis ita determinato. ſi de hominis pſona queris. reſpondeo nō. ſi de hominis natura. dico eſt.

Reſponſio d̄terminans p̄miſſas locutōnes.

Iſta eſt diſtinctio quinta hui⁹ tertij libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de pſona aſſumēte. de qualitate nature aſſumpte. et auctore aſſumptionis. mouet et determinat quaſdam dubitationes. Et circa hoc tria facit. Primo enī determinat quaſdā queſtiones p̄ncipales. Scd̄o ſoluit queſtiones q̄ſdā incidentes. Tertio remouet impugnātes. Primū vſq̄ ibi. Sed querit̄. Scd̄m vſq̄ ibi. Ideo vero non pſonā. Tertiū vſq̄ ad finem diſtinctionis In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹. quarū prima eſt hec. Perſona pſonā vel natura naturā aſſumpſiſſe nullus ꝯcedit catholice. Hanc magiſter ponēs q̄rit quadrimembrē queſtionem. quarū prima eſt hec Utrū pſona aſſumpſit perſonā. Secunda eſt. vtrum natura aſſumpſit pſonam. Tertia eſt vtrum perſona aſſumpſit naturā. Quarta eſt. vtrum natura aſſumpſit naturā. Et rn̄dendo dicit ad primos tres articulos ꝙ certū eſt ꝙ pſona nō aſſumpſit pſonam. nec natura perſonā. ſed pſona naturā. Sed ad quartū articulū. ſ. an natura aſſumpſit naturā maxime difficile ē rn̄dere. ſ. cum p̄clari doctores ſnīas quaſi contrarias de hoc vident̄ tenuiſſe. Nam ꝙ natura nō aſſumpſit naturā hoc videt̄ ſentire autoritas cōcilij toletani dicens. ꝙ q̄uis incarnationē tota trinitas ſit operata cū opa trinitatis ad extra ſint indiuiſa ſicut ei⁹ ſubſtātia. ſol⁹ tn̄ filius carnē vel naturā aſſumpſit hūanā. Q̄ aūt natura naturā aſſumpſerit: hoc videt̄ ſentire beatus Aug⁹. in de fide ad Petrū dicens. ꝙ iſta natura que ſemp manet genita ex p̄re naturā aſſumpſit humanā. vbi. b. Aug. expreſſe dicit naturā aſſumpſiſſe naturā. Et confirmat idē p. b. Aug⁹. in de fide ad Petrū dicentē. ꝙ cum pſona ſit idem quod natura. videt̄ certe Aug. velle naturā naturam aſſumpſiſſe.

Q̄d magiſter iterū ꝯfirmat autoritatib⁹ ſanctoꝝ Hyla. ꝛ Hiero. quā difficultatē tandē ſoluēs dicit eſſe tenendū ꝙ diuina pſona aſſumpſit humanā naturā. et ꝙ natura diuina hūane nature in pſona filij ſit vnita et ꝙ natura diuina īcarnata ſit. Et q̄uis dicat̄ ꝙ ſolus filius naturā ſeu formā accepit ab hac tn̄ exceptione nō excluditur natura diuina. ſed hoc dicitur ꝙ hmōi aſſumptio in pſona p̄ris vel ſp̄ūſſancti nō ē fcā vnde cū d̄r ꝙ ꝓprium ſit filij ꝙ naturā humanam aſſumpſit talis ſenſus exprimi intendit̄ ꝙ in ꝓpria hypoſtaſi filij ꝛ nō in tribus pſonis deus ſibi humanam naturā vniuit. ꝓ cuius euidētia magiſter allegat autoritatē. Damaſ. que patet in textu. Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Licet ſit ꝯcedendū ꝙ diuina natura etiā pſonā filij ſit incarnata. non tn̄ eſt affirmandū ſimpl̄r ꝙ eadem ſit caro facta. Hanc magiſter ponēs querit. Cū natura diuina poſſit dici incarnata an etiā ſit concedendū ꝙ ſit caro facta. ſicut ratione incarnatōis dicit̄ ꝙ verbū caro factū eſt. Et rn̄det ꝙ ſi hmōi locutō natura diuina eſt caro facta: in ſcriptura inueniatur intelligenda eſt vt idē ſit ꝙ incarnata. ſed tamen melius dicit̄ ſimpliciter eſt neganda. ne putet̄ ꝙ natura diuina ſit in carnem ꝯuerſa. q: iſte modus locutionis nimiā videt̄ facere expreſſionē. Et ſubdit querendo. Cū natura diuina aſſumpſit naturam hūanam. quare rōne illius aſſumptionis natura diuina non poſſet dici facta eſſe hō. vel eſſe homo. ſicut verbū dei dicit̄ factū eſſe homo. et eſſe hō ratione illius aſſumptiōis Et rn̄det hoc eſſe ideo. quia natura diuina nō vniuit ſibi naturā humanam in vnitatē nature. ſicut verbū dei vniuit ſibi naturam humanā in vnitate perſone. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Sic p̄uenit verbū dei corporis et aīe vnionē ꝙ nō aſſumpſit aliquā hoīs pſonā Hanc mgr̄ inſinuās dicit ꝙ verbū non aſſumpſit perſonam hoīs. q: caro humana et anima que verbum aſſumpſit nō fecerūt aliquā pſonam an̄ aſſumptionē ſui Sed contra illud obijcit dupl̄r. Primo ſic Uerbū aſſumpſit animā. ſed ex quo illa ſit pſona cū rationalis nature indiuidua ſubſtantia verbum videt̄ aſſumpſiſſe perſonam. Scd̄o ſic. Scd̄m. b. Aug⁹. in expoſitione ſymboli. verbū aſſumpſit hoīem ſ; cū homo ſit perſona videt̄ verbum aſſumpſiſſe pſonam. q̄d eſt ꝯtra p̄dicta. Ad primā obiectionē reſpondet magiſter dicens. ꝙ anima carni vnita non habet rōnem pſone. ſed tn̄ a corpore ſeparata. cum igitur v̄bum n̄ aſſumpſit aīam ſeparatam ſed coniunctā. videtur vt p̄us non aſſumpſiſſe pſonā Et in hoc ꝙ magiſter dicit aīam eſſe pſonam nō tenet̄ a modernis doctoribus. Ad ſ̄m dicit̄: cum dicit̄ verbum aſſumpſiſſe hominē ly homo accipiendū eſt vt eſt expreſſiuū nature. ꝛ nō vt ſignificat pſonam. Et tn̄ in ſpeciali.

De intelligētia harū locutionum deus factus eſt homo. deus eſt hō an his locutiōibus dicat̄ deus factus eſſe aliquid. vel eſſe aliquid. vel non eſſe aliquid.

Ex premiſſis autē emergit queſtio plurimum cōtinēs vtilitatis. ſed nimiū difficultatis atq̄ ꝯplexitatis Cū. n. ꝯſtet ex p̄dictis et alijs pluribus teſtimonijs. oēſq̄ catholici vnanimiter fateant̄ deum factū eſſe hominē. et xp̄m verum deum eſſe. DI. VI.

et verũ hoiem. querit an his locutõib⁹ de⁹ factus ẽ hõ. filius dei factus eſt filius hominis. deus eſt homo. et homo ẽ deus. dicat deus factus eſſe aliquid. vel eſſe aliquid vł aliquid dicat eſſe deus. et an ita conueniat dici. hõ factus eſt deus. ⁊ filius hominis factus eſt filius dei. ſicut ecõuerſo dicit. et ex his locutionibus non dicit de⁹ factus eſſe aliquid. vel eſſe aliquid. Que ſit intelligentia harũ locutionũ et ſiliũ. In huius ꝓfunditatis reſeratiõe ⁊ ſcrupuloſe queſtõis expoſitõe p̄rimũ differre inueniũtur ſapiẽtes

Q in huius queſtionis expoſitiõe differũt ſapientes

### Quorundã ſententiã refert. b

Alij enim dicũt in ipſa verbi incarnatiõe hoiẽ quedã ex anima rõnali et humana carne ꝯſtitutũ. Ex q̃bus duobus ois verus hõ cõſtituit. et ille hõ cepit eſſe deus. nõ quidẽ natura dei. ſ; pſona verbi et deus accepit eſſe homo ille. Concedũt etiã hominẽ illum aſſumptũ a verbo et vnitũ verbo et tamen eſſe verbum. et ea ratione tradunt dictũ eſſe deum factum hominẽ vel eſſe hominẽ. q: deus factus eſt id eſt cepit eſſe quedã ſubſtãtia ex aĩa rationali et humana carne ſubſiſtẽs. et illa ſubſtãtia facta eſt. i. cepit eſſe deus. non tamen demigratione nature in naturã. ſ; vtriuſq; nature ſeruata ꝓprietate factum eſt. vt deus eſſet illa ſubſtantia. ⁊ illa ſubſtãtia eſſet deus. Unde vere dicit deus factus eſt homo. et homo factus eſt deus. et deus eſt homo. et homo deus. et filius dei filius hominis et ecõuerſo. Cũq; dicunt illũ hominẽ ex anima rationali et humana carne ſubſiſtere. non tamen fatent ex duabus naturis eſſe compoſitũ. diuina. ſ. et humana. nec illius partes eſſe duas naturas. ſed animã tantum ⁊ carnem.

### Autoritates ponit quibuſ muniũt ſuam ſententiam. c

Et ne de ſuo ſenſu tm̃ loqui putent. hanc ſniã plurib⁹ muniunt teſtimonijs. Ait. n. Auguſtin⁹. in libro de trinitate. Cum legit verbũ caro factum eſt. in verbo intelligo verũ dei filiũ. in carne agnoſco verũ hominis filiũ. et vtrũq; ſimul vnã pſonam deum et hominẽ ineffabilis gratie largitate coniunctũ. Idem in ench. Chriſtus ieſus deus de deo eſt homo autem natus eſt de ſpirituſancto ex maria virgine. Utraq; ſubſtãtia diuina ⁊ hũana filius eſt vnicus dei prĩs omnipotentis. de quo procedit ſpũſſanctus vtrunq; vnus. ſ; aliud propter verbum. et aliud ꝓpter hominẽ. nõ duo filij deus et homo. ſed vnus dei filius. De⁹ ſine initio. homo a certo initio. Idem in eodẽ. Quid natura humana in chriſto homine meruit vt in vnitatem pſone vnici filij dei ſingulariter aſſumpta eſſet. Que bona voluntas. que bona opera p̄ceſſerunt. quibus mereret iſte homo vna fieri pſona cũ deo? Nunquid antea fuit homo. et hoc ei ſingulare beneficiũ p̄ſtitum ẽ vt ſingulariter ꝓmereret deũ. Nempe ex quo homo eſſe cepit: non aliud cepit eẽ homo q̃ȝ dei filius et hic vnicus. et propterea dei verbum. quia eſt ab illo ſuſcepta caro. facta eſt vtiq; deus. vt queadmodum vna eſt pſona quilibet homo anima. ſ. rõnalis ⁊ caro. ita ſit xp̄us vna pſona verbum et homo. Idẽ ſup Johẽm. Agnoſcamus geminã ſubam xp̄i diuinã. ſ. qua equalis ẽ patri. et humanã qua minor ẽ patre. vtrunq; aũt ſimul nõ duo ſed vnus eſt xp̄s. ne ſit q̃ternitas non trinitas deus. Ac p hoc chriſtus eſt deus. anima rõnalis ⁊ caro. Idem quoq; in libro de p̄deſtinatione ſctõꝝ. Ille hõ vt a verbo patri coeterno in vnitatẽ pſone aſſumptus filius dei vnigenit⁹ eſſet vñ hoc meruit? qd bonũ ei⁹ p̄ceſſit? vt ad hanc ineffabilem excellentiã perueniret. Faciente ac ſuſcipiente deo verbo. ipſe homo ex quo eſſe cepit filius dei vnicus eſſe cepit Itẽ homo quicunq; ita gr̃a fit xp̄ianus. ſicut gratia homo ille ab initio fact⁹ eſt chriſtus. Idem in libro. xiij. de trinita. Gratia dei nobis in homine xp̄o ꝯmendat. Quia nec ipſe vt tanta vnitate deo vero coniunctus: vna cũ illo pſona filius dei fieret. vllis eſt p̄cedentibus meritis aſſecutus. ſed ex quo homo eſſe cepit. ex illo eſt et deus. Uñ dictũ eſt. verbum caro factũ eſt. Hylarius quoq; in. x. libro de trinita. ait. Chriſtũ nõ ambigimus eſſe deum verbum. neq; rurſus filium hominis ex anima ⁊ corpe cõſtitiſſe ignoramus. His alijſq; autoritatibus vtunt. qui hominẽ quendã ex anima rationali ⁊ carne compoſitũ dicunt deũ factum ſed gratia. nõ natura. Sola. n. gr̃a habuit ille homo. non meritis vel natura. vt eſſet deus ſiue dei filius. vt haberet omnem ſciẽtiam et potentiã quã habet verbũ. cũ q̃ eſt vna pſona Nec tñ in ſuperioribus legit q; hõ ille ſit vna pſona cũ verbo. et ſit ipſum verbũ. ſed etiam q; aĩa rationalis ⁊ caro eadem pſona ſit. et xp̄s ſit: deus.

Auguſti.

Hylariuſ.

Aliorum ſententia. d

Sũt aũt et alij qui iſtis in pte ꝯſentiunt. ſed dicũt hoiem illuʒ non ex aia rationali et carne tm̃. ſed ex humana et diuina natura. i. ex trib⁹ ſubſtãtijs diuinitate. carne. et aia ꝯſtare. ⁊ hũc ieſum xp̃m fatent̃ et vnã pſonã tm̃ eſſe. añ incarnationẽ ꝟo ſolũmodo ſimplicẽ. ſ3 in icarnatione factã ꝯpoſitã ex diuinitate et hũanitate. Nec eſt ido alia pſona ꝙ̃ prius. ſed cũ prius eſſet dei tm̃ pſona. in icarnatõne facta eſt etiã hois pſona. nõ vt due eſſent pſone ſed vt vna et eadẽ eſſet pſona dei et homis. Perſona ergo q̃ pri⁹ erat ſimplex ⁊ in vna tm̃ natura exñs. in duab⁹ et ex duab⁹ ſubſiſtit naturis. et pſona que tm̃ de⁹ erat. facta eſt etiã ver⁹ hõ. ſubſiſtẽs nõ tm̃ ex aia et carne. ſ3 etiam ex diuinitate. nec tñ pſona illa debet dici facta pſona. ꝗ̃uis dicat̃ facta pſona homis. Facta eſt igit̃ illa pſona (vt q̃buſdã placet) quiddã ſubſiſtẽs ex anima et carne. ſed nõ eſt facta pſona vel ſubſtantia vel natura. et inq̃ʒtum eſt illa ſubſiſtens: cõpoſita eſt. Inquantũ autem verbum eſt: ſimplex eſt.

Autoritates etiam ponit que hãc probant ſententiam. e

De hoc Aug⁹. in libro ſentẽ. ꝓſperi ait. Modis oib⁹ approbare ꝯtendimus ſacrificiũ eccleſie duob⁹ conſtare. duob⁹ confici. viſibili elementoꝝ ſpecie. et inuiſibili dñi noſtri Ieſu xp̃i carne et ſanguine. ſacramento et re ſacri. i. corpore xp̃i. ſicut xp̃i pſona conſtat ⁊ ꝯficit̃ ex deo et hoie. cũ ipſe xp̃s verus ſit deus ⁊ verus homo. Quia omnis res illaꝝ rerum naturam et veritatẽ in ſe continet ex q̃bus cõficit̃. De hoc eodẽ Ioh. damaſcen⁹. In do-
Jo.dam. mino nr̃o Ieſu xp̃o duas quidem naturas cognoſcim⁹. vnã autẽ hypoſtaſim ex vtriſq3 compoſitaʒ. Incarnatus eſt ergo xp̃us ex virgine aſſumẽs primitiaʒ nr̃e maſſe. vt ipſa extiterit i carne hypoſtaſis. que dei ꝟbi hypoſtaſis ꝯpoſita et facta fuerit: q̃ prius ſimplex erat verbi hypoſtaſis. Cõpoſita ꝟo ex duobus pfectis naturis. deitate ⁊ humanitate. et ferat ipſa diuine ꝟbi dei filiationis characteriſticũ et determinatiuũ idioma. ſm q̃ diuiſa eſt a patre et ſpiritu ſancto. et carnis characteriſtica et determinatiua idiomata. ſm que differat a matre et reliquis hominbus. Item. Unã hypoſtaſim filij dei confitemur in duabus naturis pfecte ſe habentib⁹ deitatis ⁊ humanitatiſ et icarnatã eſſe eadẽ hypoſtaſim. et has duas naturas cuſtodiri et manere i ipſo poſt vnioneʒ non ſeorſum et ſm ptes ponentes ſingulã. ſed vnitas inuicẽ in vnã compoſitam hypoſtaſim. ſubſtantialẽ. n. inquimus vnionẽ. ſ. verã et nõ ſm fantaſiaʒ. ſubſtantialẽ aũt nõ duabus naturis pficientibus alterã. ſ. vnã compoſitaʒ naturã. ſ3 vnitas inuicẽ in vnã hypoſtaſim ꝯpoſitã filij dei ⁊ manere eandẽ ſubſtantialẽ differentiã determinamus. Ex creabile manſit creabile. et q3 increabile increabile. et mortale mortale. ⁊ immortale imortale. et circũſcriptibile circumſcriptibile. et incircũſcriptibile incircũ-
ſcriptibile. et hoc quidem refulget miraculis. De hoc etiam Aug⁹. in libro de trinitate ait. Auguſti. Quemadmodũ ſm deitateʒ vna eſt patris filijq3 natura. ita etiam iuxta humanitatẽ. eadem eſt matris et filij vna natura. Ex vtraq3 ergo ſuba ⁊ diuinitatis ⁊ humanitatis vnus atq3 ideʒ eſt deus. dei ⁊ hois filius Jeſus xp̃s. vt verus deus ita etiam homo verus. Ideʒ etiã in lib. xiij. de trinitate. Sic deo ꝯiungi potuit humana natura. vt ex duabus ſubſtãtijs fieret vna pſona. Ac p hoc iã eſt ex tribus. deo. anima et carne. His alijſq3 pluribus autoritatib⁹ ſe muniũt qui dicũt perſonã xp̃i ꝯpoſitã eſſe vel factã ſiue conſtantẽ ex duabus naturiſ ſiue ex tribus ſubſtantijs.

Tertia aliorum ſententia. f

Sũt etiam alij qui in incarnatiõe verbi nõ ſolũ pſonã ex naturis ꝯpoſitaʒ negant. verũetiam hoiem aliquẽ ſiue etiã aliquã ſubſtantiã ibi ex aia et carne compoſitã vel factam diffitent̃. Sed ſic illa duo. ſ. aiam et carnẽ verbi pſone vl' nature vnita eſſe aiunt. vt ñ ex illis duob⁹ vel ex his tribus aliqua natura vel pſona fieret ſiue componeret̃. ſed illis duob⁹ velut indumento verbũ dei veſtiret̃. vt mortaliũ oculis cõgruenter appareret. Qui iõ dicit̃ verus factus hõ. q2 veritateʒ carnis et aĩe accepit. Que duo etiã in ſingularitatẽ vl' vnitatẽ ſue pſone accepiſſe legit̃. non quia illa duo vel aliqua res ex illis compoſita ſit vna pſona cũ verbo. vel ſit verbum ſed q2 illis duobus accedẽtibus ꝟbo: nõ ẽ pſonaꝝ numerus auct⁹ vt fieret q̃ternitas in trinitate. et q2 ipſa pſona verbi que prius

erat ſine indumēto. aſſumptiōe indumenti non ē diuiſa vel mutata. ſ; vna eadēq; immutata ꝑmanſit. Qui ſm habitū deū ⁊ hoiez factū dicūt. Accipiēdo eni hoiem dictus ē deus. factus eſt hō. ⁊ ꝓpter acceptū hominē dicit deus vere eſſe hō. ⁊ ꝓpter aſſumētem deū dicit homo eſſe deus. Nā ſi eſſentialiter inquiūt illi deus eſſe hō. vel homo eſſe deus intelligeretur. tunc ſi deus aſſumpſiſſet hoiem i ſexu muliebri. ⁊ mulier eſſentialiter deus eēt. ⁊ ecōuerſo. At potuit deus aſſumpſiſſe hoiem in ſexu muliebri potuit ergo mulier eſſe deus ⁊ ecōuerſo.

Autoritates inducit quib⁹ hec ſententia roboratur. G

## Ne autez et iſti de

ſuo ſenſu influere videantur: teſtimoniis i mediū ꝓductis. quod dicūt cōfirmāt. Ait
*Auguſti.* enī Auguſtin⁹ in libro de grā noui teſtamēti. Sicut nō auget numerus ꝑſonaꝝ. cum caro accedit anime vt ſit vnus hō. ſic non auget numerus ꝑſonarū cum homo accedit verbo vt ſit vnus homo xp̄s. Legitur itaq; deus homo. vt intelligamus hui⁹ ꝑſone ſingularitatē. nō vt ſuſpicemur in carnē mutatā diuinitatē. Idē quoq; tractās illud verbū apoſtoli. Habitu inuentus eſt vt hō. manifeſte oñdit deū dici factum eſſe hoiem. vel eſſe hoiem ſm habituz. in libro lxxxiij. queſtionū: ita inquiēs. Multis modis habitū dicim⁹. vel habitū animi ſicut diſcipline ꝑceptionē vſu firmatā. vel habitū corꝑis. ſicut dicim⁹ aliū alio validiorez vel habitū coꝝ que membris accomodāt extrinſecus. vt cū dicimus aliquē veſtitū vel calciatū. ⁊ hmōi. In omnib⁹ generib⁹ manifeſtū eſt in ea re dici habituz que accidit vel accedit alicui. ita vt eā poſſit etiam nō hr̄e. Hoc aūt nomē ductū ē ab illo verbo qđ eſt hr̄e. Habitus ḡ in ea re dicit que
*Prima ſpēs habitus.* nobis vt habeat accidit vel accedit. Verūtamen hoc intereſt. q2 quedā coꝝ q̄ accidunt vel accedunt: vt habitū faciāt nō mutant. ſed ipſa mutant in ſe integra ⁊ inconcuſſa manentia. ſicut ſapia accedens homi
*Secunda.* nō ipſa mutat. ſed hominē mutat. quez de ſtulto ſapientē facit. Quedam vo ſic accedunt vel accidūt vt mutent ⁊ mutentur vt cibus qui amittēs ſpeciē ſuā in corpus vertitur. ⁊ nos cibo refecti: ab exilitate atq; lā
*Tertia.* guore in robur atq; valentiam mutamur. Tertiū genus eſt cū ea que accidūt vel accedūt. nec mutant ea quibus accidunt nec ab eis ipſa mutant. ſicut ānulus poſitus i digito. qđ genus rariſſime reꝑitur. Quar-
*Quarta ſpecies congruit huic compationi.* tū genus eſt cū ea que accidūt vel accedūt mutant nō a ſua natura. ſed aliā ſpeciem ⁊ formā accipiunt. vt eſt veſtis que deiecta atq; depoſita nō habet eā formā quam ſumit induta Induta. n. membris accipit formā quam nō habebat exuta. quod genus congruit huic compationi. Deus enī fili⁹ ſemetipm̄ exinaniuit nō formā ſuaz mutās ſed formā ſerui accipiens. neq; conuerſus aut tranſmutatus in hominē amiſſa incommutabili ſtabilitate. ſed in ſimilitudine hominū factus eſt ipſe ſuſceptor veruz hominē ſuſcipiendo habitu inuentus eſt vt hō. id eſt. habendo hoiez inuent⁹ eſt vt homo nō ſibi ſed eis quibus i homie apparuit. Ex aūt dicit vt homo veritatē exp̄mit. nomie ḡ habitus ſatis ſignificauit apl'us qualiter dixerit in ſimilitudinē hoiuz factus. q2 nō trāſfiguratiōe in hoiem. ſed habitu factus eſt. cuz indut⁹ eſt hoiem quem ſibi vniens quodāmodo atq; conformās imortalitati eternitatiq; ſociaret. Non ḡ oportet intelligi mutatū eſſe verbū ſuſceptione homis. ſicut nec mēbra veſte induta mutant. q̄uis illa ſuſceptio ineffabiliter ſuſceptuz ſuſcipienti copularet. His vbis apte innuere videt Aug. deū dici factū hominez ſm habi
*Auguſti.* tum. Qui etiam ipſius incarnationis modum volens exprimere querētibus in. iij.
*De mō incarnationis.* lib. de trinit. ait. Si querit ipſa incarnatio quomō facta ſit: ipſum verbū dei dico carnem factū. i. hoiem factū. Non tamen in h̄ q̄ factuz eſt conuerſū atq; mutatū. ſed carne vt carnibus congruent appareret indutū. Ita ſane factū vt ibi ſit non tm̄ vbū dei ⁊ homis caro. ſed etiaz rōnalis homis aīa Atq; hoc totū ⁊ deus dicat ꝓpter deuz. et homo ꝓpter hominē. Quod ſi difficile intelligit. mens fide purget a peccatis abſtinendo ⁊ bona operando. difficilia enī ſunt hec. Idem in li. de fide ad Petꝝ. Dei fili⁹ cū ſit deus eternus ⁊ verus. ꝓ nobis fact⁹ ē homo verus et plenus. In eo verus. q2 verā habet deus ille humanā naturaz. In eo vero plenus. q2 ⁊ carnem humanam ſuſcepit ⁊ animā rationalē. Item. Nō aliud fuit illa dei ſummi ſuſceptio vel exinanitio niſi forme ſeruilis. i. nature humane ſuſceptio. vtraq; ergo eſt in chriſto forma. quia vtraq; vera ⁊ plena eſt in chriſto ſubſtantia. diuina ſcz ⁊ humana natura. Idē in libro ꝯtra Maximinū. Cum eſſet ꝑ ſeipſuz inuiſibilis. viſibilis in homine apparuit. quem de femina ſuſcipere dignatus ē. Idez

in codē. Nos xp̄m dn̄m verū hominez ſuſcepiſſe credimus. ꝛ in ipſo viſibiliter inuiſibilem hominibus apparuiſſe. In ipſo inter homies ꝯuerſatū fuiſſe. In ipſo ab hominibus humana pertuliſſe. In ipſo homines docuiſſe. Hylarius quoqꝫ in. x. lib. de trini. ait. Quomodo dei filius nat⁹ ex maria eſt niſi ꝙ verbū caro factū eſt. ſcꝫ ꝙ filius dei cum in forma dei eſſet: formam ſerui accepit. Unum tamen eundemqꝫ nō dei defectione ſed hominis aſſumptione ꝓfitemur. ꝛ in forma dei ꝓpter naturā diuinam et in forma ſerui ex conceptione ſpūſſancti ſm̄ hoīs habitū repertū fuiſſe. non fuit habitus ille tm̄ homīs. ſed vt hominis. neqꝫ caro illa caro peccati. ſed ī ſimilitudine carnis peccati. Audiſtis tres ſm̄ diuerſos poſitas ſententias. et pro ſingulis inducta teſtimonia. — Hylarius.

Iſta eſt diſtinctio ſexta huius tertij libri. In qua magiſter poſtꝙ̄ egit de filij dei incarnatione. ſ. de conditionibus conſtituentibus actum vnionis. incipit agere de conditionibus actum vnionis conſequentibus. Et circa hoc tria facit in hac et in ſe. diſtin. Nam primo ponit quinqꝫ queſtiōes. Secundo recitat varias opiniones. Tertio dat queſtionum motaruꝫ ſolutiones. Primū facit vſqꝫ ibi. Alij autē dicunt. Scd̄m abinde vſqꝫ ad finē diſtinctionis Tertium vͦo facit ꝑ totam ſequentē diſtin. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quaꝝ prima eſt hec. Ad hmōi queſtiones. ſcilꝫ an deus factus eſt homo vel homo factus ſit deus ꝛ cōſimiles. difficulter poſſunt dari reſponſiones. Hāc magiſter ꝓbans dicit. ꝙ ex dictis p̄cedentibus emergūt queſtiones difficiles ꝛ dubie. Quaꝝ prima eſt hec. Cuꝫ dicit̄ filius dei factus eſt homo. et deus eſt homo. et homo eſt deus. Utrum deus factus eſt aliquid. vel aliquid dicatur eſſe deus. Secunda eſt. Utruꝫ bene poſſit dici Homo factus eſt deus. ſicut bene dr̄ econuerſo. Deus homo factus eſt. Et reſpondet dicens ꝙ difficile eſt ad hmōi queſtiones reſpōdere: cū multi doctores videant̄ in eaꝝ ſolutionibus diſcordare. ꝛ ſic dimittit eas abſqꝫ vlteriori reſponſione vſqꝫ ad diſtinctionē ſequentē. Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Tres ſunt antiquorū opiniones de eterni verbi incarnatione. Has magiſter recitans non diſcutit. ſed eaꝝ diſcuſſiones legentibus derelinquit. Quarum opinionū prima dicit. ꝙ aīa et corpus xp̄i ordine non tp̄is. ſed nature prius fuerunt ad inuicē vnita ad conſtituendū hominē. ꝛ ſic homo ex eiſdem cōſtitutus fuit a verbo aſſumptus. ꝛ qꝛ homo eſt nomē ſuppoſiti. iō opinio dicit duo ſuppoſita eſſe in xp̄o. vnum creatuꝫ quod ē homo ſubſiſtens in natura humana. aliud increatum verbum ſubſiſtens ī natura diuina. ꝛ ꝗuis ſic in chriſto ponat duo ſuppoſita. in ipſo tamen non ponit niſi vnam ꝑſonam. qꝛ ſuppoſitum creatum ſcꝫ homīs non dicit eſſe ꝑſonam. illa de cauſa ꝙ ꝑſona dicit ſuppoſitum ad dignitateꝫ ꝑtinens. Cū igit̄ ſuppoſitum creatū ī chriſto ſit vnitum ſuppoſito diuino ſeu digniori. ꝑſoneitas in chriſto ſolum accipienda ē a ſuppoſito digniori. ſ. diuino ꝛ non humano. Item iſta opinio dicit. ꝙ ꝓprietas vnius ſuppoſiti in xp̄o nō dicit̄ de altera abſolute. ſed tm̄ cum quadā reduplicatione. Ita ſm̄ iſtam opinionē tales ꝓpoſitiōes non ſunt concedende. Iſte homo demonſtrato xp̄o ē eternus. niſi addatur inquātuꝫ deus. ꝛ ſimiliter iſta Iſte homo eſt mortuus demonſtrato eodem. niſi addatur inq̄tum homo. Iteꝫ opinio hec dicit. ꝙ perſona verbi non fuit magis compoſita poſt incarnationem verbi ꝙ̄ an̄. cum homo aſſumptus ſm̄ ipſaꝫ nō pertineat ad vnitatē perſone diuine Iſta omnia probat magiſter particulatim octo doctoꝝ autoritatib⁹ Secunda opinio quā magiſter recitat. ponit primo ꝙ corpus ꝛ anima xp̄i fuerunt prius natura. et non tempore vnita. non tm̄ ad conſtitutionem ſuppoſiti ſed tm̄ ad conſtitutioneꝫ nature humane. ꝛ ſic a verbo ſimul fuerunt aſſumpta. Secūdo ponit ꝙ in chriſto non eſt niſi vnum ſuppoſitum ſeu vna ꝑſona ſubſtans duabus naturis. Tertio ponit ꝙ ꝓpter vnionem ſuppoſiti in duplici natura poſſint de xp̄o vere p̄dicari nomina ſignificantia ꝓprietates vtriuſqꝫ nature. vt dicendo. Deus eſt paſſus. iſte homo eſt eternus. ꝛ ſic de alijs. Quarto ponit ꝙ perſona verbi poſt incarnationē facta eſt compoſita. que p̄us erat ſimplex. ita intelligendo ꝙ perſona verbi que ante ī carnationē ſubſiſtebat tm̄ in vna natura. poſt incarnationem ſubſiſtit in duabus. Et iſta oīa magiſter ꝓbat diuerſis ſanctoruꝫ autoritatibus. Tertia opinio ponit primo: ꝙ anima chriſti et corpus chriſti diuiſa ab inuicem ſine vlla compoſitiōe inter ſe verbo fuerunt vnita ſeu a verbo aſſumpta. ita ꝙ ſm̄ eam cum dicit̄ filius dei aſſumpſit naturam. locutio intelligenda ē materialiter vt ſit ſenſus. filius dei aſſumpſit naturam humanā. i. aſſumpſit ꝑtes humane nature. que dicunt̄ humana natura ſicut partes dom⁹ dicunt̄ domus Secundo ponit ꝙ anima ꝛ corp⁹ fuerunt vͥbo vnita ſolū accidētalit̄ ꝑ modū extrīſeci habitus. ſicut veſtis vnit̄ corpori. Tertio ponit ꝙ anima xp̄i ꝛ corpus non ꝑtineant ad ꝑſonalitatem vͥbi ſed extrinſece ſe habent ad illam. ſicut indumentum ad hominem. Quarto conſequenter ponit ꝙ in xp̄o ſit vna ꝑſona tam ſimplex poſt incarnationē ſicut an̄ ꝛ iſta omnia fultiant̄ autoritatibus doctorū que patent ī textu. Et ſubdit poſtea quattuor genera habituū. eliciens exinde qualiter verbum dei ſit in carne ꝛ in aīa quaſi habitu indutū.

Poſitis ſentētijs ꝓbatiſqꝫ teſtionijs intelligētias ꝓpoſitarū locutionū exequitur ſm̄ ſingulas ſentētias. ꝛ p̄us ſm̄ primā. a

Secundū primā vͦo dicit̄ deus factus hō et homo factus deus. qꝛ de⁹ cepit eſſe quedā ſubſtātia rationalis que an̄ nō fuerat. et illa ſuba cepit eſſe deus. ꝛ hoc gratia nō natura vel meritis habuit. Un̄ recte dicit̄ xp̄s inq̄tū homo p̄deſtinatus eſſe filius dei. Huic autē ſnīe opponitur. Si illa ſubſtantia cepit eſſe deus. ꝛ deus illa. Quedaꝫ ergo ſubſtantia eſt deus que nō ſemꝑ fuit deus. ꝛ quedaꝫ ſubſtantia eſt deus que non eſt diuina ſubſtantia. ꝛ deus eſt aliquid quod non ſemꝑ fuit. Quod et illi concedunt Origenis teſtimonio innitētes qui ait. Factus eſt ſine — DI. VII — Que opponit̄ur huic ſnīe. — Super ep̄las ad romanos

dubio id quod prius non erat. ſed addidit ſm carnē. Scd̄m deuȝ ỽo erat prius. ⁊ nō erat qn̄ nō erat. Alijs quoqȝ pluribus modis illi ſententie pōt opponi. quibus ſupſedemus exercitationis ſtudiū lectori relinquētes. ⁊ ad aliam pperantes.

Hic explanat ſcd̄m ſniaȝ ⁊ earum locutionū ſenſus. b

# In ſecunda vo ſen

tentia hui⁹ diſtinctionis talis videꝛ rō: vt cū diciꝛ deus factus ē hō. intelligaꝛ cepiſſe eſſe ſubſiſtens ex duabus naturis vel tribus ſubſtātijs. ⁊ ecōuerſo hō fact⁹ eſt de⁹. qꝛ ſubſiſtēs in duabus naturis cepit eē deus. vel potius hō fact⁹ eſt deus. ⁊ econuerſo diciꝛ. qꝛ deus aſſumpſit hoiem: ⁊ hō aſ-
Auguſti. ſumptus ē a deo. Vn̄ Aug. dicit in lib. de trini. Talis fuit illa ſuſceptio que hoieȝ faceret deum. ⁊ deuȝ hoiem. Variaꝛ autē intelligentia cū dꝛ. deus eſt hō. ⁊ hō ē deus. Diciꝛ em̄ deus eſſe pſona ſubſiſtēs in duabus: ⁊ ex duabus naturis. et perſona ſubſiſtens i duabus ⁊ ex duab⁹ naturis dꝛ eē de-
Q non ē idē dicere naturā vel pſonaȝ us. i. verbū vel natura diuina. Pōt em̄ pdicari pſona ſimplex vel natura ꝺ perſona cōpoſita. Non eſt aūt vt ait Joh. Dama. idē dicere naturā vel pſonam.

Ex quo ſenſu dicunt chriſtum predeſtinatum. c

# Iſti dicūt chriſtuȝ

pdeſtinatū inqꝫtum ē hō. i. inqꝫtū eſt ſubſiſtens ex duabus ſubſtātijs. ſ. anima ⁊ carne. Nam qꝫtū ad naturā diuinitatis non ē ipſe pdeſtinatus. Non ḡ inqꝫtum in ea vel ea ſubſiſtit pdeſtinatus ē. ſed inqꝫtū ſubſiſtit in alijs duabus ſubſtātijs. i. in anima ⁊ carne: hoc eſt inqꝫtū eſt homo.

Qualiꝛ exponūt autoritates pme q̄ iſti videnꝛ obuiare ſnie. d

# Determinant etiā

autoritates q̄ prime cōueniūt ſnie. et huic videnꝛ ꝯtradicere. vt cū legiꝛ. hō ille aſſūptus a verbo in ſingularitate pſone. vel factus vna pſona cū verbo de natura humana intelligaꝛ: que ỽbo vnita eſt in ſingularitatē pſone. i. ita qꝫ eadē pſona q̄ pri⁹ erat ⁊ ſimplex erat. ſine icremēto nūeri pſonaꝝ etiā imutata pmāſit liceȝ cōpoſita. Cōpoſitionis ỽo huius aliā dicunt eſſe rōnem qꝫ ſit in alijs hominibus. qꝛ huius ex trib⁹. aliorū ex duabus ſubſtātijs eſt compoſitio. Negant quoqȝ naturā humanā eſſe perſonā vel dei filiū. et ſicut vnū eundēqȝ dicūt eſſe hominē ⁊ deū. ⁊ filiū homis et filiū dei ita vnū ⁊ idem non aliud ⁊ aliud. ſicut nec alium ⁊ alium.

Quedam ponit q̄ pmiſſis videnꝛ aduerſari. e

# Sed his videntur

aduerſari que ſubditis contineꝛ capitulis Ait em̄ Aug⁹ ſup Joh. Aliud ē ỽbū dei. Auguſti.
aliud homo. ſed verbū caro factū eſt. i. hō nō itaqȝ alia verbi. alia eſt hominis pſona qm̄ vtrūqȝ xp̄s ⁊ vna pſona. Idē ad Felicianū. Aliud dei filius. aliud homis filius ſ nō ali⁹. Iteȝ. Dei fili⁹ aliud de pr̄e. aliud de mr̄e. Idē in lib. j. ꝺ trini. Cū fili⁹ ſit ⁊ deus ⁊ hō: alia ſubſtātia deus. alia hō.

Qualiꝛ his reſpondeant. f

# Hec auteȝ in hunc

modū determināt. qꝛ cū diciꝛ. aliud ỽbuȝ dei. aliud hō. ſiue alia ſuba deus. alia homo. alterius nature ſignificatur xp̄s eē inqꝫtum eſt homo. ⁊ alterius inqꝫtum ē de⁹. ⁊ aliud natura q̄ eſt homo. aliud natura q̄ ē deus. Vt em̄ ait Joh. Dama. Incōuer- Jo. Dam̄.
ſe ⁊ inalterabiliter vnite ſunt ad inuicē nature. neqȝ diuina diſtante a ppria ſimplicitate. neqȝ humana aut cōuerſa in deitatis naturā. aut in nō exiſtentiā diuiſa. neqȝ ex duabus vna facta compoſita natura. Cōpoſita em̄ natura neutri eaꝝ ex q̄b⁹ cōponiꝛ naturl: homouſia. i. ꝯſubſtantialis eſſe pōt ex alteris pficiēs alteꝝ. vt corp⁹ ex q̄tuor elemētis cōpoſitū. nec ignis nominaꝛ nec aer. nec terra. nec aqua. nec hoꝝ alicui homouſion diciꝛ. Si ḡ ſm hereticos xp̄s vni⁹ cōpoſite nature poſt vnioneȝ extitit. ex ſimplici natura ꝯuerſus eſt i cōpoſitā. ⁊ neqȝ pr̄i ſimplici nature exn̄ti. neqȝ mr̄i eſt homouſios. ⁊ neqȝ de⁹ neqȝ hō denoiabiꝛ ſ xp̄s ſolū. ⁊ erit hoc nomē. ſ. xp̄s non pſone ipſius natura. ſ vnius ſm ipſos cōpoſite nature. Nos aūt xp̄m non vni⁹ cōpoſite nature dogmatizam⁹. ⁊ hoc nomen. ſ xp̄s pſone dicim⁹. nō monotropos. i. vno mō dictū. ſ duaꝝ naturaꝝ eſſe ſignificatiuū ſ. deitatl ⁊ humanitatl. Ex deitate aūt ⁊ humanitate deū pfectū ⁊ hoiem pfectū eun-

dem ⁊ eſſe ⁊ dici. ex duab⁹ ⁊ in duabus na-
turis confitemur. Sic ergo dicitur aliud eſſe
filius dei. aliud filius homīs. q̄ꝛ alterius ē
ſubſtantie vel nature inq̄ꝫtuꝫ eſt filius dei.
alterius inq̄ꝫtuꝫ eſt filius hominis. non ꝙ
ipſe filius dei ⁊ hominis ſit duo illa diuer-
ſa. id ē. due diuerſe nature.

Autoritate confirmat determina
tionem. g

# Apte enim Hylari

us in. ix. lib. de trini. ait. Cuꝫ non aliud ſit
filius homīs. neq̄ꝫ aliud filius dei. verbuꝫ
enī caro factū eſt. ⁊ cū ille qui filius dei eſt
ipſe ⁊ homīs ſit filius. requiro q̄s in hoc fi
lio hominis glorificatus ſit? Euidenter di
cit non aliud eſſe filiuꝫ dei. ⁊ aliud filiū ho
minis. Ex quo p̄miſſa roboratur ⁊ approba-
tur determinatio.

Alia etiam verba autoritatum an
notat vt determinet. h

# Quod etiā dictum

eſt vtrūq̄ꝫ xp̄s ē: ⁊ vna pſona. mouere po-
Auguſti. teſt lectorē ſicut et illud quod Aug⁹. dicit i
j. li. de trini. Quia forma dei formam ſerui
accepit. vtrūq̄ꝫ deus. vtrūq̄ꝫ hō. Sꝫ vtrū-
q̄ꝫ deus: ꝓpter accipientē deuꝫ. ⁊ vtrunq̄ꝫ
hō ꝓpter acceptū hoīem. Et illud qđ ideꝫ
ait in lib. de bono pſeuerantie. Qui fidelis
ē: i eo veraꝫ naturā humanā credit ſuſcipi-
ente deo verbo ita ſublimatā. vt q̄ ſuſcepit
⁊ qđ ſuſcepit vna eſſet in trinitate perſona.
aſſumptione illa ineffabiliter faciēte perſo-
ne vnius in deo ⁊ hoīe veritatē. Si autem
qui ſuſcepit. ⁊ qđ ſuſcepit vna eſt perſona.
ḡ natura humana cū verbo vna eſt pſona.
Sed hec oīa ex tali ſenſu dicta fore tradūt
vt vtrūq̄ꝫ dicatur eſſe chriſtus et vna pſona
q̄ꝛ in vtroq̄ꝫ vnus chriſtus et vna perſona
Et hic autoritate vtitur vt cōfirmet determinationē. ſubſiſtit. Ita etiā ſuſceptū cū ſuſcipiēte di-
citur vna pſona. q̄ꝛ ſuſceptum ſuſcipienti eſt
ſociatū in vnitate pſone. ⁊ ita ꝙ vnitas p-
ſone pmanſit. nō ita vt caro et aīa ſint vn⁹
deus. q̄ꝛ vt ait Hiero. verbū eſt deus non
caro aſſumpta. Et Ambro. in li. iij. de ſpū
ſancto ait. Aliud eſt qđ aſſumpſit. et aliud
qđ aſſumptum eſt.

Hic quandam ponit autoritatem
que multum videtur huic ſnīe op
poſita. i

# Eſt autem et aliud

quod huic ſententie plurimū videtur obuia
re. Ait enī Aug⁹ in lib. j. ꝯtra Maximinū
Chriſtus vna pſona eſt gemine ſubſtātie.
q̄ꝛ ⁊ de⁹ eſt ⁊ hō eſt. nec tn̄ deus vel hō ps
huius ſubē dici pōt. alioquin filius dei de
us anteq̄ꝫ ſuſcipet formā ſerui: non erat to
tus. ⁊ creuit cū hō diuinitati eius acceſſit.
Ecce deū dicit non eſſe partē illius pſone.
Rñſio eorum cum determinatione. Vñ videtur illa pſona nō conſtare ex deo et
homine. Ad qđ etiā illi dicūt illam pſonaꝫ
nō ita ꝯſtare ex deo ⁊ hoīe: quaſi totuꝫ ex
ptibus. Ita enī ptes alicuius totius cōue
niūt. vt ex illis qđ nō erat cōſtituatur. Non
aūt ſic humana ⁊ diuina natura i xp̄o vni
untur. Inexplicabilis enī eſt iſtius vnionis
q̄ nō eſt ptiū rō. Quidā tn̄ noīe dei ibi pſo-
nā ſignificari putāt. q̄ꝛ de tribus agebat p
ſonis: quaꝝ nullā trinitatis ptem eſſe dice
bat: ſicut ps iſtius pſone nō eſt deus. Qđ
ſi de pſona intelligatur: manifeſtū eſt q̄ pſo
na non eſt ps pſone. Poſita eſt diligenter
ſnīa ſcđa ⁊ eius explanatio. cui in nullo vel
in modico obuiāt autoritates in tertia ſnīa
inducte q̄ iam conſideranda eſt.

Tertia ſnīa que ſit p̄miſſarū ꝓpo-
ſitionū intelligētia. k

# In hac ergo ſentē-

tia ſic đr deus factus homo. q̄ꝛ hoīeꝫ acce-
pit. ſic đr eſſe hō. q̄ꝛ hoīem habet. vel quia
eſt habens hoīem. ⁊ hō factus deus: q̄ꝛ aſ
ſumptus eſt a deo. ⁊ hō eſſe de⁹. q̄ꝛ habēs
hoīem eſt deus. Cuꝫ ḡ dicitur deus ē homo
vel habitus p̄dicatur vel perſona ſed huma
Caſſiod. nata. Et ꝙ pſona humanata p̄dicetur: Caſſi
odorus oſtendere videtur dicēs. Factus eſt
vt ita dixerim humanatus deus: q̄ etiā in
aſſumptiōe carnis: de⁹ eſſe nō deſtitit. Qđ
tn̄ varie accipi pōt vt dicatur deus fact⁹ hu
manatus. vel xp̄s factus deus humanat⁹
vtrūq̄ꝫ enī ſane dici pōt. Cuꝫ ergo dicitur fa
ctus eſt deus hō. multiplex ſm̄ iſtos ſit in
telligentia: vt naturā humanam accepiſſe
vel humanatū verbum eē incepiſſe intelli-
gatur. Nec tn̄ ſi incepit eſſe humanatuꝫ ver-
bum. ideo ſequitur ꝙ inceperit eſſe verbum
nec ſi deus factus eſt humanatum v̄bum.
ſequitur ꝙ factus ſit verbum. ſicut đ aliquo
dicitur. Hodie iſte cepit eſſe bonus hō vel fa
ctus eſt bon⁹ homo. nec tn̄ hodie cepit eſſe
homo: vel factus eſt homo.

Quo ſenſu ſm illos dicat̃ p̃deſtinatus chriſtus. l

## Scd̃m iſtos dicit̃

xp̃s ſm q̃ hõ p̃deſtinatus eẽ filius dei. q2 eſt p̃deſtinatũ a deo ab eterno. ⁊ in tp̃e collatũ eſt ei p gr̃am: vt ipſe ens homo ſit filius dei. hoc. n. nõ ſemp habuit. ſed in tp̃e p

Auguſti. gr̃am accepit. Qd̃ videt̃ Aug. notaſſe ĩ li.

Autoritate cõfirmat expoſitionẽ. ad pſpeꝝ ⁊ hylari. dicẽs. Predeſtinatus eſt ieſus: vt q̃ futur⁹ erat ſm carnẽ fili⁹ dauid: eẽt in ṽtute fili⁹ dei. Hi etiã cũ dicitur xp̃s minoꝛ p̃re ſm q̃ hõ. ſm habituʒ hoc intelligunt dictũ. i. inq̃tũ habet ſibi hoieʒ

Auguſti. vnitũ. Vñ Aug. in. j. li. d̃ trini. Deus fili⁹ deo patri natura ẽ eq̃lis. habitu minoꝛ In forma eñ ſerui minoꝛ eſt patre. In forma dei equalis eſt patri. et q2 ſm habituʒ accipienda ẽ incarnationis ratio. ideo deũ humanatũ: nõ hoiem deificatũ dici tradunt.

Jo. daſ. Vñ Joh. daſ. Non hoiem deificatũ dicimus. ſed deũ hoiem factum.

Q̃ nõ debet dici hõ dñicus. m

## Et licet dicatur ho

mo deus. non tñ cõgrue dicit̃ hõ dñicus.

Auguſti. Vñ Aug. in li. retractationũ. Non video vtꝝ recte dicat̃ hõ dñicus: q̃ eſt mediatoꝛ dei ⁊ hoim xp̃s ieſus. cum ſit vtiq3 dñs. et hoc q̃dem vt dicerẽ apud quoſdaʒ legi catholicos tractatores. Sʒ vbicunq3 hoc dixi: dixiſſe me nollẽ. Poſtea quippe vidi nõ eſſe dicendũ: q̃uis nõnulla poſſet idẽ rõne defendi. Scd̃m iſtos etiam d̃2 pſona filij in duab⁹ ⁊ ex duab⁹ exiſtere natur̃ ſm adherentiã vel inherentiam. Altera eñ inheret ei. altera ineſt.

Q̃ p̃dicta non ſufficiunt ad cognoſcendã hanc q̃ſtionẽ. n

## Satis diligẽter iu

xta diuerſoꝝ ſn̄iam ſup2apoſitam abſq3 aſſertione ⁊ p̃iudicio tractauimus q̃ſtioneʒ. Verũtamẽ nolo i tanta re: tanq3 ad cognoſcendũ difficili putare lectorẽ: iſtam ſibi noſtrã debere ſufficere diſputationem. ſ3 legat ⁊ alia forte melius conſiderata atq3 tractata. et ea q̃ hic mouere pñt: vigilãtioꝛe atq3 intelligentioꝛe ſi põt mente diſcutiat. Hoc firmiter tenẽs q̃ de⁹ hoieʒ aſſũpſit. hõ i deum trãſiuit. nõ nature ṽſibilitate. ſ3 dei dignatiõe. vt nec de⁹ mutaret̃ i hũanã ſb̃am aſſumẽdo hoiem. nec hõ i diuinã glorificatus iſſe i deũ. q2 mutatio vel ṽſibilitas nature: diminutionẽ ⁊ abolitionẽ ſube facit.

Iſta ẽ diſtinctio ſeptima hui⁹ tertij libri. que ↄtinet ſn̄iam tertie opinionis que ẽ hec Scd̃m doctoꝝ diuerſoꝝ opiniones varie dãde ſunt rñſiones q̃ ponunt̃ ſuperius i p̃ma ꝓpoſitiõe. Hanc mgr̃ inſinuans exponit p̃mo p̃mã ꝓpoſitiõeʒ ꝓpoſitã i p̃ma p̃ncipali ꝓpoſitõe p̃cedẽtis diſtinctõis vʒ iſtã. Deus hõ factus ẽ. q̃ valet tm̃ ſicut iſta. Deus incipit eſſe ſubſtãtia rõnalis que prius non erat. Et ex hoc ad iſtã q̃ſtionem cũ d̃2. deus hõ factus ẽ. an de⁹ dicat̃ factus aliud. Scd̃m p̃mã opinionẽ dicit reſpõdendũ eẽ affirmatiue dicẽdo q̃ deus factus ẽ aliq̃d. ſcʒ ſubſtãtia q̃ eſſe cepit. Concedendũ etiã ẽ ſm iſtaʒ opinionẽ. q̃ xp̃s ẽ p̃deſtinat⁹ dei fili⁹. ſed nõ inq̃tuʒ hõ. Sed ↄtra hoc arguit ſic. Si deus incepit eſſe aliqua ſubſtãtia. veꝝ ẽ dicere q̃ deus ẽ aliq̃d qd̃ nõ ſp fuit. Ad qd̃ rñdens dicit. q̃ iſta opinio bñ ↄceditur nõ tñ ſimpl̃r ſed cũ determinatiõe. dicẽdo ſm carnẽ factus ẽ aliq̃d qd̃ p̃us nõ fuit. Scd̃m ſcd̃am opinionẽ ponit duplicẽ intellectũ dictarũ ꝓpoſitionũ. quorũ vnus ẽ. cum d̃2 factus eſt hõ. ſenſus ẽ. q̃ deus incepit eẽ ſubſiſtẽs in duabus naturis. Alius ẽ. q̃ deus humanã naturã aſſumpſit. ſm quam hõ d̃2 eſſe a deo aſſumptus. Et ſubdit q̃ ly hõ p̃t teneri pro pſona vel ꝓ natura. ⁊ ſm hoc diuerſimode i diuerſis ꝓpoſitionib⁹ accipit̃. Subiũgit etiã poſtea ſolutiones autoꝛitatũ diuerſoꝝ que vident̃ dicere q̃ hõ ſit aſſũptus. ⁊ q̃ xp̃s ſit duo. ⁊ q̃ pſona xp̃i nõ ſit cõpoſita que oĩa p̃me opinioni vident̃ cõſonare. ⁊ ſcd̃e opinioni obuiare. ⁊ ille ſolutiões patent in l̃ra. Scd̃m tertiã opinionẽ ponit intellectũ dictarũ ꝓpoſitionũ di. q̃ cũ d̃r. deus factus ẽ hõ. ⁊ deus ẽ hõ. p p̃dicatum ſcʒ ly hõ denotat̃ ſolus habitus. vt ſit ſenſus. de⁹ hʒ hoiem. vel eſt pſona hũanata. ⁊ q̃uis iſtam ↄcedãt. q̃ deus ẽ humanat⁹. non tñ ↄcedũt q̃ hõ eſt deificatus. Sil̃r licet bñ dicat̃ homo ẽ deus. nõ tñ põt dici hõ eſt dñicus. q2 hoc btõ Aug. nõ placuit. imo poſt q̃ frequẽtius hoc dixerat primo retract. ca. xix. hoc ip̃m retractauit. ⁊ ſic vltimo oĩa iſta ĩ duabus diſtinctionibus iſtis diſputatiue dicta mag̃r nõ diſcutit. ſʒ lectoꝛis iudicio diſcutienda derelinq̃t. Pro aliquali p̃dictorũ euidẽtia notandũ ẽ. q̃ p̃cedẽtes opiniones in q̃ttuoꝛ p̃ũctis ↄueniũt ⁊ in q̃ttuoꝛ differũt. Conueniũt eñ p̃mo ĩ hoc: q̃ ponunt in xp̃o vnã pſonã. ↄtra hereticũ Neſtoꝛiũ: q̃ ponit in xp̃o duas. Scd̃o ĩ hoc q̃ ponunt in xp̃o duplicẽ naturã. ſ. diuinam ⁊ humanam ↄtra erroꝛẽ Euticij q̃ poſuit poſt incarnationẽ in xp̃o ex diuina ⁊ hũana natura vnã naturam factã ⁊ in hoc q̃ ponũt tres ſubſtantias in chriſto. ſ. corp⁹ aĩaʒ ⁊ deitatẽ. ↄtra erroꝛem Appollinaris q̃ poſuit aĩam non eẽ a verbo aſſumptã. ſed deitatẽ eſſe loco aĩe. Tertio ↄueniũt in hoc q̃ ponũt veram carnẽ et veram aĩam verbũ aſſumpſiſſe. ↄtra erroꝛẽ Manichei. q̃ poſuit chriſtum h̃re niſi carnem fantaſticam. Quarto ĩ hoc ↄueniũt: q̃ coꝛpus xp̃i ⁊ aĩa non fuerũt p̃us tp̃e q̃ aſſũpta fuerũt. ⁊ contra erroꝛem quorundam dicẽtiũ: q̃ p̃us intellectus fuit aſſumptus ⁊ poſtea hõ. quos narrat Daſ. libro. iij. erraſſe. Similiter in q̃ttuoꝛ p̃ũctis differũt p̃dicte q̃ttuoꝛ opiniones. Primo in hoc q̃ p̃ma opinio ponit duo ſuppoſita in chriſto. Scd̃a aũt ponit tm̃ vnũ ſuppoſitũ ĩ eo qd̃ q̃dẽ idẽ ſuppoſitũ põit ſubſiſtere ĩ duab⁹ naturis Tertia ṽo opinio lʒ ponat tm̃ vnũ ſuppoſitũ ĩ xp̃o. tñ hoc ĩ vna ipſaꝝ naturarũ ponit niſi per accidens

ſubſiſtere. dicit. n. ꝙ ꝗuis corpus xp̄i ⁊ aīa ad rōem xp̄i ꝑtineant. non tñ ſuppoſitū xp̄i in eiſdem ſubſiſtit cū illo ſuppoſito ſolū ab extrinſeco vt teſtes ꝗdā adueniunt. Scd̄o differunt ꝗtum ad hoc ꝙ prima opinio dicit hominē aſſumptū. ſcd̄a humanitatē. tertia ṽo nec ꝓprie hominē nec hūanitatē niſi ſolū ꝑ ſinodochen. ſ. capiēdo ꝑtes diuerſas ꝓ toto. Tertio differūt ꝗtum ad hoc ꝙ ꝑma ponit corpꝰ ⁊ animā aſſūptas vel ꝑtes hoīs aſſumpti ⁊ non ꝑſone aſſumētis. Unde dicit ꝙ ꝑſona aſſumēs modo ſit eque ſimplex ſcꝫ poſt aſſumptionem vt añ fuit. Scd̄a opinio econuerſo ponit eas aſſumptas vt ꝑſone aſſumētis. ⁊ nō hoīs aſſumpti. qꝛ ſm̄ illā opinionē nō hō. ſed humanitas aſſumpta fuit Uñ dicit ꝙ perſona q̄ antea fuit ſimplex facta eſt cōpoſita quodāmodo. Tertia autē ponit eas aſſumptas. nō vt ꝑtes hoīs aſſumpti. nec vt partes perſone aſſumētis. ſed ſolū vt quēdam habitū exteriorē. Quarto differūt in hoc. ꝙ prima opinio ponit ꝙ xp̄s eſt aliq̄d ſm̄ ꝙ ē homo. qꝛ ponit eū fore quoddā ſuppoſitū a verbo aſſumptū. ſed ſecunda dicit ꝙ ſit aliquid ſm̄ ꝙ natura humana. qꝛ natura hūana quā aſſumpſit ꝑdicat̄ de eo ꝯcretiue. Tertia ṽo ponit ꝙ xp̄s non ſit aliud ſm̄ qd̄ ē hō. ſed tñ aliquo mō ſe hn̄s. ſi ē hō indutꝰ aliter ſe habet ꝙ nudus. Uñ ſm̄ primā opinionē qñ dicit̄. filius dei ē hō tunc ſenſus ē ꝙ filius dei ē aliq̄d hominis ſuppoſitū ſibi vnitū. Nam ſm̄ iſtā opinionē xp̄s ſm̄ ꝙ hō vnū eſt ⁊ aliq̄d eſt. ſ. ſuppoſitū. ſed nō ē vnus vel aliquis Cuius rō ē. qꝛ neutꝝ genus ſignificat ſuppoſitū in forme. maſculinū ṽo genꝰ ꝑſonā. Uñ ꝯſequenter dici habet. ꝙ xp̄s ē duno aturalit̄. ſ. ſuppoſitū. ⁊ nō niſi vnū maſculine. qꝛ niſi vna perſona. Sm̄ ſecundam opinionē qñ dicit̄. filius dei ē hō. tūc ſenſus ē. filius dei ē ſuppoſitū hoīs hn̄s hūanitatē ſibi vnitaꝫ. ⁊ ſic ſm̄ iſtam opinionē xp̄s ſm̄ ꝙ ē hō etiam ē aliq̄d. qꝛ ē cōpoſitū ex aīa ⁊ corꝑe ꝯſtitutū. ⁊ ē etiā vnꝰ ⁊ vnuꝫ vnū eīm eſt. ſ. ſuppoſitū in vtraqꝫ natura ſubſiſtens. ⁊ vnꝰ ē. qꝛ vna ꝑſona. Scd̄m tertiā opinionē. cuꝫ dꝛ filius dei ē hō. tūc ſenſus ē. filꝰ dei ē humanitate indutꝰ. ⁊ ſic ſm̄ opinionē iſtam xp̄s non ē aliq̄d ſm̄ qd̄ ē hō. ſed tñ aliquo mō ſe hn̄s. ⁊ ſic etiam xp̄s ē vnū ⁊ vnus in vtraqꝫ natura. nō tñ per ſe ſed ꝑ accidēs. Prima iſtaꝝ opinionū a modernis doctoribus dicitur falſa ⁊ erronea. Scd̄a ṽo catholica. Tertia ṽo ē ſimplr̄ heretica. vt patet extra d̄ here. li. v. ꝑagrapho. Cū chriſtus. vbi Alexander tertꝰ ſimplr̄ anathematizauit oēs dicentes xp̄m ſm̄ ꝙ eſt hō non eē aliquid. Et tñ in ſpeciali.

## An diuina natura debeat dici nata de virgine. a

DI. VIII. Poſt ꝑdicta inquiri debet. vtꝝ d̄ natura diuina ꝯcedenduꝫ ſit: ꝙ de ṽgine ſit nata. ſicut dꝛ ī ṽgine incarnata? Et videt̄ vtiqꝫ nō debere dici nata d̄ ṽgine: cum nō ſit nata d̄ pr̄e. Que eīm res nō ē d̄ pr̄e genita nō dꝛ de mr̄e nata. nec res aliq̄ filiatōis nomē habeat ī hūanitate q̄ illud nō teneat in diuitate. Videt̄ tñ poſſe ꝓbari: ꝙ ſit nata de ṽgine. qꝛ ſi hoc ē naſci deū de ṽgine. ſ. hoīem aſſumere ī vtero ṽginis. cū natura diuina ſuꝑiꝰ dicta ſit hominē aſſūpſiſſe. videt̄ debē dici nata Deꝫ aūt Aug. in li. de fi. ad petrū ſic ait. Natura et̄na atqꝫ diuia nō poſſet tꝑalit̄ ꝯcipi et naſci ex natura hūana. niſi ſm̄ ſuſceptiōeꝫ ṽitatꝭ hūane verā tꝑalit̄ ꝯceptiōeꝫ ⁊ natiuitatē ineffabilis ī ſe diuitas accepiſſet. Sic ē deꝰ etern⁹ veracit̄ ſm̄ tp̄s ⁊ ꝯceptꝰ ⁊ natꝰ ex ṽgine. Iſta auc̄te videt̄ inſinuari ꝙ natura diuia ſit nata et ꝯcepta de ṽgine. Sꝫ ſi diligenter notent̄ verba: potiꝰ de ꝑſona agi intelligit̄ q̄ ſine dubitatione ⁊ de pr̄e ⁊ de matre nata eſſe dici debet. Auguſti.

## De gemina xp̄i natiuitate quibus natus eſt. b

Queri etiam ſolet vtꝝ debeat dici xp̄s bis genitꝰ vt dꝛ dei et hoīs filius? Ad qd̄ dici pōt xp̄m bis natū eē. duaſqꝫ natiuitates habuiſſe. Uñ Aug. ī li. de fi. ad petꝝ. Pater deꝰ de ſua natura genuit filiū deū ſibi coequalē ⁊ coeternuꝫ. Idē q̄ꝫ vnigenitꝰ deus ſcd̄o natꝰ ē ex pr̄e ſemel. ex mr̄e ſemel. Natus eſt eīm de pr̄e dei ṽbū. Natꝰ ē de mr̄e ṽbū caro factū. vnꝰ ꝗ atqꝫ idē dei filius natꝰ ē añ ſecula. ⁊ natꝰ in ſeculo. ⁊ vtraqꝫ natiuitas vniꝰ ē filij dei. diuina. ſ. ⁊ hūana De hoc etiā Ioh. dam̄. ait Duas ꝗ xp̄i natiuitates veneramur. vnaꝫ ex pr̄e añ ſecula q̄ eſt ſuꝑ cām ⁊ rōeꝫ ⁊ tp̄s ⁊ naturā. ⁊ vnā q̄ ī vltimis tēꝑibus ꝓpter nos ⁊ ſm̄ nos ⁊ ſuꝑ nos. ꝓpter nos. qꝛ ꝓpter nr̄aꝫ ſalutē. ſm̄ nos. qꝛ natus ē hō ex muliere: ⁊ tꝑe ꝯceptiōis. ſ. nouē menſium Super nos. qꝛ nō ex ſemine: ſed ex ſpū ſancto ⁊ ſancta ṽgine ſupra legē cōceptionis. Ex his manifeſte apparet xp̄i duas eſſe natiuitates. eundēqꝫ bis natū fore. Auguſti. Io. dam̄.

Iſta eſt diſtinctio octaua huiꝰ tertij libri. In qua mgr̄ poſtq̄ egit de ꝯditiōibꝰ ſequētibus actū vniōis quo ad effectū ex ipſa ſeq̄nteꝫ. agit de eiſdē ꝯditiōibus quo ad naturā vnientē. Et tria circa hoc facit ī iſtis duabꝰ diſtinctiōibꝰ ſequētibꝰ ſil̄ Nam inq̄rit ꝑmo. an natura diuina in xp̄o poſſit dici nata. Scd̄o an rōne duplicis nature xp̄o poſſit dici bis natus. Tertio an xp̄i caro ſit adoranda eadem adoratiōe qua verbū. Primuꝫ facit vſqꝫ ibi. Queri etiam ſolet. Scd̄m vſqꝫ ibi. Preteꝛea inueſtigari oportet. vbi incipit nona diſtinctio. Tertiū ſubiūgit ꝑ totā ſequētē diſtinctionē. In ſpāli ſnīa mgr̄i ī duabꝰ ſequētibꝰ diſtīctōibꝰ ſtat ī tribꝰ ꝓpoſitiōibꝰ. q̄ꝝ ꝑma ē hec. Natura diuia ꝓ ṽbi ꝑſona d̄ ṽgine pōt dici nata. Hanc mgr̄ exequēs q̄rit. Utꝝ natura diuina poſſet dici nata ſic̄ ī ꝑcedētibꝰ pōt dici incarnata. Et nō arguit ex hoc ꝙ ipa nō dꝛ nata de pr̄e natiuitate eterna. ⁊ iō multominꝰ dꝫ dici nata de ṽgine natiuitate tꝑali. In oppoſitū arguit ſic. Naturā hūanā ī vtero ṽgīs aſſumere ē naſci d̄ ṽgine. ſꝫ natura diuia aſſū

pſit humanā in vtero vginis. ergo ipſa ē nata de vir
gine. Et rn̄det q capiendo naturā p pſona pōt dici
q nata diuia ſit nata d vgine. ſꝫ capiēdo naturā p
eēntia mīme dꝫ dici nata. ſiue de pr̄e eēnaliter. ſiue
de mr̄e tpaliter. Vn̄ vbicūqꝫ inuenit dictū q natura
diuina ſit incarnata. ſiue nata de pr̄e vel mr̄e. tūc p
naturā ſp dꝫ intelligi perſona. ꝛ nō abſolute eēntia.
Scd̄a ppoſitio ē hec. Propter duaꝝ naturaꝝ i xp̄o
ppꝛietates. ponunt eiuſdem diſtincte natiuitates.
Hāc mgr̄ ponens q̄rit. Vtrū xp̄s debeat dici bis na
tus ſicut dꝛ filiꝰ dei ꝛ hoīs. Et rn̄det q ppter ppꝛie
tates duaꝝ naturaꝝ in xp̄o. xp̄s pōt dici bis natus
ſeu hr̄e duas natiuitates. Vn̄ hꝫ eternā natiuitateꝫ
a pr̄e. ſm quā ē patri coeternꝰ. ꝛ an̄ ſecula genitus
ꝛ natiuitatem tpaleꝫ. qua ē a mr̄e in ſeculo natus. ꝛ
iſta ꝯfirmat magiſter autoꝛitatibus beati Auguſ. ꝛ
Joh. damaſ.

## De adoꝛatiōe hūanitatis xp̄i. an eadem ſit adoꝛatio humanitati et deitati exhibēda. a

DI. IX

PReterea inue=
ſtigari opoꝛtet. vtꝝ caro xp̄i
ꝛ aīa vna eadēqꝫ cuꝫ vbo de
beat adoꝛatiōe adoꝛari illa. ſ.
q̄ latria dꝛ. Si em̄ aīe vel carni exhibet la=
tria q̄ intelligit ſeruitꝰ ſiue cultꝰ ſoli creato
ri debitꝰ. cū aīa xp̄i vl̄ caro creatura tm̄ ſit
creature exhibet quod ſoli creatoꝛi debet
qd facietī i idolatriā deputat. Jdō q̄buſdā
videt nō illa adoꝛatiōe q̄ latria ē carnē xp̄i
vel aīam xp̄i eſſe adoꝛandā. ſ illa que ē du
lia. cuiꝰ duas ſpēs vel modos eſſe dicunt.
Eſt em̄ cuiuſdā modi dulia q̄ creature cui=
libet exhiberi pōt. ꝛ ē quedaꝫ ſoli hūanita
ti xp̄i exhibēda nō alij creature. qꝛ xp̄i hu
manitas ſup oēm creaturā ē veneranda et
diligēda. Non tm̄ adeo vt cultꝰ diuitati de
bitꝰ ei exhibeat. q̄ cultꝰ i dilectiōe ꝛ ſacrifi=
cij exhibitōe atqꝫ reuerētia ꝯſiſtit: q̄ latine
dꝛ pietas. grece aūt theoſebia. i. dei cultus
vel euſebia. i. bonus cultus.

Quidā dicūt nō illa adoꝛatione adoꝛandū eſſe.

De ſpeciebus dulie.

## Alioꝛū ſnīa qua vnā adoꝛationeꝫ vtriqꝫ exhibendā tradūt. b

Alijs auteꝫ placet
chꝛiſti humanitatē vna adoꝛatione cū ver
bo eſſe adoꝛandaꝫ. nō ppter ſe ſed pꝛopter
illū cuius ſcabelluꝫ eſt cui eſt vnita. Neqꝫ
ipſa humanitas ſola vel nuda. ſed cuꝫ ver
bo cui ē vnita. nec ppter ſe: ſed ppter illuꝫ
cui ē vnita ē adoꝛāda. Nec q̄ hoc facit ido
latrie reus iudicari pōt. qꝛ nec ſoli creatu=
re. nec ppter ipſaꝫ. ſed creatoꝛi cū hūanita
te. et i hūanitate ſua ſeruit. De hoc Johes
dam̄. ita ait. Due ſunt nature xp̄i. ratiōe et
mō differentes. vnite vbo ſm hypoſtaſim.
Unus ergo xp̄s eſt deus pfectus ꝛ homo
pfectus: quē adoꝛamus cū patre ꝛ ſpiritu
vna adoꝛatione cum incontaminata carne
eius. Nō inadoꝛabilem carnem dicentes.
Adoꝛat em̄ in vna vbi hypoſtaſi. q̄ hypo
ſtaſis generata eſt Non creature venerati
onē pbentes. Non g̊ vt nudam carnē ado
ramus. ſed vt vnitā deitati in vnam hypo
ſtaſim dei verbi duabus reductis naturis
Timeo carbonem tangere ppter ligno co=
pulatum ignē Adoꝛo chꝛiſti dei mei ſimul
vtrāqꝫ naturā. ppter carni vnitaꝫ deitatē
Nō em̄ quartā appono pſonā in trinitate.
ſed vnā pſonā cōfiteoꝛ verbi ꝛ carnis eius
His verbis inſinuari videt xp̄i hūanita=
tē vna adoꝛatione cum verbo eſſe adoꝛan=
dā. De hoc etiā Aug. ait ex ſer. dn̄i vbi di=
cit. Non turbet coꝛ vr̄m: ita dicit Dicunt
heretici filiū nō natura eſſe deū ſ creatum.
Quibus rn̄dendū eſt. q̄ ſi filius nō ē deus
natura ſ creatura. nec colēdus ē oīno. nec
vt deus adoꝛādus. dicēte aplo. Coluerūt
ꝛ ſeruierūt potiꝰ creature q̄ꝫ creatoꝛi. Sed
illi ad hoc replicabūt et dicēt. Quid eſt q
carnē eius quā creaturaꝫ eſſe non negas ſi
mul cuꝫ diuinitate adoꝛas. ꝛ ei nō minꝰ q̄ꝫ
diuinitati deſeruis. Ego dn̄icā carnē imo
pfectā in xp̄o humanitatē ideo adoꝛo. q a
diuinitate ſuſcepta et deitati vnita eſt. vt
nō aliū ꝛ aliū. ſed vnū eundēqꝫ deuꝫ ꝛ ho=
minē filiū dei eſſe cōfitear. Deniqꝫ ſi homi
nē ſepaueris a deo. illi nunq̄ꝫ credo nec ſer
uio. velut ſi quis purpurā vel diadema re
gale iacens inueniat. nunquid ea conabit
adoꝛare. Cum vero ea rex fuerit indutus:
piculū moꝛtis incurrit. ſi ea cum rege ado=
rare q̄s contempſerit. Jta in chꝛiſto domi
no humanitatē nō ſolā vel nudā. ſed diui=
nitati vnitā. ſ. vnū filiū deū veꝝ ꝛ hominē
veꝝ ſi quis adoꝛare contempſerit: eterna=
liter moꝛietur. Jdē ſup pſ. xcviij. vbi dici
tur. Adoꝛate ſcabellū pedum eius qm̄ ſan=
ctū eſt. Sciendū qꝛ in xp̄o terra eſt. id ē. ca
ro que ſine impietate adoꝛat. Suſcepit. n.
de terra terraꝫ. qꝛ caro de terra ē. ꝛ de car=
ne Marie carnē accepit. hec ſine impieta
te a vbo dei aſſumpta adoꝛat a nobis. qꝛ
nemo carnē eius mādūcat niſi pus adoꝛet
ſed qui adoꝛat non terram intuetur. ſed il=
lum potius cuius ſcabellū eſt ppter quem
adoꝛat. His autoꝛitatibus pmiſſe inueſti=
gationis abſolutio explicat.

Jo. dam̄.

Auguſti.

Tertia ꝑpoſitio ē hec. Caro chriſti inq̈ꝛtum verbo vnita: ē adoratiōe latrie adorāda. Hanc mgr̄ inſinuans q̄rit. vtrū hūana natura ī chriſto debeat eadē adoratiōe adorari cū verbo cui vnita ē. Et rn̄det circa hoc fore duas opiniōes. q̄ꝝ vna dicit ꝙ nō. q: adoratiōe latrie. q̄ eſt cult⁹ deo dedit⁹ vt creatori. ⁊ qui nulli creature exhiberi debet. ipſe ſolus deus adorari debet. Cū igit̄ caro vel aīa v̄bo vnita ſit vt creatura. patet ꝙ eadē adoratiōe cū verbo non ē adoranda. Eſt tn̄ p̄ ceteris creaturis rationalibus ſimplicit̄ ⁊ p̄cipue adoranda ſeu veneranda non tn̄ vt honor diuinitati exhibit⁹ ei ꝑ ſe attribuat̄ qui q̄dem cultus exhibēdus ꝯſiſtit ī amore ⁊ cordis dilectione. ⁊ honoꝝ tp̄aliū ⁊ ſacrificioꝝ ⁊ mēbrorū exhibitione. ⁊ oīmimoda reuerentia q̄ ſibi minime exhibet̄. Alia opinio que cōmunior ē ⁊ verior apparet dicit. ꝙ humana natura vnita diuine ꝑſone eadem adoratione q̄ diuina perſona adorat̄. eſt pie adoranda ꝯſiderando ſꝫ naturam humanā vt verbo vnitā ⁊ nō ab ipſo ſeparatā. Nam q̄ eā ſic adorat non peccat. q: eam non adorat vt creaturā. ſed vt vnitā diuine perſone. Et iſtam opinionē mgr̄ ꝯfirmat autoritatib⁹ Aug. ⁊ Dam̄. Et tn̄ in ſpeciali.

An xp̄us ſm ꝙ homo ſit perſona vel aliquid. a

DI.X

Argumentatio de vtraq̄ p̄te q̄ſtionis.

**Sed qꝛ nõnulli de** ſenſu in paſſione hũanitatis xp̃i male ſenſiſſe inueniunt̃. aſſerentes ſimilitudinem atqꝫ imaginem paſſionis ⁊ doloris xp̃m hominem ꝑtuliſſe. ẜ nullũ omnino dolorem vel paſſionẽ ſenſiſſe. Autoritatum teſtimonijs eos ↄuincẽtes indubitabile faciam⁹ qđ ſupra diximus. Propheta Eſaias di. Vere lãguores nr̃os ip̃e tulit. ⁊ dolores nr̃os ipſe portauit. Et veritas ip̃a in euãgelio ait. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortez. vbi etiam legit̃. Cepit Jeſus pauere et tedere. Propheta etiã ex ꝑſona xp̃i ait. Repleta eſt malis anima mea. Qđ exponẽs Aug⁹. inqt. Nõ vitijs ⁊ peccatis: ẜ humanis mal' id eſt doloribꝰ repleta fuit aĩa xp̃i qbꝰ ipſa cõpatit̃ carni. Nõ eñ dolor corpis põt eẽ ſine aĩa. Dolere aũt aĩa etiaz nõ dolẽte corpore põt. Hos aũt hũane infirmitatis affectus. ſicut ip̃am carnẽ ac mortẽ nõ ↄditõis neceſſitate: ẜ miſerationis voluntate ſuſcepit. Amb. etiam in li. iij. de tri. ait. Scptuz eſt. Pr̃ ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte Timet ergo xp̃s. ⁊ dum Petrus nõ timet criſtus timet. Petrus dixit. Aĩam meã ponã ꝓ te. Chriſtus dicit. Anima mea turbatur Utrũqꝫ verũ eſt ⁊ ratiõis plenũ ꝙ ⁊ ille q̃ eſt inferior nõ timet. ⁊ ille q̃ ſupior eſt gerit timẽtis affectũ. Idem in eodem. Ut homo turbat̃. vt hõ flet. vt homo crucifigitur. ꝑ naturam hoĩs ⁊ tediauit ⁊ reſurrexit. Nõ turbat̃ eius virtus. Non turbat̃ eius diuinitas: ſed turbat̃ anima. ẜm humane fragilitatis aſſumptionem turbat̃. Nam q̃ ſuſcepit animam. ſuſcepit etiam aĩe paſſionem. Non eñ eo qđ de⁹ erat aut turbari aut mori. Idẽ in eodem. Suſcepit triſticiã meam. ↄfident̃ triſticiã nomino q̃ crucem predico Ut hõ habuit triſticiã quam in eo ſuſcepit affectu. mihi compatit̃. mihi triſtis eſt. mihi dolet. Ergo ꝓ me ⁊ in me doluit: q̃ ꝓ ſe nihil habuit quod doleret. Doles igit̃ domine Jeſu vulnera mea non tua. qꝛ tu non ꝓ te: ſed pro me doles. Hieronymus qꝫ in explanatione fide ait. Nos ita dicimus hominem paſſibilem a deo filio ſuſceptum: vt deitas impaſſibilis ꝑmaneret. Paſſus eſt enim filius dei non putatiue. ſed uere omĩa que ſcriptura teſtatur. ẜm illud quod pati poterat. ſ. ẜm ſubam aſſumptam. Licet ergo ꝑſona filij ſuſceperit paſſibilem hoĩem. ita tamen eius habitatione ẜm ſubam ſuaz nil paſſa eſt. vt tota trinitas quã impaſſibilem neceſſe eſt confiteri. His alijſqꝫ autoritatibus ꝑſpicuum fit xp̃m vere paſſibilem aſſumpſiſſe hominẽ. atqꝫ in eo defect⁹ ⁊ affectus noſtre infirmitatis ſuſcepiſſe. ſed voluntate non neceſſitate conditionis.

Ambro.

Hiero.

**Hic ponit que p̃dictis aduerſari vident̃. e**

**Quedam tamẽ re**periunt̃ in ſanctorũ tractatibus que p̃miſſis aduerſari videntur. Nam ſup illũ locũ pſal. Clamaui ⁊ non exaudies Aug⁹. tradere videt̃ xp̃m nec vere timuiſſe. nec vere triſtatum eſſe dicens ſic. Quomõ hic dicit Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. ſed de nobis corpe ſuo h' dicit. Corporis enim ſui. id eſt eccleſie gerebat perſonam. ſicut ⁊ alibi cũ dicit. Trãſeat a me calix iſte. ꝓ nobis loquitur. niſi forte putatur timuiſſe mori. ſed non vere timebat dominus pati tertia die reſurrecturus. cum arderet Paulus diſſolui et eſſe cũ criſto. Non enim fortior eſt miles qꝫ imperator. Miles enim coronandus gaudet mori. ⁊ dominus coronaturus timet mortem. Sed infirmitatem noſtram repreſentans ꝓ ſuis infirmis qui timẽt mori h' dixit. Uox

Auguſti.

Hiero. ſuper euangelium.

illoꝛum erat. Hiero. etiam ait. Erubeſcant
qui putant ſaluatoꝛē timuiſſe moꝛtē ⁊ paſ=
ſionis pauoꝛe dixiſſe. trāſeat a me calix iſte

### Determinatio autoꝛitatū. f

# Ne aūt in ſacris li=

teris aliqua aduerſa diuerſitas eſſe puteť
harū autoꝛitatū verba in hunc modū acci=
pienda dicimus. vt nō veritatē timoꝛis et
triſticie vel ꝓpaſſionē ſed timoꝛis ⁊ triſti=
cie neceſſitatē et paſſionem a chꝛiſto remo=
uiſſe intelligātur. Habuit eñ xp̄us verum
timoꝛem ⁊ triſticiam in natura hominis. ſ;
non ſicut nos qui ſumus mēbꝛa eiꝰ. Nos
eñ cauſa peccati noſtri his defectibus ne=
ceſſario ſubiacemꝰ. ⁊ in nobis ſunt iſti de=
fectus ſm̄ ꝓpaſſionē ⁊ paſſionē. ſed in chꝛi=
ſto nō niſi ſm̄ ꝓpaſſionē. Sicut eñ in pec=
catis gradus quidā notanť ꝓpaſſio ⁊ paſ=
ſio. ita ⁊ in his penalibus affectibus. Affi=
ciť eñ ꝗs interdū timoꝛe vł triſticia ita vt
mentis intellectus nō inde moueať a recti=
tudine vel dei cōtemplatione. ⁊ tunc pro=
paſſio eſt. aliquādo xͦo mouetur ⁊ turbať
tunc paſſio eſt. Chꝛiſtus xͦo nō fuit ita tur
batus in anima timoꝛe vel triſtitia vt a re=
ctitudine vel dei contemplatione aliquate=
nus declinaret. ſm̄ quē modū intelligitur
cum dicitur non timuiſſe vel triſtis fuiſſe.

De paſſiōe et ꝓpaſſione timoꝛis ⁊ triſticie

Hiero. ſuper Math.

Unð Hiero. ſup math. vbi legitur. Cepit
cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe. Ut veritatē inꝗt ꝓ
baret aſſumpti hominis vere contriſtatꝰ ē
ſed nō paſſio eius dominatur animo. verꝫ
ꝓpaſſio eſt. Unde ait. Cepit ꝯtriſtari. ali=
ud eſt eñ cōtriſtari. aliud incipe ꝯtriſtari.
Quod eſt. aliter contriſtatur quis per pꝛo
paſſionem. aliter ꝑ paſſionem. Ideoq; ſm̄
hanc diſtinctionem aliqñ diciť xp̄us non
vere timuiſſe. aliqñ vere timuiſſe. q: veruꝫ
timoꝛem habuit ⁊ triſticiā. ſed nō ſm̄ paſ=
ſionem: neq; ex neceſſitate conditōis. Unð

Augꝰ. ſuper Johannem.

Augꝰ. ex his cauſis volens aſſumi dictoꝝ
intelligētiā. dicit xp̄m nō vere timuiſſe. vł
triſtatū eſſe ⁊ incontinenti verā triſticiā ha
buiſſe. His verbis infirmus in ſe ꝑſignans
dn̄s ait. Pater ſi fieri poteſt. tranſeat a me
calix iſte. Non eñ vere timebat dn̄s pati
tertia die reſurrecturus. cū arderet Paulꝰ
diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Iſte gaudet coꝛonā=
dus. ⁊ triſtis eſt dn̄s coꝛonaturꝰ. Ecce hic
vid: triſticiā ⁊ timoꝛē a xp̄o remouere. Cō
tinuo aūt ſubiunxit. ſed triſticiam ſic aſſum
pſit quō carnem. Fuit eñ triſtis ſicut euan
gelium dicit. Si eñ triſtis nō fuit cū euan
gelium dicat. Triſtis eſt anima mea ⁊c. er
go ⁊ quando dicit. doꝛmiuit Jeſus. Non
doꝛmiuit. vel quādo dicit manducaſſe. nō
manducauit. ⁊ ita nihil ſanum relinquitur
vt dicať etiam quia coꝛpus non erat verū
Quicꝗd ergo de illo ſcriptum eſt: verum
eſt ⁊ factum eſt. Ergo ⁊ triſtis fuit. ſed vo
luntate triſticiam ſuſcepit veram: quomō
voluntate carnem veram. Apte noſcis eū=
dem ſibi in his verbis cōtradicere. niſi va=
rias dictoꝝ diſcerneret cauſas. Ex quibꝰ
intelligentia xͦboꝝ aſſumenda eſt. Si eniꝫ
diſcernať intelligentie cauſa ꝑdictoꝝ xͦbo
rum nihil occurrit contradictionis.

### De quibuſdā Hilarij capituł val=
de obſcuris que videnť cōi ſentē=
tie obuiare. g

# Uerūtamē magis

mouent ac difficilioꝛē afferunt queſtionem
xͦba Hylarij ꝗbus videtur tradere ictus ⁊
vulnera ⁊ hmōi. ſic in xp̄m incidiſſe. vt paſ
ſionis doloꝛem nō inculeret. ſicͭ telum tra=
ctum ꝑ aquam vel ignem vel aera ea facit.
ꝗ ⁊ cū trahiť ꝑ coꝛpa animata. q: ꝑfoꝛat ⁊
compungit. non tñ doloꝛeꝫ ingerit. q: non
ſunt ille res doloꝛis capaces. Ita ⁊ coꝛpꝰ
xp̄i ſine ſenſu pene vim pene accepiſſe diciť.
q: ſicut coꝛpus noſtrum non hꝫ talem natu
ram. vt valeat calcare vndas. ita coꝛpꝰ xp̄i
dicit non habuiſſe naturam noſtri doloꝛis
quia non habuit naturam ad dolendum. Hylarius.
Ait enim ſic in decimo libꝛo. Unigenitus
deus hominē verum ſm̄ ſimilitudinē no=
ſtri hōis nō deficiens a ſe deo ſumpſit. In
quo ꝗuis aut ictus incideret aut vulnꝰ de
ſcenderet. aut nodi concurrerent. aut ſuſpē
ſio eleuaret. afferrent quidem hec impetuꝫ
paſſionis. non tamen paſſionis doloꝛeꝫ in=
ferrent vt telum aliquod aquam perfoꝛanſ
vel ignem compungēs. vel aera vulnerās.
omnes ꝗdem has paſſiones nature ſue in=
fert vt ꝑfoꝛet. vt compungat. vt vulneret
ſed naturam ſuam in hoc paſſio illata nō re
tinet. dū in natura non eſt vel aquam foꝛa=
ri vel pungi. ignem vel aera vulnerari. ꝗ=
uis nature teli ſit ⁊ vulnerare ⁊ compunge
re ⁊ foꝛare. Paſſus quidem xp̄s eſt dū ce=
ditur. dū ſuſpendiť: dū moꝛiť. ſed in coꝛpꝰ
irruens paſſio. nec nō fuit paſſio. nō tamen
naturam paſſionis exercuit. dum ⁊ penali=

miſterio pena deſeuit. ⁊ vtus corpis ſine ſenſu pene vim pene in ſe deſeuientis excepit. Habuit ſane illud dñicuʒ corpus doloris nr̃i naturam. Si corpus nr̃m id nature habʒ. vt calcet vndas ⁊ fluctus deſuper eat. nec clauſe domus obſtaculis arceatur At vo ſi dominici corpis ſolū iſta natura ſit vt feratur in humidis ⁊ ſtat in liquidis. ⁊ ſtructa tranſcurrat. quid p naturam humani corporis carnem ex ſpū ſancto conceptam iudicamus? Caro illa de celis eſt. et homo ille de deo eſt. habens ad patienduʒ corpus ⁊ paſſus eſt. Sed naturā nō habēſ ad dolendum. Idem in eodem. Videam⁹ an ille paſſionis ordo infirmitatem in dño doloris pmittat intelligi. dilatis eñ cauſis ex quibus metum dño hereſis aſcribit. res ipas vt geſte ſunt conferamus. Nec enim fieri poteſt vt timor eius ſignificeť in verb cuius fiducia continuať in factis. Timuiſſe ergo heretico paſſionem videť. Sed ob ignorantie huius errorem Petr⁹ et ſathanas ſcandaluʒ eſt. An ne timuit mori: q̄ armatis obuius prodijt. ⁊ in corpe ei⁹ infirmitas fuit. Ad cuius occurſum ꝯſternata pſequentium agmina ſupinatis corporib⁹ conciderunt. Quam ḡ infirmitatē dominatam hui⁹ corpis credis. cui⁹ tantā habuit natura vtutem. Sed forte dolorē vulnerū timuit. Quem rogo o tu dominice infirmitatis aſſertor penetrantis carnem claui habuit terrorem. qui exciſam aurem ſolo reſtituit attactu. Producens hec aurem man⁹ clauum dolet. ⁊ ſentit vulnus q̄ alteri dolorem vulneris non reliquit. Pungendi carnis metu triſtis eſt cuius attactu caro poſt cedem ſanať. Item collatis ergo dictorum geſtorūq̄ vtutibus demōſtrari nō eſt ambiguum in natura corpis eius infirmitateʒ corpee nature nō fuiſſe. ⁊ paſſionē illā licet corpi illata ſit. nō tñ naturā dolendi corpi intuliſſe. qꝛ licet forma corpis noſtri eſſʒ in dño. nō tñ vicioſe infirmitatꝭ noſtre forma erat in corpe quod ex conceptu ſpūſſancti vgo ꝓgenuit. Audiſti lector vba Hylarij q̄bus dolorem excludere videť. Sed ſi excuſſa ſenſus ⁊ impietatis hebetudine p̄miſſis diligenť intēdas: atq̄ ipius ſcpture circūſtantiam inſpicias dictorū rationē atq̄ virtutem pcipere vtcūq̄ poteris ⁊ intelligentiam arguere non attemptabis. Intelligitur enim ea rōe dixiſſe dolorē paſſiōis in xp̄m nō incidiſſe. ⁊ vtutem corpis xp̄i excepiſſe vim pene ſine ſenſu pene. quia doloris cauſam ⁊ meritū in ſe nō habuit. qd videtur notaſſe vbi ait. Nō habēs naturam ad dolendū. ⁊ ideo non iudicanda eſt caro illius ſm naturam noſtri corpis. nec in eo etiā dominiū habuit paſſio. Ita etiam nō habuit naturam ad timendū vel triſtādū qꝛ nō habuit talē naturā in qua eſſet cauſa timoris vel triſticie. Itaq̄ neceſſitas timēdi nō fuit in eo ſicut eſt in nobis. Nec natura doloris fuit in eo ſicut eſt in nobis. Triſticiam tñ in eo fuiſſe conſequenť aſſerit. ſ; cauſam eius extitiſſe: nō ſuam mortem: ſed defectum Petri ⁊ alioꝝ apłoꝝ. Dicit eniʒ xp̄m nō ꝓpter mortē: ſed vſq̄ ad mortem triſtem fuiſſe. His vbis. Interrogo q̄d ſit xp̄m triſtē eſſe vſq̄ ad mortē. ⁊ triſtem eſſe ꝓpter mortē. Nō eñ eiuſdē ſignificatiōis eſt triſtē eſſe ꝓpter mortē. ⁊ vſq̄ ad mortē. Quia vbi ꝓpter mortem triſticia eſt: illic mors cā triſticie eſt. Ubi vo triſticia vſq̄ ad mortem eſt. Mors nō triſticie cauſa eſt ſed finis. Adeo aūt non ꝓpter mortē ſuſcepta eſt triſticia. vt ſit deſtituta p mortem. Non ḡ ſibi triſtis eſt: ſ; illis q̄ in ſcādalo p infirmitatem carnis erāt futuri. q̄s monet orare ne inducāť in temptationē. q̄ añ politici erant ſe non ſcandalizari.

De triſticia chriſti ⁊ eius cā ſm eundē

Hylarius in li. d̄ ſynodis.

## Iſta eſt diſtinctio. xv. hui⁹ tertij

libri ⁊ ſecundus tractatus hui⁹ libri. In quo quidē tractatu poſtq̄ mgr̄ egit de eterni vbi incarnatiōe. Agit de eiuſdem vbi incarnati paſſione. Et tria facit in p̄nti diſtinctōe. in q̄ agit de defectib⁹ a xp̄o aſſumptis. Nam p̄mo oſtendit quos defectus verbum cū humana natura aſſumpſit. Scđo rationem hmōi aſſumptionis reddit. Tertio circa hoc quorūdaʒ errorem repellit. Primū facit vſq̄ ibi. Hos auteʒ defectus. Scđm vſq̄ ibi. Sed qꝛ nonnulli. Tertiū vſq̄ ad finem diſtinctiōis. In ſpeciali ſententia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarū p̄ma eſt hec. Filius dei carnem paſſibilē ⁊ animam ꝓ nobis aſſumpſit: ⁊ omnes defectus quos ſue dignitati ⁊ noſtre ſaluti congrue nouit. Hanc magiſter inſinuās ꝓponit primo q̄ filius dei naturam humanam paſſibilem tam quo ad corpus q̄ quo ad animam aſſumpſit. ⁊ vt ꝓbaretur habere verū corpus ⁊ veram animā. aſſumpſit cum natura ipius defectus nature. vt famem. ſitum. triſticiā. timorem ⁊ hmōi. quorū quidam dicuntur defectus aīe. vt triſticia ⁊ timor. Alij corpis. vt fames. ſitis ⁊ hmōi. Uñ vlterius cōcludit q̄ verbuʒ aſſumpſit defectus pene. ſed tñ illos quos ipi ꝓ redemptione generis humani cōgruebat aſſumere. et ſuā dignitatē decebat. Et ſubdit q̄ ſi i ſcptura inuenitur q̄ filius dei omnes nr̄as infirmitates aſſumpſerit p̄ter peccatū. hoc intelligendū eſt de defectibus q̄ ſue dignitati nō derogant. nō eñ aſſumpſit ignorātiam que nūq̄ ſolum eſt pena ſeu defectus ⁊ non culpa. neq̄ aſſumpſit difficultatem ad bene operanduʒ. qđ tamen ſpectat ad noſtram miſeriam ⁊ defectum. ⁊ ꝑ ꝯſequens non aſſumpſit oēs penales defect⁹ anime. Similiť etiā non aſſumpſit oēs defectus corpis. qꝛ non aſſumpſit plures egritudines ⁊ vitia corpis Unde tandem cōcludit q̄ omēs defectus aſſumpſit: quos cum decebat ⁊ nobis cōueniebat ipm accipere

Cū hec paſſionuʒ genera infirmitatem carnis afficiant. deus tñ verbum caro factū non potuit ad ſe demutabilis eſſe patiendo. Vbuʒ eñ q̄a caro factū eſt liceʒ ſe paſſiōi ſubdiderit ñ tñ demutatū eſt paſſibilitate patiendi. Nam pati potuit ⁊ paſſibile eſſe non potuit. qꝛ paſſibilitas nature infirme ſignificatio eſt. paſſio aūt eoruʒ eſt q̄ ſunt illata ꝓpeſſio

quos quidem accepit. vel ad oſtenſionē vere humanitatis. vt timorem vel triſticiã. vel ad impletionem opis ad quod venit. ſ. humane redemptiõis. ꝓpter q̄d aſſumpſit paſſibilitatem corpis vel ad erectionē noſtre ſpei in gloriam immortalitatis. vt mortem corporis. Secũda ꝓpoſitio eſt hec. Chriſtus nr̃as infirmitates non accepit coacta neceſſitate. ſed ſue miſerationis ſpontanea voluntate. Hanc magiſter inſinuans dicit xp̄m hmõi defectus non aſſumpſiſſe ſicut talibus neceſſitate ſubiacemus. ſed ex miſeratõe ſue voluntatis ſponte eos aſſumpſit. Nã nos ex peccato originali eos contrahimus. imo vitare nõ poſſumus. Chriſtus autem peccatum hmõi non contraxit nec actuale cõmiſit. ideo ex debito ſeu neceſſitate ſue conditionis ipos habere non debuit. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Ut heretici humanã naturã in xp̄o paſſibilitati fore ſubiectam negant. ſic ipm chriſtum ſm carnem impaſſibilem fore aſſerunt. Quod magiſter oſtendit eſſe falſum diuerſis ſacri canonis ⁊ ſanctorum autoritatibus que patēt in textu. Et ſubdit poſtea quorũdam autoritatũ declarationē. ſ. Auguſtini ⁊ Hiero. que videnꝛ dicere ꝙ xp̄us non timuit. nec triſtatus extitit. i. nec triſtat⁹ fuit. dicēs eos velle dicere ꝙ xp̄us nõ timuit nec triſtatus fuit coacta neceſſitate ſicut nos q̄nq̄ timem⁹ vel triſtamur. ſed ſpontanea ⁊ libera volũtate. Uel volunt dicere xp̄m nõ timuiſſe vel triſtatũ fuiſſe ſm paſſionem ſicut nos ꝙ vicꝫ ꝑ hmõi paſſionis a ſua rectitudine mens deijcitꝛ ⁊ in dei contemplatiõe impeditꝛ. ſed ꝙ timuit et contriſtabatꝛ ſolũ ſm ꝓpaſſionē que eſt q̄n ſic triſticia quis moueꝛ ꝙ tñ rõ a ſua rectitudīe minime deijcitur ⁊ nec mens a contemplatione diuina declinet. Nam xp̄s fuit immunis a peccato. idõ nõ habuit cauſam hmõi ſuſtinēdi niſi ſponte vellet. Et tñ i ſpēali.

## An in xp̄o fuerit neceſſitas patiendi et moriendi que eſt defectus generalis. a

DI.XVI

b Hic oritur queſtio ex predictis ducens originem. Dictũ eſt eñ ſupra ꝙ xp̄s in ſe nr̄os defectus ſuſcepit. p̄ter peccatũ. Eſt aũt homis q̄dam generalꝭ defect⁹. qui pctm̃ non eſt. ſ. neceſſitas patiendi vel moriendi. Uñ corpus nr̃m non tm̃ mortale: ſ; etiam mortui dicitꝛ. qꝛ nõ tm̃ aptitudinem moriendi: ſed etiã neceſſitatē hꝫ. Jdõ queritur vtrũ neceſſitas talꝭ in xp̄i carne fuerit? De aptitudine eñ moriendi ꝙ in eo fuerit ambiguũ nõ eſt. q̄ etiã añ pctm̃ in hoīe fuit q̄n aliq̄s in eo nõ fuit defect⁹. nec ꝰ mortalitas illa tũc in eo fuit defectus. qꝛ nature ei erat. Uñ etiam q̄dam talē mortalitatem in nobis non eſſe defectũ nõ improbe tradũt. ſed neceſſitatem moriendi vel patiēdi: que etiam mortalitas dicitꝛ vel paſſibilitas. Dicitur eñ hõ nunc paſſibilis vel mortalꝭ. nõ mõ ꝓpter egritudinem: ſ; etiã ꝓpter neceſſitatem. Sed nunq̄d hic defectus fuit i criſti carne? Anima q̄ eius cũ paſſibilis extiterit añ mortem. nunq̄d neceſſitatem patiendi habuit? Si eñ neceſſitas patiēdi vel moriendi fuit in xp̄o. non videtꝛ ſola volũtate miſerationis defectus nr̃os accepiſſe. Ad q̄d dici põt. xp̄m voluntate nõ neceſſitate ſue nature hos defectus ſicut alios ſuſcepiſſe. ſ. neceſſitatem patiendi in anima. ſimul aũt patiendi ⁊ moriendi in carne. Uerum hanc neceſſitatem nõ habuit ex neceſſitate ſue ꝯditionis. qꝛ a peccato immunis ſed ex ſola volũtate accepit. de nr̃a infirmitate ponens tabernaculũ ſuuꝫ in ſole. ſ. ſub temporali mutabilitate ⁊ labore. Uñ ſup epiſtolam ad Hebreos autoritas dicit. q̄a ſicut hominibus alijs iure ⁊ lege nature ſtatutum eſt ſemel mori. ita ⁊ xp̄s eadē neceſſitate ⁊ iure nature ſemel oblatus eſt ⁊ nõ ſepe. Nec ideo dicit iure nature ꝙ ex natura ſue ꝯditiõis hunc defectũ traxerit. q̄ etiam nõ ꝓuenit nobis ex natura ſm q̄d p̄us eſt inſtituta: ſed ex ea peccato viciata. ⁊ idõ dicitur hic effectus naturalꝭ. qꝛ quaſi ꝓ natura inoleuit in omnibus diffuſis.

Q̄ mortalitas añ peccatum nõ fuit i hoīe defect⁹.

An illa mõ ſit in nobis

An aĩa chriſti habuit neceſſitatē patiendi.

## De ſtatu hois et quid de ſingulis xp̄s accepit. b

Et eſt hic notandũ xp̄m de omni ſtatu hois aliq̄d accepiſſe: q̄ oēs venit ſaluare. Sunt eñ q̄tuor ſtatus hois. Prim⁹ añ pctm̃. Scđs p⁹ pctm̃ ⁊ añ grãꝫ. Terti⁹ ſub grã. Quartus in glã. De p̄mo ſtatu accepit immunitatē pcti. Unde Aug⁹. illud Johis euangeliſte exponens. Qui deſurſum venit ſup oēs eſt. Dicit criſtum veniſſe deſurſum. i. de altitudine humane nature añ peccatũ. qꝛ de illa altitudine ſumpſit verbum dei humanã naturam dũ non aſſumpſit ipam culpam cui⁹ aſſumpſit penaꝫ. Sed penã aſſumpſit de ſtatu ſecũdo ⁊ alios defectus. De tertio x̄o gratie plenitudinē. De quarto non poſſe peccare ⁊ dei ꝑfectam ꝯtemplationē. Habuit eñ ſimul bona vie quedaꝫ ⁊ bona patrie. ſic̄ ⁊ q̄dam mala vie.

Aug⁹. ſuper Johãnē euãgeliſtam.

## Iſta eſt diſtinctio. xvj. hui⁹ tertij libri.

In qua mgr̄ poſtq̄ egit de chriſti patiētis paſſibilitate. Agit de patiendi neceſſitate. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo queſtionem quandam ꝓponit. Secundo eam ſoluit. Tertio ſolutionis cõfirmationem adiungit. Primum vſq̄ ibi. Ad q̄d dici poteſt. Scđm vſq̄ ibi. Et eſt hic notanduꝫ. Tertiũ vſq̄ ad finem diſtinctionis. In ſpēali ⁊c̄. quarum p̄ma eſt hec. Chriſtus omēs defectus nr̃os aſſumpſit q̄ nullatenus culpam vel peccatũ includunt. Hec ꝓpoſitio ſupra ꝓbata eſt. igitꝛ ſuppono eam veram. cũ igitur

neceſſitas moriendi ſit defectus quidam ⁊ nõ culpa dubitari poteſt nõ immerito an xp̃s etiã talẽ defectũ aſſumpſit.ſ.neceſſitatẽ moriendi. De aptitudĩe moriendi nõ eſt dubiũ.q2 illa etiã in hoĩe a natura fuit añ peccatũ qñ nullus defectus in eo fuit. q2 illa fuit in homĩe ante a natura añ pctm̃. Et rñdendo ponit ſententiã ſcðe ꝓpoſitionis. Scða ꝓpoſitio eſt hec. 2ª Chriſtus qui immunis fuit a pctõ ſuſcepit neceſſitatem moriendi ſola ſpontanea volũtate ⁊ nl'la coacta neceſſitate. Ratio huius eſt quia vt ſupradictum eſt xp̃s aſſumpſit naturã talem q̃lem hõ habuiſſet ĩ ſtatu innocentie in quo ſtatu non fuiſſet neceſſitas moriendi. Nam neceſſitas moriendi nõ competebat hoĩ ex natura ſue conditiõis ſm' q' natura p̃mitus fuit inſtituta. ſed ſolũ ſm q' poſtea fuit p peccatuȝ viciata. ſed talẽ naturã xp̃s non aſſumpſit. ergo licet neceſſitatem moriendi nõ aſſumpſit: ſponte tñ moriebatur. 3ª Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Chriſtus qui dicit naturaȝ humanã redimiſſe de quolibet ſtatu hoĩs dinoſcitur aliquid aſſumpſiſſe. Hãc mgr̃ ponens dicit q̃druplicem eſſe ſtatum homĩs. quorũ p̃mus fuit añ peccatũ ſcȝ ſtatus innocentie. Secundus fuit poſt peccatum añ gr̃am. ſ. ante mortem xp̃i. Tertius fuit poſt peccatum ⁊ ſub gratia qui iam currit. Quartus erit in gloria expers omnis miſerie. De p̃mo ſtatu accepit xp̃s peccati immunitatem. De ſecũdo penales defectus. De tertio gr̃e plenitudinẽ. De q̃rto non poſſe peccare ⁊ deũ pfecte ꝯtemplari. Cũ igit' Jeſus venit in hunc mundũ tanq̃ vniuerſalis redemptor omnes ſaluaturus naturã humanã aſſumẽs de quolibȝ horum q̃tuor ſtatuũ aliq̃d aſſumpſit. ⁊ iſta ꝯfirmat magiſter autoritate. b. Auguſtini. Et tñ in ſpẽali.

Si omnis xp̃i oratio vel volũtas expleta ſit. a

DI. XVII p Oſt predicta cõſiderari oportet. vtrũ xp̃us aliquid voluerit vel orauerit quod factũ nõ ſit: Hoc ei eſtimari pt̃ p hoc quod ipſe ait. Pater ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Veruntñ non qð ego volo ſed qð tu vis. Hic nanq̃ voluntatem ſuaȝ a patris voluntate diſcernere videtur.

De voluntatibus chriſti ſm duas naturas b

Quo circa ambigẽdũ non eſt. diuerſas in xp̃o fuiſſe voluntates iuxta duas naturas. diuinã. ſ. voluntatem ⁊ humanaȝ. Et humana voluntas eſt affectus rationis vel affectus ſenſualitatis ⁊ ali' eſt affectus anime ſm rationeȝ alius ſm ſenſualitateȝ. vterq̃ tñ dicit' humana voluntas. Affectu añt ratõnis id volebat quod volũtate diuina. ſ. pati ⁊ mori. ſed affectu ſenſualitatis non volebat. imo refugiebat. nec tñ in eo caro contra ſpiritum vel deum cõcupiſcebat. Quia vt ait Aug'. nõ nullum eſt vicium cum caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ. Caro aũt dicta eſt concupiſcere q2 hoc ſm ipſam agit aĩa ſicut anima p aurem audit ⁊ p oculum videt. Caro eñ nihil niſi p animam concupiſcit. Sed concupiſcere dicit' cũ aĩa carnali cõcupiſcẽtia ſpiritui reluctat' habens carnalẽ delectationem de carne ⁊ a carne aduerſus delectationẽ quã ſpiritus habet. Ipſius autẽ carnalis cõcupiſcentia cauſa non eſt in anima ſola. nec in carne ſola. Ex vtroq̃ eñ fit. q2 ſine vtroq̃ delectatio talis non ſequit'. Talis ergo rixa taliſq̃ ꝯcertatio in anima criſti nullatenus eſſe potuit. q2 carnalis concupiſcentia ibi eſſe nequiuit. Dei etiaȝ voluntas erat ⁊ rationi placebat vt illud ſm carnem vellet. quatinus veritas humanitatis in eo ꝓbaret'. Nam qui hominis naturam ſuſcepit. que ipſius ſunt ſubire debuit. Ideoq̃ ſicut in nobis duplex eſt affectus: mentis. ſ. ⁊ ſenſualitatis. ita ⁊ in eo debuit eſſe geminus affectus. vt mentis affectu vellet mori. ⁊ ſenſualitatis affectu nollet. ſicut in viris ſanctis fit Petro eñ ipſa veritas dicit. Cum ſenueris extendes manus tuas. ⁊ alius precinget te. ⁊ ducet te: quo tu non vis. ſ. ad mortem. Quod exponens Aug'. dicit q' Petrus ad illam moleſtiam nolens eſt ductus. nolens ad eam venit. ſed volens eaȝ vicit. ⁊ reliquit affectuȝ infirmitatis quo nemo vult mori. q̃ adeo ẽ naturalis vt eũ petro nec ſenectus abſtulerit. Unde etiam dominus ait. Tranſeat a me calix iſte. ſed vicit euȝ vis amoris. Ergo ⁊ in chriſto ſcðm humanitatẽ ⁊ in membris eius geminus eſt affectus. vnius ratõnis charitate informatus. quo propter deum quis mori vult. alter ſenſualitatis carnis infirmitati propinquus et ei coniunct' quo mors refugitur. Ut eñ Auguſtinus. ait. Paulus mentis ratõe cupit diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. ſenſu autem carnis refugit ⁊ recuſat. hoc habet humanus affect'. qm̃ q̃ diligit vitam odit mortẽ. Scðm iſtũ affectum chriſtus mori noluit. nec obtinuit quod ſm iſtum affectũ pecijt.

Autoritatibus ꝓbat diuerſas in chriſto voluntates. c

Ex affectu ergo humano quem de virgine traxit volebat non mori ⁊ calice3 trãſire orabat. Unde Beda. Beda Orat tranſire calice3. q2 homo erat dicens Pater tranſeat a me calix iſte. Ecce habes voluntatẽ humanã expſſa3. Vide iã rectũ

coꝛ. Sed nõ qđ ego volo: ꝫ qđ tu vis. Vñ
Non veni facere voluntatē meã. quam ſcʒ
tempoꝛaliter ſumpſi ex virgine. ſed volun=
tatem eius qui miſit me. quam .ſ. eternus
habui cum patre. Hic aperte dicit duas in
chꝛiſto fuiſſe voluntates: ſm quas diuer=
Hiero. ſa voluit. Hiero. quoqꝫ ſup illũ locũ. Spi=
ritus promptus eſt: caro autē infirma. dãs
intelligi hic duas voluntates expꝛimi: ita
ait. Hoc contra euticianos qui dicũt ĩ chꝛi
ſto vnam tm̃ voluntatem. Hic autē oſten
dit humanam que ꝓpter infirmitatem car=
nis recuſat paſſionem. ꝛ diuinã q̃ prompta
eſt pficere diſpenſationem. Auguſti. etiam
duas in chꝛiſto aſſerit voluntates dicens.
Augꝰ. ſuper ps. xxxj. Quantũ diſtat deus ab homine. tantũ vo
luntas dei a voluntate hominis. Vnđ ho=
minem xp̃us gerens oſtendit ꝓuatã volun
tatem quandam homis. in qua ꝛ ſuã ꝛ no=
ſtram configurauit. qui caput noſtrum eſt.
ꝛ ad eum ſicut membꝛa ptinemus. Pater
inquit ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte.
Hec humana voluntas erat ꝓpꝛiuʒ aliq̃d
ꝛtanq̃ꝫ priuatum volēs. Sed qꝛ rectũ vult
eſſe hominē. ꝛ ad dñm dirigi: ſubdit. Non
quod ego volo: ſʒ qđ tu vis. Ac ſi diceret.
Vide te in me. qꝛ potes aliq̃d ꝓpꝛium vel=
le. vt deus aliud velit. Conceditˀ h̃ huma=
ne fragilitati. Idem alibi. Xp̃s in paſſione
duas expꝛeſſit voluntates in ſe ſm duas
naturas. Ait enĩ. Pater ſi fieri põt trãſeat
a me calix iſte. Ecce habes hoīs volũtateʒ
quã ad diuinã ꝯtinuo dirigens ait. Verũ=
Ambꝛo. tñ non ſicut ego volo ꝫ ſicut tu. Amb. etiaʒ
in li. iij. de tri. Scriptum eſt. Pr̃ ſi poſſibi=
le eſt tranſfer a me calicem hunc. Verba cri
ſti ſunt. ſed quõ ꝛ in qua forma dicanˀ ad=
uerte. Hominis ſubſtantiã gerit hominis
aſſumpſit affectum. Non g̊ quaſi deꝰ: ꝫ q̃ſi
homo loquiˀ. Suſcepit quidem volunta=
tem meam. Mea eſt voluntas quam ſuaʒ
dixit cum ait. Non ſicut ego volo: ſʒ ſicut
tu vis. Cum aũt dixit. Omnia que habet
pater mea ſunt. qꝛ nihil excipiˀ: ſine dubio
quã pr̃ habet: eandem ꝛ filius hʒ volunta
tem. Eadē eſt xp̃i volũtas q̃ patna. Vna
g̊ voluntas eſt patris ꝛ filij. Sʒ alia volũ=
tas hoīs: alia dei. vt ſcias vitã in volunta=
te eſſe homis. paſſionē aũt xp̃i in voluntate
diuina. vt patereˀ pꝛo nobis. His teſtimo
nijs euidenter docet in xp̃o duas fuiſſe vo
luntates. quod quia negauit Macharius
archiepũs in Metropolitana ſinodo con
demnatꝰ eſt. Et ex affectu humano ſenſua=
litatis quidem non rationis illud voluit et
petijt quod non impetrauit. Nec ideo pe=
tijt vt impetraret. quia ſciebat deum nõ eſ=
ſe facturuʒ illud. Nec illud fieri volebat af
fectu rationis vel voluntate diuinitatis.
Ad quid ergo petijt? Vt membꝛis formaʒ
pꝛeberet imminente turbatione clamandi
ad dominum. ꝛ ſubijciēdi volũtatem ſuaʒ
diuine voluntati. vt ſi pulſante moleſtia triſtentur pro eiuſdem ammotiõe oꝛent. Sed
ſi nequeunt vitare dicant quod ip̃e xp̃us.
Non ergo ad inſipientiam fuit q̄ chꝛiſtus
clamans non auditur ad ſalutem coꝛpoꝛa=
lem. Bonum quidem petijt. ſ. vt non moꝛe
retur. ſed melius erat vt moꝛereˀ. quod et
factum eſt.

De eo qđ Ambꝛoſiꝰ dicit xp̃m du
bitaſſe affectu humano. D

Ceterũ nõ parum
nos mouent v̾ba Ambꝛoſij quibus ſignifi
care videtur chꝛiſtum ſm humanum affe=
ctum de patris potẽtia dubitaſſe. ſic dicẽs
in li. iij. de tri. De quo dubitat: de ſe an de
patre? De eo vtiqꝫ cui dicit tranſfer dubi=
tat hominis affectu. Nam deus de patre
nõ dubitat: nec de moꝛte foꝛmidat. Pꝛo=
pheta etiã nõ dubitat q̃ nihil deo eſſe ipoſ=
ſibile aſſerit. Nam infra homines ꝯſtitues
deum. ꝓpheta non dubitat. ꝛ filiũ dubita=
re tu credis. Vt homo ergo dubitat. vt hõ
locutus eſt. His verbis innui videˀ q̄ cri=
ſtus non inq̃ſtum deus eſt vel dei filiꝰ. ſed
inq̃ſtum homo dubitauerit affectu hũano
Quod ea ratione dictũ accipi põt. non q̃a
ip̃e dubitauerit: ꝫ qꝛ modũ geſſit dubitan=
tis. ꝛ hominibus dubitare videbaˀ.

Verba Hilarij lõge diuerſam ex=
pꝛimentia ſententiã a p̃miſſa. E

Illud etiaʒ ignorã
dum non eſt quod Hylarius aſſerere viđꝛ
xp̃m non ſibi ſed ſuis oꝛaſſe. cuʒ dixit tranſ
fer a me calicē hũc. ſic nec ſibi ꝫ ſuis timuit
Nec eũ timuiſſe vt ſibi nõ eſſet paſſio: ꝫ vt
a ſuis trãſiret calix paſſiõis ita inq̃ens. Sꝫ
paſſio honoꝛificatura eũ erat. ſic iuda exeũ
te ait. Nũc honoꝛificatꝰ eſt filiꝰ hoīs. quõ
triſtem eũ metꝰ paſſiõis effecerat. Niſi foꝛ=
te tam irrationabilˀ fuerit vt pati moꝛteʒ ti
muerit q̃ patientē ſe gloꝛificatura eſſet. Sʒ

forte timuiſſe vſq; eo eſtimabatur vt tranſ
ferri a ſe calicem depcatus ſit dicens. Pat
tranſfer calicem hunc a me. Quomõ enim
ꝑ patiendi metum transferri depcaret a ſe.
qđ ꝑ diſpenſationis ſtudiũ feſtinaret iple-
Hyla .l.x.li. de tri. re. Non enim cõuenit vt pati nolit: qui pa
ti venit. ⁊ cum pati cum velle cognoſceres
religioſius fuerat hoc confiteri. q; ad id im
pie ſtulticie ꝓrumpere. vt euz aſſereres ne
pateretur oraſſe. quẽ pati velle cognoſceres
Non ergo ſibi triſtis. neq; ſibi orat tranſi-
re calicem: ſed diſcipul. ne in eos calix paſ-
ſionis incumbat. quem a ſe tranſire orat. ne
in his. ſ. maneat. Non eñ rogat ne ſecũ ſit:
ſed vt a ſe tranſeat. Deinde ait. Nõ ſicut ego
volo: ſʒ ſicut tu vis. Huãnc in ſe ſollicitudi
nis ſignificans conſortium. ſed non diſcer-
nens ſententiam ſibi cõmunis cuz patre vo
luntatis. Pro hominibus ꝗ vult tranſire ca
licem ꝑ quem omnes diſcipuli erãt tẽptan
di. ⁊ ideo pro Petro rogat: ne deficiat fi-
des eius. Sciens ꝗ hec omnia poſt mortez
ſuã deſtura: vſq; ad mortẽ triſtis eſt. ⁊ ſcit
hunc calicẽ non poſſe tranſire niſi biberit.
Ideo ait. Pater mi ſi non poteſt trãſire ca
lix iſte niſi bibam illũ. Fiat voluntas tua.
Sciens in ſe conſummata paſſione metũ ca
licis tranſiturũ. qui niſi eum bibiſſet tranſi
re non poſſe. nec finis terroris niſi conſum
mata paſſione terrori ſuccederet. quia poſt
mortem eius ꝑ ꝟtutum gloriam apoſtoli-
ce infirmitatis ſcandalũ pelleret. Intende
lector his ꝟbis pia diligẽtia ne ſint tibi va-
ſa mortis.

Iſta eſt diſtinctio decima ſeptima
huius tertij libri. In qua magiſter poſtq; egit de pa
tiendi xp̃i neceſſitate. agit de patientis volũtate. Et
circa hoc tria facit. Nam pmo queſtionẽ circa hoc ꝓ
ponit ⁊ ſoluit. Scđo ſolutiõis ꝯfirmationẽ adiungit
Tertio dubitatiões quaſdã circa hoc excludit. Pri-
mum vſq; ibi. Ex affectu aũt. Secundũ vſq; ibi. Ce
teris nõ parũ. Tertiũ vſq; ad finẽ diſtin. In ſpeciali
ſententia mgr̃i ſtat ⁊c̃. Non quodlibʒ qđ xp̃us oran
do a pr̃e petijt obtinuit. Hanc mgr̃ ponens ꝓponit
talem queſtionem. Utrũ xp̃s aliq̃d orauerit vl̃ petie
rit qđ factum non fuit. qđ quidem videt verũ ꝑ hoc
qđ petebat a ſe transferri calicem paſſionis qđ tamẽ
factũ nõ fuit. in oratiõe etiã videbat a pr̃is volũtate
diſcordare. Pro cuius q̃ſtionis ſolutiõe dicit ꝙ xp̃s
ſm̃ duplicem naturã quã habuit. ſ. diuinã ⁊ hũanaʒ
etiam duplicem habuit voluntatẽ. ſ. diuinam ⁊ hũa
nam. que humana etiam duplex fuit. ſ. ſenſualitatis
⁊ rationis. voluntate diuĩa pati ⁊ mori voluit. ⁊ idẽ
volebat ratiõis affectu. ⁊ tñ affectu ſenſualitatis pa
ti nolebat ſeu pati refugiebat. ꝓpter hoc tñ dicit ꝙ
non fuit rebellio carnis ad ſpũm. quia talis nõ eſt ni-
ſi in illis in quibus eſt carnis concupiſcentia: que in
xp̃o non fuit. fuit tamen in eo ſenſualitatis affectus.
vt humanitatis veritas probaretur. vnde concludit
ꝙ ſicut in membris xp̃i. id eſt in nobis. ita ⁊ in xp̃o
fuit geminus affect⁹ humanitatis. ſ. mentis quo mo
ri volebat ⁊ ſenſualitatis quo mori recuſabat. Se
cunda ꝓpoſitio eſt hec. Scđm doctores xp̃s dupli-
cem voluntatem habuit ſm̃ quarum vnam pati vo-
luit. ⁊ ſm̃ aliam noluit. Hanc magiſter ponens dicit
hoc eſſe contra hereticos in concilio Metropolita-
no cõdemnatos qui ponebant in xp̃o tm̃ vnã volun
tatem. vbi addit ꝙ xp̃s aliquid petijt qđ nõ impetra
uit puta tranſlationem calicis a ſe. imo ſciebat deuz
patrem hoc nõ facturũ. non tñ inuanum orauit: ſed
ad hoc orauit vt ſuis membris imminẽte ꝑturbatiõe
orandi ⁊ clamandi ad deum ⁊ volũtatem ſuã volun-
tati diuine ſubdendi exemplum daret. Tertia ꝓpo-
ſitio eſt hec. Chriſtus in orto de patris ptãte nõ du-
bitauit. ſed ad modum dubitantis ſe habuit. Hanc
mgr̃ ponens dicit quoddam dubiũ fuiſſe exortum ex
dictis beati Ambro. qui videt dicere ꝙ xp̃s ſm̃ hu-
manam naturam de patris potẽtia dubitauit. qđ ſic
dicit eſſe intelligendũ non ꝙ xp̃s dubitauerat inq̃tũ
deus ⁊ dei filius. neq; etiam inq̃tum hõ. ſed qđ dica
tur dubitaſſe. q; modũ geſſit dubitantis ⁊ hominibus
dubitare videbat. Ultimo mgr̃ inducit q̃dam verba
Hilarij q̃bus videt dicere ꝙ xp̃us non ſuꝑ ſe timuit
nec ſm̃ ſe triſtatus fuit. nec ꝓ ſe orauit: ſed pro ſuis
que dicit mgr̃ a lectore pia diligentia eſſe intelligen-
da. Et tm̃ in ſpẽali.

Si xp̃s meruit ſibi et nobis et q̃d
ſibi et quid nobis. a

Di.XVIII

De merito etiã
christi pretermittendũ non eſt.
de quo quidam dicere ſolent ꝙ
nõ ſibi ſed membris tm̃ meruerit. Meruit
quidem membris redemptionem a diabo
lo. a peccato. a pena. ⁊ regni reſerationẽ vt
amota ignea romphea libere pateret introi
tus. ſed ⁊ ſibi meruit impaſſibilitatis ⁊ im-
mortalitatis gloriam. ſicut ait aplus. Chri
ſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad
mortem. mortem autem crucis. ꝓpter qđ ⁊
deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen qđ
eſt ſuper omne nomen. Aperte dicit aplus
xp̃m ꝓpterea exaltatum ꝑ impaſſibilitatꝭ
gloriã: quia eſt humiliatus ꝑ paſſiõis obe
dientiam. Humilitas ergo paſſionis meri-
tum fuit exaltationis. ⁊ exaltatio premium
humilitatis. Unde Aug⁹. exponens pmiſ Auguſti.
ſum capitulũ ait. Ut chriſtus reſurrectiõe
clarificaretur: prius humiliat⁹ eſt paſſiõe
humilitas claritatis eſt meritum. claritas
humilitatis eſt premium. Sed hoc totum
factum eſt in forma ſerui. In forma eñ dei
ſemper fuit ⁊ erit claritas. Idem Ambro. Ambro.
idem capitulũ tractans ait. Quid ⁊ q̃tum
humilitas mereat hic oſtendit. His teſti-
monijs euidens fit. ꝙ chriſtus ꝑ humilita
tem ⁊ obedientiam paſſionis meruit clarifi
catione corporis. nec id ſolũ: ſed etiã impaſſi

bilitatem anime. Anima eñ ipſius añ mortẽ erat paſſibil᷑. ſicut caro mortal᷑: ꝫ poſt mortem merito humilitatis ⁊ anima impaſſibilis facta eſt. ⁊ caro immortal᷑. Utrum autez anima ſit facta impaſſibilis qñ caro facta ẽ immortalis. ſ. ipõ reſurrectionis momento de autoritate nobis certum non eſt. Sz vl᷑ mox poſt carnis ſepationem anima impaſſibilitate donata eſt. aut in reſurrectiõe qñ caro refloruit.

Qz alma xp̃i ſit facta impaſſibil᷑.

## Qđ a ꝯceptu meruit ſibi xp̃s hoc quod ꝑ paſſionem. b

Nec ſoluz hoc meruit chriſtus qñ patri obediens crucẽ ſubijt. ſed etiam ab ipa ꝯceptiõe ex quo homo factus eſt ꝑ charitatem ⁊ iuſticiaz ⁊ alias ꝟtutes. in quarũ plenitudĩe fuit ſm hominem conditus: ſibi tñ meruit q̃tuz poſt ꝑ martyrij tolerantiã. Tãta enim plenitudo ſpũalium cariſmatũ in eo fuit q̃ in eis proficere non potuit. ⁊ ideo melior ipſius anima fieri non potuit. q̃z ab initio ſue ꝯditionis extitit. q̃ꝛ ꝓficere in meritis nõ valuit. Ut eñ Greg⁹. ait. Nõ habuit oĩno xp̃s iuxta anime meritũ quo potuiſſet ꝓficere In membris aũt que nos ſumus quotidie ꝓficit. Non ꝰ plus meruit ſibi ꝑ crucis patibulum q̃z a conceptiõe meruit ꝑ gr̃am virtutum. Non ꝰ ꝓfecit ſm aĩe meritũ quantum ad ꝟtutem meriti. ꝓfecit tñ q̃tum ad numerũ meritorũ. Plura eñ habuit merita in paſſione q̃z in conceptiõe. ſed maioris ꝟtutis non extiterunt in merẽdo pl᷑a q̃z añ fuerant pauciora. Meruit ꝰ a ꝯceptione nõ mõ gl᷑iam impaſſibilitatis ⁊ immortalitatis corpis: ſed etiam impaſſibilitatẽ aĩe. Per q̃d: Per obedientiã ⁊ voluntatem ꝑfectaz quã non tunc p̃mo habuit nec maiorem cum pati cepit ⁊ mori. Obediens eñ ꝑfecte ⁊ bonus extitit ſm hoĩem ex q̃ fuit hõ. Habuit ꝰ anima illa aliqđ bonum in ſe poſt mortẽ qđ non habuit añ. Nõ ꝰ beatior vel melior fuit q̃z añ. Abſit q̃ melior fuerit. q̃ꝛ non ſanctior. nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in dei ꝯtemplatiõe in quo precipue beatitudo ꝯſiſtit. Poteſt tñ dici in hoc beatior fuiſſe. q̃ꝛ ab omni miſeria immunis. Ex quo nequit inferri ſimpliciter q̃ beatior fuerit.

Grego.

## De eo qđ ſcriptum eſt donauit illi nomẽ qđ eſt ſuꝑ omne nomẽ. c

Nec tantũ gloriaz impaſſibilitatis ⁊ immortalitatis meruit: ꝫ etiam donari ſibi nomen quod eſt ſuper omne nomen. ſ. honorificentiam. qđ vocatur deus. hoc tamen ante mortem habuit. Habuit eñ hoc nomẽ dei filius inquantuz deus eſt ab eterno ꝑ naturã. inq̃tuz homo factus eſt habuit ex tempe ꝑ gratiam. Verũtamen Aug⁹. dicit homini donatuz eſſe illud nomen nõ deo. q̃ꝛ illud nomẽ habuit cum in forma dei tantũ erat. Sed cum dicitur ꝓpter quod illum exaltauit. ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. ſatis apparet ꝓpt᷑ q̃d exaltauerit. i. ꝓpt᷑ obedientiam ⁊ in q̃ forma exaltat⁹ ſit. In q̃ eñ forma crucifixus eſt: in ea exaltatus eſt. in ea donatum eſt ei nomen: vt cuz ipa forma ſui nominet᷑ vnigenitus filius dei. hoc illi donatũ eſt vt homi. qđ iam habebat idem ipe deus. Hoc ꝰ ꝑ gratiam accepit: vt ipe ens hõ vt ſubſiſtens in forma ſui. i. in anima ⁊ carne nominet᷑. ⁊ ſit deus. Sed nunq̃d hoc meruit. ſupra eñ dictũ eſt. q̃ꝛ h᷑ tantum bonũ homo ille non meruit. quomõ ꝰ hic dicitur ꝓpter obedientiam donatũ eſt ei hoc nomen. Scđm tropum illũ in ſcp̃tura creberrimũ hoc capiendum eſt. quo dicitur res fieri quando innoteſcit. Poſt reſurrectionem ꝟo quod ante erat in euidenti poſitum eſt vt ſcirent homines ⁊ demones. Manifeſtationem ergo illius nomis donauit ei deus poſt reſurrectionem: ſed illam meruit ꝑ obedientiam paſſionis. q̃ eo q̃ obediuit patiendo: exaltatus eſt reſurgẽdo. ⁊ ꝑ hoc manifeſtatum eſt nomen. Hoc eodem tropo vſus eſt etiã poſt reſurrectionem dicens. Data eſt mihi omĩs poteſtas in celo ⁊ in terra. non q̃ tunc primo accepe rit. ſed quam ante habebat. tunc manifeſtata eſt poteſtas. Ceteꝝ Ambroſius dicit nomen illud donatum eſſe deo non homini. ⁊ videtur ſecus verborum ſuꝑficiem appoſitus Augu. Sed intelligentia nõ obuiat. licet diuerſum ſapiat. Nam Ambroſi⁹ de naturali donatione id dictũ intelligit. qua eternaliter pater generando dedit filio nomen quod eſt ſuper omne nomẽ. ſ. eſſe deũ ꝑ naturam. quia genuit ab eterno filiũ plenum ⁊ ſibi equalem deum. Quod tamẽ nomen apoſtolus propter paſſionis obedientiam chriſto donatum dicit. Sed premiſſo locutionis modo accipiendũ eſt.

Aug⁹. in lĩa cõtra Maximinũ

Qz nomẽ illi datũ ẽ homini ⁊ non deo

Amb. q̃ datum fuit deo ⁊ nõ homini.

Si xp̄us ſine omni merito illa ha-
bere potuit. d

Si vero queritur vtrum xp̄s illam immortalitatis ⁊ impaſſibilitatis gloriam ⁊ nominis dei manifeſtationem ſine omni merito habere potuerit? Sane dici poteſt quia humanam naturam ita glorioſe ſuſcipere potuit. ſicut in reſurrectione extitit. Nomenq́ꝫ ſuū ⁊ aliī hominibus manifeſtare potuit. Sed hō paſſibilis eſſe non potuit ſicut fuit. ⁊ ad illā gloriam ſine merito ꝑuenire. Potuit quidem ꝑuenire ad illam ſine merito paſſiōis. quia potuit conſumpta mortalitate immortalitatis gloria veſtiri: ſed non ſine merito iuſticie ⁊ charitatis aliarumq́ꝫ v̄tutū. Non enim xp̄s homo eſſe potuit: in quo plenitudo virtutum ⁊ gratie non fuit. Nec virtutes ei ineſſe potuerunt cilicio mortalitatis induto quin ꝑ eas mereretur. Habens ergo has virtutes ſcd̄m hominē paſſibilem ac mortalem non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non ergo potuit fact⁹ mortalis ſine merito gloriā impaſſibilitatis et immortalitatis ac manifeſtationem dei nominis cōſequi. Potuit tn̄ hoc aſſequi ſine merito paſſionis. quia ꝑ paſſionem nil ſibi meruit. qđ non an̄ ꝑ v̄tutes meruerit.

De cā mortis et paſſionis xp̄i. e

Ad quid ergo voluit pati ⁊ mori ſi ei virtutes ad merendūꝫ ille ſufficiebant? Pro te: nō ꝓ ſe. Quō pro me? Ut ipſius paſſio ⁊ mors tibi eſſet forma ⁊ cauſa. Forma virtutis ⁊ humilitatiſ. cauſa glorie et libertatis. Forma deo vſq́ꝫ ad mortem obediendi. ⁊ cauſa tue liberatiōis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortis ac paſſionis tolerantiā. qđ ꝑ precedentia nō meruerat. ſ. aditum paradiſi ⁊ redemptionem a peccato. a pena. a diabolo ſi ꝑ mortem eius hic non adepti ſumus ſcꝫ redemptionem ⁊ filiorum glorie adoptionem. Ipſe enim moriēdo factus eſt hoſtia noſtre liberationis. Sed quomō per mortem nos a diabolo ⁊ a peccato redemit: et aditum glorie aperuit? Decreuerat de⁹ in miniſterio vt ait Ambroſius. ꝓpter p̄mūꝫ peccatum non intromitti hominem in paradiſum. id eſt ad dei contemplationē non admitti. niſi in vno homine tanta exiſteret humilitas que omnibus ſuis ꝓficere poſſet. ſicut in p̄mo homine tāta fuit ſuperbia que omnibus ſuis nocuit. Non eſt autem inuētus inter homines aliquis quo id poſſet impleri. niſi Leo de tribu iuda qui aperuit librum. ⁊ ſoluit ſignacula implendo in ſe omnem iuſticiam. id eſt cōſummatiſſimā humilitatem qua maior eſſe nō poteſt. Nā alij homines debitores erant ⁊ vix vnicuiq́ꝫ ſua virtus ſufficiebat et humilitas. Nullus ergo eorum hoſtiam poterat offerre ſufficientem reconciliationi noſtre. Sed chriſtus homo ſufficiens ⁊ ꝑfecta fuit hoſtia. qui multo amplius eſt humiliatus amaritudinem mortis guſtando q̄ꝫ ille Adam ſuperbijt per eſum ligni vetiti noxia delectatione ꝑfruendo. Si ergo illius ſupbia oīm extitit ruina. ipm̄ de ꝑadiſo mittens foras. alijſq́ꝫ accludens ianuam. m̄ltomagis chriſti humilitas quam ꝑ mortem guſtauit. ingreſſum regni celeſtis omnibus ſuis impleto dei decreto apire valuit atq́ꝫ decreti delere cyrographum. Ut enī ait Ambroſius. Tantū fuit peccatū noſtrū: vt ſaluari non poſſemus: niſi vnigenitus dei filius ꝓ nobis moreref debitoribus mortis. ſed ſic dignos nos fecit teſtamenti ⁊ ꝓmiſſe hereditatis. Qđ non ita eſt intelligendū. quaſi nō alio mō ſaluare nos potuerit. q̄ꝫ ꝑ mortem ſuam: ſꝫ q: ꝑ aliam hoſtiā non potuit nobiſ aperiri regni aditus ⁊ fieri ſal⁹: niſi ꝑ mortem vnigeniti. cuius tāta fuit vt dictuꝫ eſt humilitas ⁊ patientia: vt eius merito pateret credentibus in eū adit⁹ regni. Mag̃ ergo in morte vnigeniti preſtita ſunt nobis vt liceat nobis redire in patriam. ſic̄ olim in morte ſummi pontificis: his qui ad ciuitatem refugij confugerant ſecure ad ꝓpria remeare. Ecce aliquatenus oſtenſum eſt: qualiter ꝑ chriſti mortem aditus regni ſit nobis paratus.

Qualiter per mortem redemit nos ⁊ aditum regni aperuit

Ambroſius. ad Roma.

Iſta eſt diſtinctio decimaoctaua. hui⁹ tertij libri. In q̄ mgr̄ poſtq̄ egit đ volūtate xp̄i patientis: agit de merito eiuſdē. Et tria facit. Primo enī tractat de meriti xp̄i ꝑfectiōe. Scđo de ei⁹ tpe ⁊ adeptiōe. Tertio de ipi⁹ neceſſitate. Primum vſq́ꝫ ibi. Nec ſolū ⁊c̄. Scđm vſq́ꝫ ibi. Si v̄o q̄rit. Tertiū vſq́ꝫ ad finē diſtin. In ſpēali ſnīa ⁊c̄. q̄rū p̄ma ē hec. Xp̄s ſua bn̄dicta paſſiōe ſibi ⁊ nob̄ meruit. Hac magiſter inſinuās ꝓponit p̄mo quorūdā opinionē đ merito xp̄i dicētiū q̧ xp̄s tm̄ nob̄ ⁊ nō ſibi meruit. Quā opinionē mgr̄ corrigens dic̄ q̧ ⁊ nob̄ meruit et ſibi. qđ ꝓbat. Nā nob̄ meruit aptōꝫ regni celorū ⁊ redēptionem a diabolo a peccato ⁊ a pena ꝓ ipo debita. Sibi autem meruit corporis immortalitateꝫ claritatem ⁊ impaſſibilitatem aīe. ⁊ hoc ꝑ obedientiā ⁊ hu

miſſitatem ſue paſſionis. Añ mortem eñi ipſius corpus erat mortale ⁊ aĩa eius paſſibil'. Sʒ in hoc tamen dicit adhuc eſſe vnũ dubiũ de quo adhuc nõ ſumus certificati ꝑ aliquã autoritatẽ .ſ. an anima chriſti facta ſit tunc ꝓmo impaſſibilis qñ corpus factum fuit immortale .ſ. in ꝓncipio ſue reſurrectionis. vt q̄dam dicũt. vel facta ſit impaſſibilis ſtatim poſt ſeparationẽ a corꝑe in morte crucis. vt alij aſſerunt. qđ a modernis doctorib⁹ cõmunius tenet' ⁊ ꝓbabili⁹ apparet. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Chriſtus in principio ſue ꝯceptiõis tantũ gradum meriti ſibi acquiſiuit ꝙ ad vlteriorẽ gradum meriti ꝓficere nõ potuit. Sententiam hui⁹ ꝓpoſitiõis magiſter ponens dicit xp̄m iſta .ſ. ꝓdicta meruiſſe nõ ſolũ ꝑ ſuaʒ paſſionem ſed ipa meruerat ab initio ſue conceptiõis. Et hoc ꝓpter plenitudinem gratie ⁊ v̄tutum in quib⁹ ꝓficere non potuit. Unde infert ꝙ poſt initiũ ꝯceptionis ſolũ ꝓfecit q̄tũ ad numerũ meritorũ. qꝛ multiplicit' idem meruit quod ante meruerat. ſed non profecit q̄tum ad efficaciam ſeu v̄tutẽ merendi. Infert etiã ex dictis ꝙ licet anima xp̄i aliquid habuit poſt mortem corꝑis. quod ante nõ habuit puta impaſſibilitatem ⁊ ſimilia. Non tñ pōt dici ſimpliciter ⁊ abſolute beatior poſt mortem corꝑis q̄ ante. ſed ſolũ q̄tuʒ ad aliq̄d .ſ. inq̄tum poſt mortẽ immunis ab omni miſeria extitit. Et ſubdit ꝙ xp̄us non tñ ſibi ſui meruit corꝑis immortalitatem ⁊ ſue anime impaſſibilitateʒ ſed etiam hanc honorificentiã .ſ. ꝙ vocetur deus qđ nomen etiã ante mortem habuit. Inq̄tum q̄dem eſt deus habuit ipm ab eterno ꝑ naturam. inq̄tum quidem eſt factus homo habuit ex temꝑe ꝑ graʒ vnionis. Tamen qꝛ ap̄lus dicit ipm eſſe donatum ꝓpter obedientiam paſſionis. ꝙ ꝑ illam meruit nõ nomis donationem. ſed ipſius nomis manifeſtationẽ. Unđ verba apoſtoli quibus dicit ſibi illud nomen datum ꝓpter paſſionis obedientiam intelligenda ſunt ſ'm quendam intelligendi modum cõmuniter in ſcriptura vſitatum. vt .ſ. res tunc dicat' fieri qñ innoteſcit. nõ obſtante ꝙ ꝓus extiterit. ſic nomen illud qđ xp̄s ante paſſionem habuit ꝑ paſſionem dicit' recepiſſe. quia ꝑ paſſionem innotuit quod ip̄e habuit. Poſtea magiſter ſoluit quandam controuerſiam: que videt' eſſe inter ſanctos .ſ. Augu. ⁊ Ambro. de iſt⁹ nominis donatione. Nam beatus Ambro. dicit illud nomen eſſe donatum deo. Beatus Aug⁹. dicit illud eẽ donatum homi. Quod magiſter diſcutiens dicit. ꝙ beatus Amb. intelligit de donatione naturali: non habendo reſpectum ad humanam naturã. Beatus aũt Aug⁹. intelligit de donatiõe gratuita que reſpicit naturã humanã. ⁊ ſic reliquit eos ſibi mutuo nõ eſſe contrarios. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Chriſt⁹ exiſtens paſſibilis glãm tam anime q̄ corꝑis ſine omni merito habere non potuit. Hanc magiſter ponẽs q̄rit. Utrum xp̄s ſine aliquo merito potuiſſet habuiſſe ꝓdictam nominis manifeſtationem. anime impaſſibilitatem ⁊ corporis immortalitateʒ. Et reſpõdet ꝙ potuiſſet talem naturam aſſumpſiſſe qualis poſt reſurrectionem fuit. potuit etiam nomẽ ſuũ alit' manifeſtaſſe. non tamen potuit eſſe homo paſſibil' et ad illã glãm ſine omni merito ꝑuenire. quia q̄uis potuiſſet ꝑuenire ad illã ſine merito paſſionis. non tñ ſine gratia ⁊ v̄tutibus ad meritũ ſufficientib⁹. Ultio ſubdit ꝙ non obſtante ꝙ gratia et virtutes chriſti ſufficerent ad merendũ ſibi predicta. pati tamen voluit vt nobis eſſet exemplum ⁊ glorie cauſa. et vt nos redimeret a peccatis. a diabolo. a pena. regniq; celeſtis aditum aperiret. Quõ autem ꝑ mortẽ ſuã regnũ illud aperuit oſtendit ꝑ autoritatem Ambro. dicentis ꝙ ſic deus decreuit ex ordine ſue ſapientie ⁊ iuſticie vt homo ad ꝑadiſum non rediret: niſi ꝑ chriſtum qui amplius humiliatus eſt paſſioneʒ guſtando quã ꝓmus homo tranſgreſſus fuit ſuꝑbiẽdo ⁊ q̄uis de⁹ aliter redimiſſe potuit. Iſte tamen redemptiõis modus videtur congruentior pre ceteris. Et tñ in ſpeciali.

## Hic qualiter a diabolo et a peccato nos redemit ꝑ mortem. a

Nunc ergo queramus. quomõ ꝑ mortem ipſius a diabolo ⁊ a peccato ⁊ a pena redempti ſumus. A diabolo ergo ⁊ a peccato per chriſti mortem liberati ſumus. qꝛ vt ait apoſtolus. In ſanguine ipſius iuſtificati ſumus. ⁊ in eo ꝙ ſumus iuſtificati. id eſt a peccatis ſoluti. a diabolo ſumus liberati. qui nos vinculis peccatorũ tenebat. Sed quõ a peccatis ꝑ eius mortẽ ſoluti ſumus? Quia ꝑ eius mortẽ (vt ait ap̄ls) cõmendatur nobis charitas dei .i. apparet eximia et cõmendabil' charitas dei erga nos i hoc ꝙ filiũ ſuũ tradidit in mortẽ ꝓ nobis peccatoribus. Exhibita autẽ tante erga nos dilectionis arra. ⁊ nos mouemur accendimurq; ad diligendũ deũ q̄ ꝓ nobis tantuʒ fecit ⁊ ꝑ hoc iuſtificamur .i. ſoluti a peccatis iuſti efficimur. Mors ergo chriſti nos iuſtificat. dum ꝑ eã charitas excitat' in cordib⁹ noſtris. Dicimur quoq; ⁊ aliter ꝑ morteʒ chriſti iuſtificari. qꝛ ꝑ fidem mortis eius a pctis mũdamur. Unđ ap̄ls. Iuſticia dei eſt ꝑ fidem Ieſu xp̄i. Et itẽ. Quẽ deus propoſuit ꝓpiciatorẽ ꝑ fidem in ſanguie ipſius. id eſt ꝑ fidẽ paſſionis. vt olim aſpicientes in ſerpentem eneum in ligno erectũ a morſibus ſerpentum ſanabant'. Si ergo recte fidei intuitu illũ reſpicimus q̄ ꝓ nobis pepẽdit in ligno. a vinculis diaboli ſoluimur. id eſt a peccatis. ⁊ ita a diabolo liberamur vt nec poſt hanc vitã in nobis inueniat qđ puniat. Morte quippe ſua vno veriſſimo ſacrificio quicquid culparum erat vñ nos diabol⁹ ad luenda ſupplicia detinebat. chriſtus extraxit. vt in hac vita temptando nobis nõ preualeat. Licet enim nos temptet poſt chriſti mortem. quibus modis ante tẽptabat. non tamen vincere poteſt. ſicut ante vincebat. Nam Petrus: qui ante chriſti mortem voce ancille territus negauit. poſt mortem autem reges ⁊ preſides ductus non ceſſit. Quare? quia fortior. id eſt chriſtus veniens in domum fortis. id eſt i corda noſtra vbi diabolus habitabat. alligauit fortem. id eſt a ſeductiõe compeſcuit.

DI. XIX

Aug⁹. i li. de agone chriſtiano

fideliū. vt temptationē que ei adhuc ꝑmit-
titur nō ſequaᷣ ſeductio. Ita in xp̄i ſangui
ne qui ſoluit que non rapuit. redempti ſu-
mus a peccato. ꝛ ꝑ hoc a diabolo. Naȝ vt
ait Aug⁹. in ip̄o vincunᷣ inimice nobis in
uiſibiles poteſtates vbi vincunᷣ inuiſibi-
les cupiditates. Fuſo em̄ ſanguine ſine cul
pa omniū culpaꝝ cyrographa deleta ſunt
q̄bus debitores q̄ in eum credūt a diabolo
ante tenebanᷣ. Unde. Qui ꝓ m̄ltis effun-
detur. Per illū ḡ redempti ſum⁹. in quo p̄n
ceps mundi nihil inuenit. Un̄ Aug⁹. cau-
ſam ꝛ modū noſtre redemptōis inſinuans
ait. Nihil inuenit diabolus in xp̄o vt mo-
rereᷣ. ſed ꝓ voluntate patris mori xp̄s vo
luit. non habens mortis cauſam de pecca-
to: ſed de obedientia ꝛ iuſticia mortem gu-
ſtauit. ꝑ quam nos redemit a ſuitute dia-
boli. Incideramus em̄ in p̄ncipem hui⁹ ſe
culi. qui ſeduxit Adam ꝛ ſuum fecit: cepit
q̄ȝ nos quaſi v̄naculos poſſidere: ſed veīt
redemptor: ꝛ victus eſt deceptor. ꝛ q̄d fecᷣ
redemptor captiuatori noſtro? Tetēdit ei
muſcipulam crucem ſuā. poſuit ibi q̄ſi eſcā
in ſanguinem ſuū. Ille aūt ſanguineȝ fudit
non debitoris ꝑ q̄d receſſit a debitoribus.
Ille quippe ad hoc ſanguinē ſuum fudit. vt
peccata noſtra deleret. Unde ḡ nos diabo
lus tenebat. deletū eſt ſanguine redempto-
ris. Non em̄ tenebat nos: niſi vincul' pec-
catorū noſtrorū. iſte erant cathene captiuo
rum. Uenit ille alligauit fortē vincul' paſſi-
onis ſue. intrauit in domū eius. i. in corda
eorū vbi ip̄e habitabat. ꝛ vaſa eius. ſ. nos
eripuit. que ille impleuerat amaritudīe ſua.
Deus aūt nr̄ vaſa eius eripiens ꝛ ſua faci-
ens: fudit amaritudinē: ꝛ impleuit dulcedi
ne ꝑ mortem ſuā a peccatis redimēs et ad-
optionem glīe filiorū largiens.

Augusti.

### Cur deus homo et mortuus. b

**Factus ē ergo ho-**
mo mortal' vt moriendo diabolū vinceret
Niſi em̄ homo eſſet q̄ diabolū vinceret: nō
iuſte ſed violenter homo ei tolli videretur:
q̄ ſe illi ſpōte ſubiecit. Sed ſi eum hō vicit.
iure manifeſto homiem ꝑdit. ꝛ vt hō vin-
cat neceſſe eſt vt deus in eo ſit q̄ eum a pec-
catis immunem faciat. Si em̄ ꝑ ſe hō eſſet.
vel angelus in homine: facile peccaret. cū
vtranq̄ȝ naturam ꝑ ſe cōſtet cecidiſſe. Ideo
dei filius hominem paſſibileȝ ſumpſit. in q̄
ꝛ morteȝ guſtauit. quo celū nobis aperuit
Iſta eſt diſtinctio octaua hui⁹ q̃rti libꝛi. In qua magiſter poſtq̃ꝫ determiauit ꝺ ſacris baptiſmi et ꝯfirmatiõis. Incipit h̃ determinare ꝺ ſacramẽto euchariſtie. Et tria facit. Pꝛimo eñ determinat quõ ſumẽtes ip̃m ſacr̃m reficit. Scd̃o qñ xp̃s ip̃m iſtituit. Tertio q̃d in euchariſtia ſit ſacr̃m. ꝛ q̃d res diſtinguit. Pꝛimuꝫ vſqꝫ ibi. Hic etiã añ alia. Secũdũ vſqꝫ ibi. Nũc q̃d ibi ſacr̃m ſit. Tertiũ vſqꝫ ad finem diſ. In ſpe. ſen. ꝛc̃. Sicut baptiſm⁹ vicia extinguit ita euchariſtia ſpiritualit̃ reficit. Hanc mgr̃ inſinuans ꝓponit p̃mo ꝙ poſt ſacr̃m baptiſmi ꝛ confirmatiõis: agendũ eſt de ſacro euchariſtie. ꝑ qꝺ ſpũaliter reficimur et in ip̃o ꝯfirmamur. In ip̃o eñ nõ ſolũ cõferunt̃ gratie ꝛ virtutis augmenta. ſed etiaꝫ ille totus ſumit̃ q̃ eſt totius gr̃e fons ꝛ oꝛigo. Fuit autez hoc ſacr̃m figuratũ tp̃e legis ꝑ manna. ſed et ſacr̃m baptiſmi in mari rubꝛo tp̃e aũt xp̃i ꝑ ſanguinẽ qui ꝺ latere eius fluxit: ſicut baptiſmus ꝑ aquã q̃ etiã inde manauit. Ante legẽ ꝟo ꝑ oblationeꝫ panis ꝛ vini factã a melchiſedech. Magiſter etiã ponit alias conueniẽtias hui⁹ ſacri ad mãna. Et oñdit mgr̃ quo illo ẽ excellentioꝛ. ſicut ptꝫ in lr̃a. Scd̃a ꝓpoſitio eſt hec. Sacr̃m euchariſtie xp̃s inſtituit qñ ſuũ coꝛp⁹ et ſanguinẽ ſuis diſcipulis i cena poꝛrexit Hãc mgr̃ inſinuans dicit. ꝙ hoc ſacr̃m inſtitutũ eſt a xp̃o i cena poſt eſum agni paſcalis tp̃e quo xp̃s p̃ſentiã coꝛpoꝛalem erat diſcipulis ſubtractur⁹ Poſtea dicit ꝙ foꝛma huius ſacramenti talis eſt quam ip̃e xp̃s met edidit ſcꝫ hoc eſt coꝛpus meũ ꝛ hic ẽ ſanguis me⁹. Ita ꝙ cum hec verba ꝓferunt̃ fit ꝯuerſio panis ꝛ vini i ſubſtantiã coꝛpis ꝛ ſanguinis xp̃i Cetera vero q̃ in miſſa dicũt̃ ad laudẽ dei dicunt̃. ꝛ ꝑ ea fit oꝛo ꝓ pp̃lo ꝛ p̃ncipib⁹. Vñ nõ ſunt niſi laudes, obſecratiões ꝛ petitiones fideliũ. qꝺ autoꝛitatib⁹ cõfirmat. poſtea reddit cãm q̃re dñs hoc ſacr̃m quaſi quoddam memoꝛiale ſue paſſiõis poſt cenã inſtituit celebꝛato typico cũ diſcipulis ſuis paſca. vt ſcꝫ oñderet ſacr̃a veteris legiſ inter que p̃cipuũ erat ꝯtũ ad ſignificationẽ agni paſcalis ſacrificiũ in moꝛte ſua terminari. ꝛ noue legis ſacr̃a ſubſtituit iter q̃ excellit euchariſtie ſacr̃m poſt alia vero dedit refectionẽ agni paſcalis. ſic ꝛ hoc ſacramentũ artius diſcipuloꝝ memoꝛie infigeret̃. Et q̃uis hoc ſacr̃m a xp̃o fuit poſt cenã datũ. tñ q̃liter ꝺ cetero ſumendũ eẽt diſcipulis reliquit ille a quo inſtitutũ fuit. vt ſcꝫ ꝓpter hui⁹ ſacramẽti reuerẽtiaꝫ iſte cibus pꝛius q̃ꝫ alij cibi in os intret. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec. In iſto ſacro ſunt tria ꝯſiderãda que etiã iter ſe ſunt prudenter diſtinguenda. Hãc mgr̃ intendẽs oñdit quid i euchariſtia ſit ſacr̃m. ꝛ q̃d res ſit dicẽs Qꝫ ſacramentũ eſt ſpecies viſibilis ſub foꝛma panis ꝛ vini. Res ꝟo hui⁹ ſacramenti eſt gemina natura contenta ꝛ ſignata. vt coꝛp⁹ xp̃i veruꝫ qꝺ de virgine traxit ꝛ ſanguis quẽ ꝓ nobis fudit. Alia ꝟo ſignata ꝛ nõ ꝯtenta. vt coꝛp⁹ xp̃i myſticũ qꝺ eſt vnitas eccleſie. Ex quibus vlterius concludit ꝙ in hoc ſacramento ſunt tria diſtinguenda. vnuꝫ qꝺ eſt tm̃ ſacr̃m vt ſpecies viſibilis ꝛ vinum ꝛ panis. Aliud eſt qꝺ ẽ ſacramentũ et res. vt caro chꝛiſti vera et ſanguis verus. Tertiũ ꝟo eſt quod eſt res et non ſacramentuꝫ vt coꝛpus xp̃i myſticũ. Pꝛimũ eſt ſacramentũ gemine rei. ſ. coꝛpis xp̃i veri et myſtici. qꝛ vtrãqꝫ rẽ ſignificat et vtriuſqꝫ rei expꝛeſſam ſimilitudineꝫ gerit. ſicut magiſter oñdit: vt patet in littera. Scd̃m ꝟo ſcꝫ coꝛpus xp̃i verũ eſt res gemini ſacramenti. ſ. ſpeciei panis et vini et coꝛpis xp̃i veri. ſicut patet in lr̃a. Tertium vero eſt res vnius ſacramenti ꝛ ſacr̃m vni⁹ rei. Et tm̃ in ſpeciali.

De duob⁹ modis mãducãdi. a

ET ſicut due ſunt res illius ſacri. ita etiam duo modi mãducandi. Vn⁹ ſacramentalis. ſ. quo boni et mali edunt. Alter ſpiritualis quo ſoli boni manducant. Unde Aug. Quid eſt chꝛiſtũ mãducare? Nõ eſt hoc ſolũ in ſacramẽto coꝛpus eius accipere. multi eñ indigne accipiũt. ſed i ip̃o manere ꝛ habere ipſum in ſe manenteꝫ. Spũaliter eñ manducat q̃ i vnitate chꝛiſti ꝛ eccleſie quã ſacramentũ ſignificat manet. Naꝫ qui diſcoꝛdat a chꝛiſto: nec carnẽ chꝛiſti mãducat. nec ſãguinẽ bibit. ꝛ ſi tante rei ſacr̃m ad iudiciuꝫ ſui quotidie accipiat Spũalem mãducatiõeꝫ Aug. diſtinguẽs a ſacramẽtali ait. Ut q̃d paras ventrẽ ꝛ denteꝫ. crede ꝛ mãducaſti Credere enim in eum hoc eſt comedere panem ꝛ vinũ. Qui credit in eũ mãducat eũ. Itẽ. Quõ mãducãdus eſt chꝛiſtus? Quõ ipſe dic̃. Qui mãducat carnẽ meaꝫ et bibit ſanguinem meuꝫ in me manet et ego in eo. Si in me manet et ego i eo: tũc bibit. q̃ ꝟo in me nõ manet nec ego in illo: et ſi accipit ſacramentũ: acquirit magnũ toꝛmẽtũ. Itẽ

DI. IX

Aug. de verbis euãgelij.

Auguſ. in li. ſniaꝝ ꝓſp̃i.

Aug. i li. ꝺ remedio pnie.

Auguſ. de ſacramẽtis.

Nulli ambigendū eſt tunc quēq̈ corporis et ſanguinis dñi pticipem fieri qñ xp̄i mēbrū efficitur. nec alienari ab illi⁹ panis caliciſq̈ ɔſortio. etiam ſi anteq̈ illū panē edat et calicē bibat de hoc ſeculo in vnitate corporis ɔſtitut⁹ abſcedat. q2 illius ſacramenti bñficio non priuatur. qñ ille in hoc qđ illud ſacramentū ſignat inuenit. In illo em̄ ſacramēto corpus ⁊ ſanguinem ſuū nobis commendauit quod ⁊ fecit nos ip̄os. Naz ⁊ nos corpus ip̄ius facti ſumus. Itē Qui diſcordat a xp̄o nō manducat carnez eius nec ſanguinez. ⁊ ſi tante rei ſacr̄m ad iudicium ſibi quotidie accipit.

De errore quorūdā q̄ dicunt a bonis tm̄ corpus xp̄i ſumi. b

Hec verba et alia hmōi vbi de ſpūali manducatione agitur quidā obtuſo corde legētes erroris caligine inuoluti ſunt adeo vt p̄ſumpſerint dicere corpus ⁊ ſanguinē xp̄i: a bonis tm̄ ſumi ⁊ nō a malis. Sed indubitāter tenēduz eſt a bonis ſumi. nō mō ſacramētaliter. ſed et ſpiritualiter. A malis vero tm̄ ſacramentaliter. i. ſub ſacramento ſcz ſub ſpecie viſibili carnem xp̄i de virgine ſumptā ⁊ ſanguinem p nobis fuſum ſumi. ſed nō miſticam que tm̄ bonorū eſt. Quod ſubditis pbat teſtimonijs. Grego. Eſt q̄dem i peccatoribus et indigne ſumentib⁹ vera xp̄i caro et verus ſanguis. p̄ eſſentia. non ſalubri efficientia Itē Aug. Multi indigne accipiunt corp⁹ dñi de q̄b⁹ apl's ait. Qui mādu cat ⁊ bibit calicē dñi indigne iudiciū ſibi mādu cat ⁊ bibit. Per qđ docemur q̄ ſit cauēdū male accipe bonū. Ecce em̄ factū ē maluz. dū male accipit bonum. ſic ecōtra aplō factū ē bonū. cū bñ accipit malū. ſ. dū ſtimulus ſathane patiēter portat. ḡ ⁊ mala pſūt bonis. ſic angelus ſathane paulo. ⁊ ſancta obſūt malis. bonis ſūt ad ſalutē. malis ad iudiciū. Vñ q̄ māducat ⁊ bibit indigne iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit. non q2 res illa mala eſt. ſed q2 malus male accipit qđ bonum eſt. Idem. Indigne quis ſumens corpus xp̄i non efficit. vt q2 malus eſt: maluz ſit qđ accipit. vel q2 non ad ſalutez accipit nil accipiat. Corpus em̄ et ſanguis dñi nihilominus erat in illis quibus ait apoſtolus. qui manducat indigne ⁊ c̄. His alijſq̈ pluribus apte oſtēditur: q̄ etiam a malis verum corpus chriſti ⁊ ſanguis ſumit. ſed ſacramentaliter nō ſpūaliter.

Grego. in li. dyalogo. iiij.

Aug. de verbis euāgelij

De intelligentia quorūdaz verborum. c

Scđm hos duos modos ſumendi intelligētia quorūdā verborū ambigue dictoruz diſtingnenda eſt. Ait em̄ Aug. Bonus accipit ſacramentū ⁊ rem ſacramenti. malus vero ſacr̄m ⁊ non rem. Sacr̄m hic dicit corpus xp̄i pprium de v̄gine natuz. Rem v̄o ſpūalem xp̄i carnem. Bon⁹ ergo vtrāq̈ xp̄i carnē accipit. Mal⁹ v̄o tm̄ ſacr̄m. i. corp⁹ xp̄i ſub ſacr̄o ⁊ nō rem ſpūalem. Itē. Nō māducās māducat ⁊ māducans nō māducat. q2 nō māducās ſacramētaliter aliqñ māducat ſpiritualiter et ecōuerſo. Et qui māducant ſpiritualiter veritatem carnis ⁊ ſanguinis dicunt ſumere. q2 ip̄am efficientiā habent. i. remiſſionē peccatorū p qua videtur orari cum dicit. Perficiant in nobis dñe queſumus tua ſacramenta qđ cōtinent. vt quod nūc ſpecie gerimus rerū veritate capiam⁹. Rerū veritatez dicit ip̄am efficientiā quaſi p hec ſacramenta p̄ſta. vt ſicut ſacramētaliter carnem xp̄i ſumus. ita ſpiritualiter ſumamus. Vel petit ſacerdos vt xp̄s qui nūc ſub ſpecie panis et vini ſumitur manifeſta viſione ſicut in eſſentia diuinitatis ē qñq̈ capiat. Cōſtat ḡ a bonis ⁊ malis ſumi corpus chriſti. ſed a bonis ad ſalutē. a malis ad perniciem.

Auguſti.

Iſta eſt diſtinctio nona huius q̈rti libri. In q̄ mgr̄ poſtq̄ egit de eſſe hui⁹ ſacr̄i ſm ſe. Hic v̄o determiat de eo q̄tū ad vſum ei⁹. Et tria facit. Primo ſuū intētū pponit Scđo quoſdā errores excludit. Tertio q̄ſdaz autoritates dubias exponit Primū vſq̈ ibi. Hec v̄ba ⁊ alia. Scđm vſq̈ ibi. ſm hos duos modos. Tertiū vſq̈ ad finez diſ. In ſpāli ſnīa mgr̄i ſtat in hac ppōe. Corp⁹ xp̄i q̄dā māducēt ſacramētalit. q̄dā ſpūaliter. q̄dā vtroq̈ mō realiter. Hāc mgr̄ inſinuās pponit p̄mo q̄ ſm duas res hui⁹ ſacr̄i duo ſūt modi māducādi. vn⁹ ſacramētalis q̄ cōſiſtit i ſuſceptione ip̄i⁹ ſub viſibili ſacr̄o. ſ. ſub ſpē panis ⁊ vini. Ali⁹ ſpūalis q̄ cōſiſtit ī vnione ad xp̄m in ſacr̄o cōtētū. Vñ ille ſpālr māducat q̄ in vnitate xp̄i et ecclīe que ſacr̄m ſignificat manet. ⁊ ideo ſoli boni mādacāt ſpūaliter. Sacramentaliter māducare pñt tā boni q̄ mali. tñ mali ad ſuū iudiciū ſumunt. qđ autoritatib⁹ ɔfirmat. Poſtea dicit q̄ rōne quarūdā autoritatū q̄dā poſuerūt q̄ a malis corp⁹ xp̄i nō ſumit. qđ oñdit eē falſū multis autoritatib⁹. q̄ dicūt hoc ſacramentū ſumi et a bonis ⁊ a malis. ſ3 a bonis ſacramentaliter et ſpiritualiter. ſed a malis tantuz ſacramētaliter. Vltimo dat itellectū ɔtrariū q̄rūdā autoritatū. q̄ ſūt dubie vbi oñdit. q̄ nō ſpēs panis et vini. ſ3 etiā ip̄m corp⁹ xp̄i verū pōt dici veruz ſacr̄m. et ex hoc pcedit ad expoſitionē illaz duarū autoritatum in fine cōcludens intentū. ſ. q̄ hoc ſacr̄m tā a bonis q̄ a malis ſumit. Et tm̄ in ſpeciali.

## De hereſi aliorum qui dicunt corpus chriſti non eſſe in altari niſi in ſigno. a

DI. X

Sunt item alij precedentiū inſaniā tranſcendentes qui dei virtutē iuxta modū naturaliū rerum metientes audatius ac ꝑiculoſius veritati contradicunt. aſſerentes in altari non eſſe corpus xp̄i. vel ſanguinē. nec ſubſtātiā panis vel vini in ſbām carnis ⁊ ſanguinis cōuerti. ſ; ita xp̄m dixiſſe: h̄ ē corpus meuz. ſicut ap̄ls dicit: petra aūt erat xp̄s. Dicūt enim ibi eſſe corpus xp̄i tm̄ in ſacr̄o .i. in ſigno ⁊ tm̄ in ſigno manducari a nobis. qui errandi occaſionem ſumunt a verbis veritatis.

Augu. ſuper pſal. liiij.

Unde prima hereſis facta eſt ī diſcipulis xp̄i. Cum eñ diceret. Niſi quis manducauerit carnē meā ⁊ biberit ſanguinez meum non habebit vitā eternā. Illi nō intelligentes dixerūt. durus eſt hic ſermo. quis pōt eū audire. ⁊ abierunt retro. Illis diſcedentibus inſtruxit duodecim qui remanſerāt. Spiritus eſt inq̄t q̄ viuificat. caro nihil ꝓdeſt. verba que locutus ſum vobis ſpiritꝰ et vita ſūt. Intellexiſti ſpiritualiter ſpiritꝰ et vita ſunt. Intellexiſti carnaliter. etiā ſic ſpiritus ⁊ vita ſunt ſed tibi non ſunt. Spiritualiter intellige que locutus ſum. Non hoc corpus qđ videtis manducaturi eſtis et bibituri illū ſanguinē quē fuſuri ſūt qui me crucifigent. Sacramentuz aliquod vobis cōmendaui. ſpiritualiter intellectuz viuificabit vos. caro autē non ꝓdeſt quicq̄. Sunt etiam ⁊ alia illorum inſanie fomitez miniſtrātia.

Augu. ſuper pſal. liiij.

Ait eñ Auguſtinꝰ. Donec ſeculum finiatur ſurſum eſt dominꝰ. ſ; tamen etiā hic nobiſcū eſt veritas dñi. Corpꝰ eñ in quo reſurrexit in vno loco eſſe oportet. veritas aūt eiꝰ vbiq; diffuſa eſt. Itē. Una ꝑſona deꝰ et hō: vbiq; ꝑ id qđ eſt deus. in celo ꝑ id quod hō eſt. Chriſtus etiā dicit. Paupes ſp̄ habebitis vobiſcū. me autem nō ſemꝑ habebitis. His aliiſq; vtunt̄ p̄fati heretici in aſſertione ſui erroris.

## Determinatio p̄miſſoꝝ. b

Que ex eadē ratione noīa accipienda ſunt. non eñ his negat̄ verū corpꝰ xp̄i a fidelibus ſumi vel in altari eſſe. ſed his veritas ap̄los ⁊ in eis nos inſtruxit. Ex ip̄ius corpꝰ nō in ꝑtes direptū vt putauerūt illi diſcipuli qui retro ierunt ſed integrū. nec viſibiliter in forma humana. ſed inuiſibiliter ſub forma panis ⁊ vini corpus ⁊ ſanguinē nobis traderet. Quem ſenſum Augꝰ ꝯfirmat dicens. Ip̄m q̄dem ⁊ nō ip̄m corpus qđ videbatur mādūcat̄ ip̄m inuiſibilit̄. nō ip̄m viſibilit̄. Itē. Et ſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrari neceſſe eſt tñ inuiſibiliter intelligi Ita etiaz intelligendū eſt corpus xp̄i eſſe in vno loco .ſ. viſibiliter in forma humana. veritas tñ eius id ē. diuinitas vbiq; eſt. veritas etiaz eius id eſt. verꝝ corpus in oī altari eſt vbicunq; celebrat̄. Sic etiā illud intelligēduz ē. Pauperes ſemꝑ habebitis vobiſcū. me autē nō ſp̄ habebitis ſcđm corꝑalem p̄ſentiā. ſcz q̄ cū eis ꝯuerſabat̄. Similiter ꝑ id quod homo eſt in celo ē viſibiliter. inuiſibiliter aūt eſt in altari. qꝛ non in forma humana apparet ſed forma panis ⁊ vini opit̄. Unde et inuiſibilis caro eius dicit̄ que vere ē in altari. Sed qꝛ in ſpecie ſua non apparet: inuiſibilis dꝛ.

Auguſ. in li. ſnīaꝝ pſp̄i.

Ait eñ Aug. hoc eſt qđ dicimꝰ: quod modis omnibus approbare cōtendimus ſacrificiū eccleſie duobꝰ cōfici. duobꝰ conſtare: viſibili elementoꝝ ſpē. ⁊ inuiſibili dñi noſtri ih̄u xp̄i carne ⁊ ſanguīe. ſacramēto ⁊ re ſacramēti .i. corꝑe xp̄i: ſicut chriſti ꝑſona ꝯſtat et cōficit̄ ex deo et homine. Cum chriſtus ſit verus deus ⁊ hō. qꝛ omnis res illaꝝ rerum naturā ⁊ veritatē in ſe cōtinet ex quibus ꝯficitur. Conficit̄ autez ſacrificium eccleſie duobꝰ. ſacr̄o ⁊ re ſacramenti .i. corꝑe xp̄i. Eſt ergo ſacr̄m ⁊ res ſacramenti idem corpus xp̄i. Ecce inuiſibilē dixit carnē xp̄i. qꝛ forma panis opta ſumitur ⁊ tractat̄. Idemq; corpus xp̄i dixit eſſe ſacr̄m ⁊ rem. ex quo ꝯfirmat̄ qđ ſupra diximus.

Idē in codez

Deinde addit qđ magis mouet lectorem. Caro inquit eius eſt. quā ſub forma panis optā in ſacr̄o accipimus. et ſanguis eius quem ſub vini ſpē ac ſapore potamus. caro vicz carnis. et ſanguis ſacr̄m eſt ſanguinis. carne et ſanguine vtroq; inuiſibili. intelligibili et ſpirituali ſignificat̄ corpꝰ xp̄i viſibile et palpabile. plenuz gratia et diuina maieſtate.

## Que ſit intelligētia p̄miſſoꝝ. c

Attendite his diligenter qꝛ tropo quodā vtit̄ h̄ Augu. quo ſolent res ſignificātes rerū ſortiri vocabula quas ſignificāt. Hic enim viſibilis ſpēs panis vocat̄ noīe carnis. et viſibilis ſpēs

vini noīe ſanguinis. Inuiſibilis vo ꝛ itel‑ligibilis dr̄ caro xp̄i. qꝛ ſm̄ illā ſpēm nō vi‑deť caro ſꝫ intelligiť. ita et ſanguis. Caro ḡ inuiſibilis dr̄ eſſe ſacr̄m carnis viſibilis. qꝛ ſpēs panis ſm̄ quā illa nō videť caro: ē ſacr̄m carnis viſibilis. qꝛ carne inuiſibili id ē. ſpē ſm̄ quā caro xp̄i nō videť caro: ſi‑gnificať corpus xp̄i qđ eſt viſibile ꝛ palpa‑bile vbi ī ſua forma apparet. Ita et de ſan‑guine accipi dꝫ. Quē ſenſū ꝯfirmat Aug. apiens qualiter p̄dicta intelligēda ſint. qꝛ obſcure dixerat cōſequenter dicens ita pa‑nē vocari corpus xp̄i cū vere ſit ſacramen‑tum corꝑis xp̄i qđ in cruce poſitū ē. ſicut ip̄a imolatio que fit manib⁹ ſacerdotis vo‑catur xp̄i paſſio non rei veritate ſed ſignifi‑candi myſterio. ꝛ ſicut ſacr̄m fidei dr̄ fides.

Ita eſt intelligendum alijs verbis Aug. ꝯfirmat.

Satis reſpōſum ē hereticis et obiectiōib⁹ eoꝝ q̄ negāt veꝝ corp⁹ xp̄i in altari eſſe et panē in corp⁹ vel vinū in ſanguinē myſti‑ca ꝯſecratione cōuerti dicentes. Quis au‑deat mādu care dn̄m ſuū? Quis etiā aude‑at dicere quotidie formari corp⁹ xp̄i ď ma‑teria vel ſbā q̄ nō fuit caro vginis.

## Autoritatibus probat verum corpus chriſti eſſe in altari et in id panem conuerti. D

## Hec et his ſimilia

Aug. in li. de ſacramentis.

obijciūt illi ī diuīo myſterio legē nature ſe‑ctantes. quoꝝ pſidiā ſubdita ꝯuincunt te‑ſtimonia. Ait em̄ veritas Accipite hoc eſt corpus meū. Itē Amb. Si tm̄ valuit ſer‑mo helye vt ignē ď celo deponeret. non va‑lebit tm̄ ſermo xp̄i vt ſbās mutet. De toti⁹ mūdi opib⁹ legiť. qꝛ ip̄e dixit et facta ſunt ꝛc̄. Sermo igiť. i. filius q̄ potuit ex nihilo facē qđ nō erat. nō p̄t ea q̄ ſunt ī id mutare qđ nō erāt. Nō em̄ min⁹ ē cauſare q̄ muta‑re nouas naturas reb⁹. Itē Si ordinē qri‑mus viro mixta femia generare ꝯſueuerat liquet ḡ q p̄ter nature ordinē vgo genera‑uit. ꝛ h̄ qđ ꝯficim⁹ corp⁹ ex vgine ē. Quid ḡ h̄ q̄ris nature ordinē ī xp̄i corpe. cū p̄ter naturā ſit ip̄e part⁹ ex vgine. Itē. An bn̄‑dictionē alia ſpēs noiať. poſt ꝯſecratiōem corp⁹ ſignificať. An ꝯſecrationē aliud dr̄. poſt ꝯſecrationē ſanguis nūcupať. Tu di‑cis amen. i. veꝝ ē. qđ ſmo ſonat affect⁹ ſen‑tiat. Itē Aug. In ſpē panis ꝛ vini quā vi‑demus. res inuiſibiles. i. carnē ꝛ ſanguinē honoram⁹. nec ſiľr pendim⁹ has duas ſpe‑cies ſicut an̄ ꝯſecrationē pendebam⁹. cum fideliter fateamur an̄ ꝯſecrationē panē eſſe ꝛ vinū. qđ natura formauit. Poſt ꝯſecra‑tionem vo carnē xp̄i et ſanguinē qđ bene‑dictio ꝯſecrauit. Itē Amb. Panis eſt ī al‑tari vſitat⁹ an̄ verba ſacra. vbi acceſſit ꝯſe‑cratio. de pane fit xp̄i caro. Quō autē pōt qđ panis eſt eſſe corp⁹ xp̄i? Cōſecratiōe q̄ fit ſermone xp̄i. Itē. Si tanta vis eſt in ſer‑mone dn̄i vt incipiant eſſe q̄ nō erant. q̄to magis opatorius eſt. vt ſint que erant ꝛ in aliud cōmuteť. Et ſic qđ erat panis an̄ cō‑ſecrationē. iā corp⁹ xp̄i ē poſt ꝯſecrationē qꝛ ſermo xp̄i creaturā mutat ꝛ ſic ex pane fit corp⁹ xp̄i et vinū cū aquā calice miſſum fit ſanguis ꝯſecratione vbi celeſtis. Item Aug⁹. Sicut per ſpiritū ſanctū vā xp̄i ca‑ro ſine coitu creať. ita p eūdē ex ſubſtātia panis et vini idē corp⁹ xp̄i et ſanguis cōſe‑cratur. Corpus chriſti ꝛ veritas eſt ꝛ figu‑ra. Veritas dū corpus xp̄i et ſanguis vir‑tute ſpiritus eſt panis viniq̄ ſbā efficitur. Figura vo eſt id qđ exteri⁹ ſentiť. Itē Eu‑ſebius emiſenus. Inuiſibilis ſacerdos vi‑ſibiles creaturas in ſbām corꝑis ꝛ ſangui‑nis ſui verbo ſuo ſecreta p̄tāte commutat.

Auguſ. in li. ſniaꝝ pſpe.

Ambro. I li. de ſacris.

Aug⁹. in ſmone quodam ď vbis euan.

Euſeb⁹ emi‑ſenus.

Ex his alijſq̄ plurib⁹ ꝯſtat veꝝ corp⁹ xp̄i et ſanguinē in altari eſſe. imo integrū xp̄m ibi ſub vtraq̄ ſpecie ꝛ ſubſtantiā panis in corp⁹. viniq̄ ſbām in ſanguinē ꝯuerti.

## Iſta eſt diſtinctio decima hui⁹ q̄rti libri.

In qua magiſter poſtq̄ egit de ſacro in ſe et de vſu eius quātū ad ſuſcipientē. Hic aūt determīat de eſſe ei⁹ q̄tū ad ſpeciem in altari ꝯtentam. Et tria facit. Primo errorē quorūdā ꝓponit. Scđo quarū‑dam autoritatū ſolutionē ſubdit. Tertio quorūdam autoritatū explanationem annectit. ꝑtes patēt intu‑enti textū huius diſ. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in iſta ꝓpoſitione. Ex fide cōſtat verum corpus eſſe in altari imo ītegrū xp̄m ſub vtraq̄ ſpecie ꝯtineri Hāc magiſter p̄tendens ꝓponit quoſdam intantū erraſ‑ſe. q dicerent verū corp⁹ xp̄i non eſſe in alatri. ſꝫ ſo‑lum ſic ibi eſſe ſicut ſignatū in ſigno. ꝛ hoc dicunt do‑minū notaſſe in euangelio Ioh. cum dixit ſumptōeꝫ huius non corꝑaliter ſed ſp̄ualiter eſſe intelligendaꝫ vbi de hoc loquēs ait. Verba que ego loquor vobis ſp̄ūs et vita ſunt. hoc idē confirmat autoritate beati Aug. Et vlterius p idē qđ dn̄s dixit ī mattheo. pau‑peres ſꝑ habebitis vobiſcū. me aūt nō ſꝑ habebitis ſꝑ em̄ ip̄m haberemus ſi eſſet ſꝑ in altari. Poſtea re‑ſpōdet q dn̄s p illa verba non intēdit negare corpo‑ris ſui veritatē eſſe in ſacro. ſed ſignificare q nō viſi‑biliter in forma hūana. ſed inuiſibiliter ſub forma pa‑nis ꝛ vini corpus ſuū traderet ſumēdū. ꝛ ita nō ſub ſpecie corporali ſed ſub ſpecie ſacramentali Et hanc opinionē magiſter ſanctoꝝ autoritatibus confirmat Poſtea dicit q Aug. dicit in quadā autoritate q ſu‑matur corpus xp̄i viſibile. qđ ſic intelligendū ē. i. ſu‑mitur corpus qđ de ſui natura ē viſibile. Vltimo po‑nit multas autoritates ī quibus habetur q panis ꝛ vinū p virtutem verbi dn̄ici traſſubſtantiatur in ve‑rū corpus xp̄i et ſanguinē q totus xp̄s integer ſub vtraq̄ ſpecie exiſtit. Et tm̄ in ſpeciali.

DI.XI

De modo ꝯuerſionis. a

SI autez queritur qualis ſit illa conuerſio an formalis an ſubſtantialis vł alteri⁹ generis: Diffinire nō ſufficio. Formalez tñ non eſſe cognoſco. qꝛ ſpecies rez que ante fuerāt remanent ⁊ ſapor ⁊ pondus. Quibuſdam eſſe videť ſubſtātialis dicentib⁹ ſic ſbam ꝯuerti in ſbam vt hec eſſencialiť fiat illa Cui ſenſui premiſſe autoritates ꝯſentire videnť.

Oppoſitio. b

Sed huic ſentētie ſic opponiť ab alijs. Si ſba panis inquiūt vel vini ꝯuertiť ſubſtātialiter i corp⁹ vł ſāguinem chriſti quotidie fit aliqua ſubſtancia corpus vel ſanguis chriſti que añ non erat. ⁊ hodie eſt aliquid corp⁹ xp̄i qđ heri nō erat. ⁊ quotidie augeť corpus xp̄i atqꝫ formať de materia. de q̄ in ꝯceptiōe nō fuit factū. Quibus hoc modo reſpōderi pōt qꝛ non ea rōne dꝛ corp⁹ xp̄i cōfici verbo celeſti qꝙ ip̄m corp⁹ in cōceptu ꝟginis formatū deinceps formeť. ſed qꝛ ſba panis vł vini q̄ añ nō fuerat corp⁹ xp̄i vł ſanguis ꝟbo celeſti fit corp⁹ ⁊ ſanguis. Et ideo ſacerdotes dicunť ꝯficere corpus xp̄i ⁊ ſanguinē: qꝛ eoꝝ miniſterio ſba panis fit caro. ⁊ ſubſtantia vini fit ſanguis xp̄i. nec tñ aliq̄d additur corpi vel ſanguini nec augeť corpus xp̄i vel ſanguis.

Auguſtinus in libro ſententiarum proſperi. c

Si ꝟo queris modum quo id fieri poſſit: breuiter reſpōdeo. Myſteriū fidei credi ſalubriter poteſt. inueſtigari ſalubriter non pōt. Ex ergo corp⁹ xp̄i panis mutatione in id nō augmentať nec ſanguis ex vini cōuerſione: ei⁹ volūtati et potentie aſcribať q̄ idē corpus de virgine eduxit. fit ergo ſubſtātia illa iſta ſine ei⁹ augmento. Nec tñ cōcedunt quidam qꝙ ſubſtantia panis aliqñ fit caro xp̄i. ⁊ ſi fiat caro xp̄i: ſicut farina facta ē panis ⁊ aqua facta eſt vinū. nec tñ dꝛ farina eſt panis et aqua ē vinū. Alij ꝟo ꝯcedūt illud qđ erat panis vel vinū poſt conſecrationē eſſe corpus ⁊ ſanguinem. non tñ ſequitur panis ē caro xp̄i vel vinū eſt ſanguis. qꝛ ſubſtātia panis vel vini poſtq̄ꝫ facta eſt caro xp̄i vł ſanguis. non eſt ſubſtantia panis vel vini ſed caro et ſanguis. Ideo diſtinguēdū videť. cum diciť ſubſtantia panis. vel id qđ erat panis nō eſt corpus xp̄i Manēs eñ panis nō eſt corpus xp̄i. ſʒ mutata. i. id qđ facta eſt. eſt corpus xp̄i. Nec dicimus ſubſtantiā panis vel vini materiaz eſſe corpis vel ſanguis. qꝛ nō de ea vt de materia formatur corpus. ſed ip̄a formať in illud ⁊ efficiť illud. Vñ Aug. Corpus xp̄i dicimus illud quod ex fructibus terre acceptum et prece miſtica conſecratum ſumimus i memoriam dñice paſſionis. Qđ cū ꝑ manus hominis ad illā viſibilē ſpeciē ꝑducať. nō ſanctificať vt ſit tam dignuz ſacramentum niſi opante inuiſibiliter ſpiritu dei. Augu. in li. đ trinitate.

Aſſerunt dictum panem tranſire in corpus chriſti. d

Quidam ꝟo ſic dicunt conuerſionem illā eſſe intelligendam vt ſub illis accidentibus ſub quib⁹ erat p̄us ſubſtantia panis ⁊ vini: poſt cōſecrationē ſit ſubſtātia corpis ⁊ ſanguinis. ſic tñ vt nō eis afficiať. ⁊ ſic aſſerunt dictū panē trāſire in corp⁹ xp̄i. qꝛ vbi erat panis nūc eſt corp⁹ chriſti. Quod ſi eſt. quid ergo fit de ſubſtātia panis et vini: Illi dicunt vel in p̄iacentem materiā reſolui vel in nihilū redigi. Alij ꝟo putauerunt ibi ſubſtantiam panis et vini remanere. ⁊ ibidem corpus xp̄i eſſe et ſanguinē. et hac ratiōe dici illā ſubſtantiā fieri iſtam. qꝛ vbi eſt hec. eſt et illa. Quod mirum eſt ⁊ ipſam ſubſtantiam panis vel vini dicunt eſſe ſacr̄m. Sed qꝙ nō ſit ibi ſubſtantia niſi corp⁹ xp̄i et ſanguis. ex predictis et ſubditis aperte oſtenditur. Ait enim Ambro. Panem iſtū quē ſumimus in myſterio: illuz intelligo vtiqꝫ qui manu ſancti ſpiritus formatus ē in vtero virginis. et igne paſſionis decoctus in ara crucis. Panis enim angeloꝝ factus eſt cibus hoīuz. Vñ ꝟitas ait. Ego ſū panis viuus qui de celo deſcendi. et iterum. Panis quē ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita. Ex his nanqꝫ duabus ſētentijs aperte datur ītelligi. quia panis ille et iſte. non duo ſed vnus panis. et vna caro. procul dubio vnum efficitur corpus. Illđ vere. illud ſane. quod ſumptum eſt de virgine. quod reſurrexit. et in celū aſcēdit. Itez Greg⁹. Quis fidelium habere dubiū poſſit in ipſa imolationis hora ad ſacerdotis Ambro. ī li. de ſacris. Grego. ī omelia.

vocem celos apiri in illo xp̄i myſterio an-
gelorū choros adeſſe: ſumma et ima ſociari
vnū q̄d ex inuiſibilibus atq; viſibilib⁹ fie-
ri. Idem. Eodez momento ꝛ in celū rapit
miniſterio angelorū cōſociandum corpori
chriſti ꝛ ante oculos ſacerdotis i altari vi-
det. Sicut diuinitas v̄bi totū inplet mun
dum. ita multis locis illud corpus ↄſecrat
Nec ſunt tamen multa corpora chriſti. ſed
vnū corpus et vnus ſanguis. Ideoq; ſiue
plus ſiue minus quis inde pcipiat. oīes
equaliter corpus xp̄i integerrime ſumunt.
Poſt cōſecrationem ergo nō eſt ibi ſubſtā
tia panis vel vini licet ſpecies remaneant.
Eſt eñ ibi ſpecies panis et vini ſič ꝛ ſapor
Unde aliud videt. aliud intelligitur.

Quare ſub alia ſpecie. e

# Sub alia autē ſpe-

cie tribus de cauſis carnē ꝛ ſanguinem tra
didit xp̄s. et deinceps ſumendū inſtituit:
vt fides. ſ. haberet meritū que eſt de his q̄
Grego. i ome lia paſcali. nō videt. qꝛ fides nō habet meritū vbi hu
mana ratio prebet expimentū. Et ido etiā
ne abhorreret animus qđ cerneret oculus
qꝛ nō habemus in vſu carnē crudaz ꝛ ſan-
guinem comedere. Quia ergo chriſtū vora
ri dentibus fas nō eſt. in myſterio carnem
ꝛ ſanguinē nobis cōmēdauit. Et etiā ideo
ne ab incredulis religioni chriſtiane inſul-
Auguſti. taretur. Unde Aug. Nihil rationabilius
q̄ vt ſanguinis ſilitudinē ſumam⁹. vt ita ꝛ
v̄itas non deſit. et ridiculū nullū fiat a pa-
ganis. qꝛ cruorē occiſi hois bibam⁹. Ne g̊
hoc fieret et ne veluti quidam horror eſſet
cruoris in ſilitudinē accipimus ſacrm. Ex
premiſſis iā liquet quare ſub alia ſpecie et
quare ſub iſta hoc ſacrm dñs celebrauerit
ꝛ celebrari a nobis inſtituerit.

Quare ſub duplici ſpecie. f

# Sed quare ſub du

plici ſpecie ſumitur cum ſub alterutra tot⁹
ſit chriſtus? Ut oſtēderet totā humanam
naturam aſſumpſiſſe: vt totam redimeret.
Panis enim ad carnem refertur. vinuz ad
animā. qꝛ vinum opatur ſanguinem i quo
ſedes anime a phiſicis eſſe dicitur Ideo er
go in duabus ſpeciebus celebratur. vt ani
me et carnis ſuſceptio in chriſto et vtriuſ-
Ambro. ſup epiſtolam ad Corinth. q; liberatio i nobis ſignificetur. Ualet eñ
vt Ambro. ait ad tuitionē corpis et anime
quod percipimus: quia caro chriſti pro ſa

lute corpis. ſanguis v̄o p aīa noſtra offer-
tur. ſicut p̄figurauit moyſes. caro inq̄t pro
corpe veſtro offertur. ſanguis p anima. ſ;
tamen ſub vtraq; ſpecie ſumitur quod ad
vtranq; valet. quia ſub vtraq; ſumitur ip̄e
totus chriſtus. Sed ſi in altera tm̄ ſumere
tur. ad alterius tm̄. id eſt. anime vel corpo-
ris nō vtriuſq; piter tuitionē valere ſigni-
ficaret. Sub vtraq; ſpecie tm̄ totus ſumit
xp̄s. Nec plus ſub vtraq;. nec min⁹ ſub al
tera tm̄ ſumitur. Eadem eñ ratio eſt vt ait
Hylarius: in corpore xp̄i que in māna pre Hylarius.
ceſſit. De quo dicit. Qui pl⁹ collegerat nō
habuit ampli⁹. nec qui min⁹ parauerat ha
buit min⁹. Et lʒ ſub vtraq; ſpecie ſuma-
tur totus chriſtus. tamen non fit cōuerſio
panis niſi in carnem. nec vini niſi i ſangui-
nem. Nec debet dici duo ſacra ſed vnuz
quia ſub vtraq; ſpecie idez ſumitur. Neq;
debet iterari ſacrm. quia benedictio nō re-
petitur ſuper ſpeciē eandez. Neq; alie ſub-
ſtantie in ſacrificiū veritatis offerri debent
qꝛ de alijs nō poteſt conſecrari corpus xp̄i
vel ſanguis.

Quare aqua admiſceat. g

# Aqua vero admi-

ſcenda eſt vino. qꝛ aqua pp̄lm ſignat qui p
chriſti paſſionē redemptus eſt. Calix ergo
dñicus iuxta canonum p̄ceptum aqua et
vino mixtus debet offerri. quia videm⁹ in
aqua pp̄lm intelligi. in vino oſtendi ſangui
nem chriſti. Cum ergo in calice vino aqua
miſcet: xp̄o pp̄ls aduuat. ꝛ credētiū plebs
et in quē credit copulat. que copulatio aq̄
et vini ſic miſcetur in calice xp̄i vt mixtio
illa nō poſſit ſepari. Naʒ ſi vinū q̄s tm̄ of-
ferat. ſanguis xp̄i incipit eſſe ſine nobis.

Julius papa. h

# Si vero q̄ritur an

irritū ſit quod geritur ſi aqua p̄termittat.
Audi quod ſequitur in eodē canone. Nō
poteſt inquit calix dñi eſſe aqua ſola aut vi
nū ſolum niſi vtrū q; miſceatur. Item Cy- Cyprian⁹.
prianus. Calix dñi nō eſt aqua ſola aut vi
num ſolū niſi vtrū q; miſceat. ſicut nec cor-
pus dñi pt eſſe farina ſola nec aqua ſola ni
ſi vtrūq; fuerit adunatum. ꝛ panis vnius
cōpage ſolidatū. Si q̄s tamē non inten-
dens introducere hereſim obliuione vł ig-
norantia aquā p̄termiſerit. nō videtur eſſe
irritū ſacramentuʒ. ſed ille grauiter eſt cor

Dum negligentia.

[illegible]

ripiendus. Nam ⁊ grecorũ eccleſia nõ ap-
ponere aquã dicitur. Quod etiã ex dictis
Cipriani videtur poſſe colligi. ait eñ. Si
quis de anteceſſoribus noſtris vel ignorã-
ter vel ſimpliciter nõ hoc ſeruauerit quod
nos dñs facere et exẽplo et magiſterio do-
cuit. poteſt ſimplicitati eiꝰ indulgentia do-
mini venia concedi. Nobis vero non po-
teſt ignoſci. qui nũc a domino inſtructi ſu
mus vt calicem domini cum vino mixtum
ſcd̃m quod dominus obtulit offeramus.
Ex hoc videtur ꝙ ſi quis ſimpliciter vł ig
norãter vinum offerat ſine aqua: ſacramẽ
tum conficiat. Aqua vero nullatenus ſine
vino poteſt offerri in ſacrificiuꝫ. nec panis
niſi de frumento. nec granuꝫ frumenti niſi
redactum fuerit in panem. quia chriſtus ⁊
panem ſe dicit et grano frumenti ſe compa
Determiatio ꝑmiſſoꝝ. rat. Quod ergo ſupra dictuꝫ eſt nõ poſ-
ſe vinum ſolum offerri. determinari opor-
tet. recipit enim exceptionem. Non poteſt
niſi ſimpliciter vel ignorãter fiat. vel non
poteſt. id eſt non debet. Quibuſdaꝫ tamẽ
videtur hoc generaliter veruꝫ. Colligitur
etiam ex predictis ꝙ chriſtus vinuꝫ aqua
mixtum dedit diſcipulis. Corpus vero ta
le dedit quale tũc habuit. id eſt. mortale et
paſſibile. Nunc vero ſumitur a nobis im-
mortale et impaſſibile. nec tamen maiorem
Julius papa ꝙ̃ intincta nõ debet dari hoſtia populo. habet efficientiam. Euchariſtia quoq̃
intincta non debet dari populo pro ſupple
mento cõmunionis. quia non legitur chri-
ſtus alicui diſcipulorum prebuiſſe panem
intinctum niſi iude. Tunc vero non acce-
pit iudas corpus chriſti ſed tñ panẽ. cor-
pus vero ⁊ ſanguinem chriſti ante cũ alijs
diſcipulis perceperat.

Iſta eſt diſtinctio. xi. huiꝰ quar-
ti libri. In qua magiſter poſtꝙ̃ egit de ſacramẽto eu
chariſtie quantũ ad ſuum eſſe. Hic vero determinat
de eo q̃tum ad eius fieri. Et tria facit. Primo enim
oſtendit quomodo ſubſtantia panis et vini in verum
corpus chriſti tranſſubſtantiatur. Secundo quomo
do ipſum ſub aliena ſpecie occultatum fidelibus ſub
vtraq̃ ſpecie miniſtratur. Tertio quomodo diſcipu-
lis in cena chriſti corpus paſſibile et mortale dabaẜ.
Primũ vſq̃ ibi. Sub alia autem ſpecie. Secundum
vſq̃ ibi. Corpus vero tale dedit. Tertium vſq̃ ad fi
nem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat
in tribus ꝓpoſitionibus quarum prima ẽ hec. Con-
uerſio panis in corpus chriſti non eſt formalis ſed q̃
buſdam videẜ eſſe ſubſtantialis. Hanc magiſter inſi
nuans querit. q̃lis ſit iſta conuerſio panis ⁊ vini cor
pus chriſti. vtrum ſcꝫ ſit conuerſio ſubſtantialis vel
formalis vel alteriꝰ modi. Et dicit ꝙ nõ eſt formalis
eo ꝙ ſpecies que prius erant ꝑmanent ſcꝫ ſapor. põ
dus. figura albedo. Dicit aũt poſtea ꝙ q̃buſdam vi-
deẜ ꝙ ſit conuerſio ſm̃ ſubſtantiam vel ſubſtantialis
eo ꝙ ſubſtantia panis et vini eſſentialiter fit ſubſtan
tia corporis et ſanguinis chriſti. Poſtea ponit circa
hoc quorundã obiectionẽ. ſi eñ ſic intelligaẜ conuer
ſio tunc quotidie aliqua ſubſtantia fit corpus xp̃i et
ſanguis que añ non fuerat ⁊ ſic quotidie corpus xp̃i
augeẜ. ⁊ de materia aliqua formatur. de qua in ꝯce
ptione non fuerit factũ. Et dicit magiſter ſic ad hoc
rñderi poſſe ꝙ cõfectio corꝑis xp̃i non ſit ſm̃ nouam
corꝑis formatiõeꝫ aut ꝑ ipiꝰ corꝑis formati augmen
tationẽ. ſed ꝑ quandã trãſſubſtãtiationẽ v̾tute diui-
na factã ſine noua formatione aut augmẽto. Poſtea
dicit ꝙ ſm̃ opinionẽ iſtã cõceditur ꝙ panis ſit corpꝰ
xp̃i ſicut farina fit panis. ⁊ ſi panis fiat caro xp̃i ſic
farina facta eſt panis. ⁊ aqua facta eſt vinuꝫ. nec ta-
men dicit farina eſt panis ⁊ aqua eſt vinuꝫ. Alij v̾o
cõcedũt illud qđ erat panis vel vinũ poſt cõſecratio
nem eſſe corpus ⁊ ſanguinẽ. nõ tñ manens panis ſꝫ
mutatũ. Subdit aũt ꝙ panis nõ habet ſe vt materia
reſpectu corꝑis xp̃i. Poſtea dicit ꝙ aliorũ opinio eſt
hanc cõuerſionẽ ſic eſſe intelligendã. ꝙ ſub acciden
tibus ſub q̃bꝰ prius erat ſubſtantia panis ⁊ vini poſt
cõſecrationem eſt ſubſtãtia corꝑis et ſanguinis xp̃i.
nõ tñ vt illis afficiaẜ. Subſtantiam autẽ panis et vi-
ni dicunt vel in ꝑiacentẽ materiã reſolui. aut in nihi-
lum redigi Dicit etiã magiſter ꝙ alij dicunt. ſ. ꝙ ſub
ſtantia panis et vini remaneant cuꝫ ſubſtantia. ſ. cor
poris ⁊ ſanguinis xp̃i. quã ſubſtãtiã panis et vini di
cunt eſſe ſacr̃m. et ex hac ratione hec ſubſtantia dici
tur fieri illa. quia vbi eſt hec eſt et illa Cõtra qđ obij
cit ꝑ autoritates q̃bus dicit nihil ibi aliud eſſe q̃ ſub
ſtantiam corꝑis ⁊ ſanguinis. et ſpecies panis ⁊ vini
Scđa ꝓpoſitio eſt. Sub aliena ſpecie corpus chriſti
tribus de cauſis tradiẜ. ſed ſub vtraq̃ ſpecie chriſtꝰ
ſumitur. Hanc magiſter ponens aſſignat triplicem
rationeꝫ quare corpus chriſti ſub aliena ſpecie occul
tatur. ſeu ſumitur Prima eſt ad augendum fidei me
ritum que eſt de his que non videntur Secunda ad
vitandum horrorem. quia non habemus in commu
ni vſu carnem crudam ⁊ ſanguinẽ manducare. Ter
tia ne detur infidelibus irridendi occaſio. Poſtea di
cit ꝙ illud ſacramẽtũ ſumitur ſub duplici ſpecie. idõ
vt anime ⁊ carnis ſuſceptio in chriſto ⁊ vtriuſq̃ libe
ratio in nobis ſignificareẜ. ordinaẜ eñ hoc ſacramẽ
tum ad ſalutem corporis et anime Addit etiã ꝙ ſub
vtraq̃ ſpecie totus chriſtus ſumitur. nec tamen pa-
nis conuertitur niſi in corpus. et vinũ niſi in ſangui-
nem. Subdit etiã ꝙ in hoc duplex ſpecies vnitatem
ſacramenti non tollit. quia ſub eadeꝫ ſpecie idem ſu
mitur. nec benedictio ſuper eandem ſpeciem debet
iterari. nec de alijs ſubſtantijs q̃ de ſubſtãtia panis
et vini confici et conſecrari debet corpus xp̃i et ſan-
guis. Poſtea dicit ꝙ aqua vino admiſcenda eſt. ad ſi
gnificãduꝫ vnionem populi cũ capite xp̃o que nullo
mõ ſcienter dꝫ omitti. qꝛ dñs eaꝫ appoſuit. Si quis
autem ex obliuione vel ignorantia omittat offerens
vinũ ſine aqua conficit quidem ſacr̃m. qꝛ etiã ſm̃ cõ
ſuetudinem aliquarũ eccleſiaꝝ dimittiẜ aqua. tamẽ
grauiter corripiendus eſt. Subdit aũt ꝙ aqua ſine
vino nullatenus offerri p̃t in ſacro. nec panis niſi de
frumento. nec granũ frumenti niſi redactũ fuerit in
paneꝫ. qꝛ ipſe xp̃s ⁊ grano frumenti ſe cõparat ⁊ pa
nẽ ſe dicit. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis xp̃s in
cena dedit corpꝰ paſſibile et mortale. tñ nũc ſumitur
impaſſibile ⁊ immortale. Hanc mgr̃ inſinuat dicens
ꝙ xp̃s dedit diſcipulis ſuis tale corpus q̃le nunc ha-
buit. ſ. paſſibile ⁊ mortale. Addit etiã ꝙ euchariſtia
intincta nõ debet populo dari in ſupplementuꝫ com
munionis. nã xp̃s panem intinctum nõ dedit niſi iu-
de q̃ qui nõ accepit corpus xp̃i tũc ſed tantum panem
Ante tñ cũ ceteris diſcipulis ꝑceperat corpus ⁊ ſan
guinẽ xp̃i. Et tm̃ in ſpeciali.

Ubi illa accidentia fundent̃. a

Di.XII

SI autē queritur de accidentib⁹ que remanent. id eſt. de ſpeciebus et ſapore et pondere in quo ſubiecto fundentur: potius mihi videtur fatendū exiſtere ſine ſubiecto q̄ꝫ eſſe in ſubiecto qꝛ ibi nō eſt ſubſtantia niſi corpis ꝛ ſanguinis dominici que non afficitur illis accidētibus. Non eñ corpus xp̄i talē habet in ſe formā ſed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidētia ꝑ ſe ſubſiſtētia ad myſterij ritum. ad guſtus fideiq̄ꝫ ſuffragium: quibus corpus chriſti habens formam ꝛ naturā ſuam regitur.

De fractione ꝛ ꝑtibus. b

Solet etiā queri ḋ fractione ꝛ ꝑticione q̄ ibi videt̃ fieri vtruꝫ vera ſit. ꝛ ſi vera fractio eſt: cui⁹ rei ſit vel in q̄ re fiat. Cūq̄ꝫ nō ſit ibi alia ſubſtātia q̄ꝫ chriſti. Si in aliqua ſubſtantia eſt illa fractio: in corpe xp̄i videtur eſſe. Sed ecōtra cū ip̄m corpus incorruptibile ſit. qꝛ i mortale et in paſſibile. in ipſo non poſſe eſſe videtur. Nam et chriſtus radarguit carnalē ſenſum diſcipulorum qui putabant carneꝫ chriſti ſicut aliam i partes diuidendam et morſibus dilacerandā. Ideo quibuſdam placet q̄ non ſit ibi fractio ſicut videt̃. ſꝫ dicitur frangi qꝛ videt̃ frangi. Quibus obijcitur qḋ ait Ambro. Nihil falſi putanduꝫ eſt in ſacrificio veritatis. vel ſicut fit in magorum preſtigijs vbi deluſione quadā falluntur oculi. vt videant eſſe qḋ nō eſt. Ad h̄ illi dicunt. Nō fallit nos viſus nec fallit̃ qḋ eſſet ſi crederetur ita frangi vt videtur. Nec illuſio eſt. qꝛ ad vtilitateꝫ fidei. nō ad deceptionem ita fit. ſicut ꝛ chriſtus ſe oſtēdit duobus diſcipulis in via in ſpecie peregrini. nec i eo tamē talis forma erat. ſꝫ oculi eoꝝ tenebant̃ ne eum agnoſcerent.

Opinio quorundam.

Aliorum opinio. c

Alij v̾o dicūt qḋ ſicut ibi ſpecies panis eſt et nō eſt ibi res cuius vel in qua ſit illa ſpecies. ita eſt ibi fractio que non fit in aliqua re. quia nihil ibi frangitur. quod mirabiliter dei potentia fieri dicūt. vt fiat fractio vbi nihil frangit̃.

Aliorum opinio. d

Alij tradunt corp⁹ xp̄i eſſentialit̃ frāgi ꝛ diuidi. ꝛ tñ integruꝫ ꝛ incorruptibile exiſtere. Qḋ ſe colligē aſſerūt ex ꝯfeſſione berēgarij q̄ ꝯfeſſus eſt coram Nicolao papa ꝛ plurib⁹ ep̄is: paneꝫ ꝛ vinū q̄ i altari ponūt̃ poſt ꝯſecrationem nō ſolū ſacr̄m ſꝫ etiā veꝝ corp⁹ ꝛ ſanguineꝫ xp̄i eſſe. ꝛ ſenſualiter nō ſolū ſacramento. ſꝫ in veritate manibus ſacerdotuꝫ tractari ꝛ frangi. ꝛ fideliū dentibus atteri.

Confeſſio berengarij.

Sententia ꝓbabilior. e

Sed qꝛ corp⁹ chriſti incorruptibile ē. ſane dici poteſt fractio illa ꝛ particio nō in ſubſtantia corpis. ſꝫ in ipſa forma panis ſacramētalis fieri. vt vera fractio et particio ſit ibi que fit non i ſubſtantia corpis ſed in ſacramēto. id ē. in ſpē Ne autē mireris vel inſultes ſi accidentia videantur frangi cuꝫ ibi ſint ſine ſubiecto. lꝫ quidam aſſerant ea fundari in aere. Eſt ibi vera fractio ꝛ particio que fit in pane. i. in forma panis. Uñ ap̄ls ait. Panis queꝫ frangimus. qꝛ forma panis ibi frangit̃ et i ꝑtes diuidit̃. xp̄s v̾o integer manet ꝛ tot⁹ eſt in ſingulis. Uñ Aug. Qñ chriſtus mādūcat̃ vita manducat̃. ſed q̄s audeat manducare dñm ſuū: ꝛ tñ veritas inuitās nos ad manducēdum ait. Qui mādūcat me viuet ꝓpter me. Nec occidit̃ xp̄s vt manducet̃. ſꝫ mortuos viuificat qñ mādūcat̃. reficit. nō deficit. viuit mādūcatus qꝛ ſurrexit occiſus. nec qñ mādūcam⁹ ꝑtes ḋ illo facimus ꝛ q̄dē in ſacr̄o ſic fit. Itē. Norūt fideles quō manducēt carnē xp̄i vnuſq̄ſq̄ꝫ accipit ꝑtē ſuā. Uñ ꝛ ipſa gr̄a ꝑtes vocant̃. ꝑ ꝑtes mādūcat̃ ꝛ manet integer tot⁹. ꝑ partes mādūcat̃ in ſacr̄o ꝛ manet integer tot⁹ in celo. manet integer tot⁹ i corde tuo. Iō iſta dicunt̃ ſacr̄a qꝛ in eis aliud videt̃ ꝛ aliud intelligit̃. videt̃ panis ꝛ calix qḋ ꝛ oculi renūciant. qḋ aūt fides inſtruēda poſtulat panis ē corp⁹ xp̄i. calix eſt ſanguis. Ex his dat̃ itelligi q̄ fractio ꝛ ꝑtes q̄ ibi vidētur fieri i ſacr̄o fiūt. i. in ſpecie viſibili. Iḋo q̄ꝫ illa berengarij v̾ba ita diſtinguēda ſunt vt ſenſualit̃ nō mō ſacr̄o. ſꝫ in v̾itate dicat̃ corp⁹ xp̄i tractari manib⁹ ſacerdotū. frāgi v̾o ꝛ atteri dētib⁹ v̾e q̄dē ſꝫ i ſacr̄o tñ. Uera g̊ ē ibi attritio et ꝑticio. ſꝫ i ſingl'is ꝑtib⁹ tot⁹ eſt xp̄s. Uñ Hiero. Singuli accipiūt xp̄m dñm i ſingl'is portiōib⁹ tot⁹ eſt: nec ꝑ ſingl'os minuit̃. ſꝫ integruꝫ ſe p̄bet ſingulis Itē Hyla. Ubi ps ē corpis: ibi eſt ꝛ totū.

Aug. in ſmone de verbis euāgelij.

Hiero. i ſmone quodā.

### Quid ille ptes ſignificent. f

**Quid autē partes** ille ſignificent. Sergiꝰ papa tradit inq̄ens. Triforme eſt corpꝰ xp̄i. ps oblate in calicē miſſa. corpꝰ xp̄i qđ iā ſurrexit mōſtrat. ps comeſta ābulās adhuc ſup terrā. ps ī altari vſqꝫ ad finē miſſe remanēs: corpꝰ iacēs ī ſepulcro ſignificat. q̄ꝛ vſqꝫ ī finē ſecl'i corpa ſctōꝝ ī ſepulcris erūt. Et ſic ptes ille myſticam tenēt ſignificatiōēꝫ ita etiam ⁊ fractio paſſiōis xp̄i ⁊ mort' ē repſentatio. Vn̄ ipē ait Hoc facite ī meā cōmemoratōēꝫ. i. ī memoriā paſſiōis ⁊ mort' mee. Nā vt ait Ambro. Quia ī morte xp̄i liberati ſumꝰ. huiꝰ ī edēdo ⁊ bibēdo carnē ⁊ ſanguinem memores eē debemꝰ. Sꝫ caueat q̄ſqꝫ ne idigne pcipiat. q̄ꝛ iudiciū māducat. Nō ē em̄ iſte pāis q̄ vadit ī corpꝰ ſ; panis vite etne q̄ aīe nr̄e ſbam fulcit Sic ḡ viue vt q̄tidie merearis accipe. nec accedas indignꝰ. Indignꝰ eſt q̄ aliter celebrat myſteriuꝫ q̄̄ xp̄s tradidit. vel q̄ hn̄s mortale pctm̄ accedit. Ergo ⁊ ſi ſint pctā quotidiana vel nō ſint mortifera, an̄q̄ accedas dimitte debitoribꝰ tuis Si dimitt': dimittit' tibi: ⁊ ſic ſecurꝰ accede Panis em̄ ſalutaris eſt nō venenū. Si ita accedis: ſpūalit' māducas. Spūalr' em̄ mādacat: q̄ innocentiā ad altare portat.

*Ambroſiꝰ*

*Si quis indignus ſumat.*

### Si illud ſit ſacrificium et ſi ſepius imoletur xp̄s. g

**Poſt hec queritur** ſi qđ gerit ſacerdos ꝓprie dicat' ſacrificiuꝫ vel imolatio/ et ſi xp̄s q̄tidie imolet' vel ſel' tm̄ imolatꝰ ſit? Ad h̄ breuiter dici pōt: illđ qđ offert' ⁊ ꝯſecrat' a ſecerdote vocari ſacrificiū ⁊ oblatōēꝫ. q̄ꝛ memoria ē ⁊ repn̄tatio veri ſacrificij. ⁊ ſancte imolationis facte in ara crucis. Et ſemel xp̄s mortuꝰ ī cruce eſt ibiqꝫ imolatꝰ eſt ī ſemetip̄o. q̄tidie aūt imolat' ī ſacr̄o: q̄ꝛ in ſacr̄o recordatio fit illiꝰ qđ factū eſt ſemel. Vn̄ Aug. Certū habemus q̄ꝛ xp̄s reſurgēs ex mortuis iā nō moritur ⁊c. tm̄ ne obliuiſcamur qđ ſemel factū eſt in memoria nr̄a oī anno fit. ſ. q̄tiens paſca celebrat'. Nūq̄d totiēs xp̄s occidit'? ſ; tm̄ anniuerſaria recordatio repn̄tat qđ olim factū ē. ⁊ ſic nos facit moueri tanq̄ȝ videamꝰ dn̄m ī cruce. Itē Semel imolatꝰ ē xp̄s ī ſemetip̄o ⁊ tm̄ q̄tidie imolat' in ſacr̄o. Qđ ſic ītelligēdū ē. q̄ꝛ ī manifeſtatiōe corpis ⁊ diſtinctiōe mēbroꝝ ſemel tm̄ ī cruce pepēdit offerēs ſe deo pr̄i hoſtiā redēptionis efficacem. eoꝝ. ſ. q̄s p̄deſtinauit. Itē Amb. In xp̄o em̄ oblata ē hoſtia ad ſalutē poteſ. q̄d ḡ nos? Nōne p ſinglos dies offerimꝰ Et ſi q̄tidie offeramꝰ. ad recordatiōēꝫ eiꝰ mortis fit. ⁊ vna ē hoſtia. nō mlte. Quō vna ⁊ nō mlte? q̄ꝛ ſemel imolatꝰ ē xp̄s. Hoc aūt ſacrificiū exemplū ē illiꝰ. idip̄m ſp ad ip̄m offertur. ꝓinde hoc eſt ſacrificiū. alioq̄n q̄m in multis locis offert' multi ſunt xp̄i. non? ſed vnus vbiqꝫ eſt xp̄s. et hic plenꝰ exiſtēs. et illic plenus. ſicut ḡ vbiqꝫ offert' vnum eſt corpꝰ ita et vnū ſacrificiū. Xp̄s hoſtiā obtulit. ip̄am offerimꝰ ⁊ nunc. ſed qđ nos agimus recordatio eſt ſacrificij. Nec cā ſue infirmitatis repetit'. q̄ꝛ pficit hoīeꝫ. ſ; noſtre q̄ꝛ q̄tidie peccamꝰ. Ex his colligitur eē ſacrificiū et dici qđ agit' in altari. ⁊ xp̄m ſemel oblatū. ⁊ quotidie offerri. ſ; aliter tunc alter nūc. Et etiā que ſit virtus huius ſacramenti oſtendit'. remiſſio. ſ. peccatoꝝ venialiū. ⁊ pfectio v̄tutis.

*Augu. ſuper pſal. xx.*

*Augu. in ſententijs ꝓſpi.*

*Ambro. ſup epiſtolam ad hebreos.*

*De virtute ſacramenti.*

### De cauſa inſtitutionis. h

**Inſtitutū eſt enim** h̄ ſacr̄m duabꝰ de cauſis. In augmētū virtutis. ſ. charitatis. ⁊ in medicinā q̄tidiane infirmitat'. Vn̄ Amb. Si q̄tiens effundit' ſanguis xp̄i. ī remiſſionem pctōꝝ effundit' debeo ſp accipe. q̄ ſp pecco. debeo ſp hr̄e medicinā. Itē Aug. Iterat' q̄tidie hec oblatio lꝫ xp̄s ſemel ſit paſſus. q̄ꝛ q̄tidie peccamꝰ pctis ſine q̄bꝰ mortalis infirmitas viuere non pōt. Et q̄ꝛ quotidie labimur. q̄tidie xp̄s miſtice imolat' ꝓ nob. Dedit eniꝫ nobis h̄ ſacr̄m ſalutis. vt q̄ꝛ nos quotidie peccamꝰ ⁊ ille iā mori nō pōt. p h̄ ſacr̄m remiſſionē ꝯſeq̄mur. Quotidie cōedit' ip̄e et bibit' ī v̄itate ſ; integer ⁊ viuꝰ manet Item Miſteriū fidei dr̄. q̄ꝛ credē debes ḡ ibi ſalus nr̄a ꝯſiſtit. Si aūt q̄rat' vtꝝ q̄tidie cōmunicādū ſit? Audi q̄d inde tradit Augꝰ Quotidie inq̄t eucharistiā accipe nec laudo nec vitup̄o. oībꝰ tm̄ dn̄icis diebꝰ cōicandū hortoꝛ. Si tm̄ mēs ī affectu peccādi eſt. ḡuari magis dico eucharistie pceptiōe q̄ȝ purificari. Et lꝫ q̄s pctō mordeat': ſi peccādi tm̄ d' cetero nō habeat volūtatē ⁊ ſatiſfaciat lachrymis ⁊ orōnibꝰ. accedat ſecurꝰ. ſ; h̄ d' illo dico quē mortalia pctā nō ḡuant

Si nō frequētius ſaltē ter ī anno hoīes cōicēt. niſi forte q̄s criminalibꝰ impediat' ī paſca. ſ. pēthecoſte. ⁊ ī natali. Oēs ḡ cōicēt q̄ noluerint carere eccl'aſticis liminibꝰ

*Ambroſiꝰ*

*Augu. ad ianuarium.*

*Vtrum quotidie ſit manducandū.*

*Fabianꝰ papa*

Iſta eſt diſtinctio. xi. huius q̄r=
ti libri. In qua magiſter poſtq̄ egit de confectiōe hu
ius ſacramenti. Hic v̄o agit de conſequentibus con
fectionez. Et tria facit. Primo eni̅ inquirit modum
eſſendi accidentiū in hoc ſacramento. Secundo que
rit an ibi ſit vt apparet fractio. Tertio agit de hmōi
ſacramenti effectu. Primū facit vſq̄ ibi. Solet etiaz
queri. Secundū vſq̄ ibi. De cauſa inſtitutiōis. Ter
tiū vſq̄ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſnīa magi
ſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus q̄rum prima ē hec.
In hoc celeſti ſacramento ſpecies ſeu accidentia re=
manent ſine ſubiecto. Hanc magiſter inſinuans pro
ponit primo inquirendo q̄ in hoc ſacramēto accidē=
tia remaneant actu ſine ſubiecto. quia ibi nō eſt niſi
ſubſtantia corpis et ſanguinis dominici que talibus
accidentibus affici non poteſt. remanent tamen acci
dentia ad myſterij ritū et ad fidei ſuffragiū. et etiam
ꝓpter guſtum. Secuuda propoſitio eſt hec. Speci=
es viſibiles in hoc ſacramento frangitur ſine chriſti
nocumento. Hanc magiſter ponens querit vtrum ī
hoc ſacramento ſit vera fractio. Et dicit q̄ nō. quia
corpus chriſti frangi non poteſt ꝛ alia ſubſtantia ſui
non eſt. Et reſpondet magiſter q̄ quibuſdam vide=
tur q̄ ibi nō ſit vera fractio ſicut videtur. ſed dicitur
frangi quia videtur frangi nec tamen ibi eſt illuſio.
quia non oſtenditur ibi fractio ad illuſionem ſed po
tius ad fidei vtilitatem. Alij v̄o dicunt q̄ vere fran
gitur corpus chriſti et non integrū manet. et hoc cō
firmat per confeſſionem Berengarij qui confeſſus ē
coram Nicolao papa et pluribus alijs epiſcopis pa=
nem et vinum que in altari ponuntur poſt conſecra=
tionem nō ſolum ſacramentum ſed etiam veruz cor=
pus ꝛ ſanguinem chriſti eſſe. que omnia approbata
ſunt ſicut habetur ꝺ conſecratione diſtincti. ij. Alij
vero dicunt q̄ ſicut ibi eſt ſpecies panis ꝛ non eſt ibi
res in qua ſit ſpecies. Ita eſt ibi fractio que non eſt
in aliq̄ re q̄ꝛ nihil ibi frāgitur. quod mirabiliter ꝺ po
tentia dei fieri dicunt. Quarta opinio circa hoc eſt
magiſtri q̄ fractio illa vera eſt ꝛ in ipſis ſpeciebus ſa
cramentalibus eſt. vbi etiam ſubdit ſm̄ beatum Hie
rony. q̄ ſub ſingulis ptibꝰ fractiōis ē totus xp̄s. Et
etiam dicit Hylari. vbi eſt pars corporis chriſti ibi ē
totuz. Poſtea dicit q̄ partium fractionis vna ſignifi
cat corpus chriſti iacens in ſepulcro Alia vero ſigni
ficat corpus chriſti viuens in mūdo. Tertia vero cor
pus chriſti poſt reſurrectionem que ſignificatio pōt
etiam corpori chriſti miſtico adaptari Preterea que
rit vtrum corpus quotidie imoletur. ꝛ vtrum illud
quod facit ſacerdos in hoc ſacramento poſſit ꝓprie
dici ſacrificium vel imolatio. Et reſpondet ad vtrū=
q̄ q̄ ſic. non tamen in re ſed in ſimilitudine qꝺ enim
quotidie geritur ſignum eſt memoriale ꝛ figura imo
lationis ſemel facte. et ſic forma viſibilis que in alta
ri ſacrificium dicitur ꝛ eſt. Similiter vero ſolum ſe=
mel imolatus fuit ſed quotidie offerꝫ. ſed aliter tunc
ꝛ aliter nunc. quod autoritatibus ꝓbat. Tertia ꝓ=
poſitio eſt hec. Hoc ſacramentum datur in augmen
tum virtutis et charitatis. ꝛ ī remedium quotidiane
infirmitatis. Hāc magiſter inſinuans dicit q̄ hoc ſa
cramentū duabus de cauſis eſt inſtitutum ſcilꝫ in au
gmentū charitatis. ꝛ in medicinam noſtre infirmita
tis. quia eni̅ quotidie labimur ꝛ cadimus. quotidie
xp̄s pro nobis miſtice imolātur. Unde v̄tus ſacra=
menti ē remiſſio venialiū. Ultimo inquirit de modo
vtendi hoc ſacramento. ſ. quō hoc ſacr̄m ſit frequen
tandū. Et dicit q̄ ſupra hoc inueniūꝫ diuerſa eccl̄ie
ſtatuta. q̄ꝛ q̄dam in diebus dn̄icis. q̄dam bis ī anno
cōmunicandū eſſe dicūt. niſi dūtaxat aliquibꝰ crimi=
nibus ſit grauatus. Et tn̄ ī ſpāli de ſnīa huiꝰ diſ.

## Si heretici ꝛ excommunicati hoc ſacramentū cōficiant. a

Solet etiaz q̄=
ri vtrum; praui ſacerdotes h̄
ſacramētū ꝯficere queāt? Ad
qꝺ dici poteſt q̄ aliq̄ licꝫ ſint
praui ꝯſecrāt v̄e. ſ. q̄ itus ſūt noīe et ſacro
ꝛ ſi nō vita. q̄ꝛ nō in merito ꝯſecrantis. ſꝫ i DI. XIII
v̄bo efficit creatoris. Un̄ Augꝰ. Intra ca= Aug. in li. de corpe dn̄i.
tholicā eccl̄iam i miſterio corpis et ſangui
nis dn̄i nihil a bono maiꝰ. nihil a malo mi=
nus pficiꝫ ſacerdote. q̄ꝛ nō i merito ꝯſecrā
tis ſꝫ in v̄bo ꝯficiꝫ creatoris ꝛ v̄tute ſpiri=
tuſſancti. Credendū eſt eni̅ q̄ in v̄bis chri
ſti ſacr̄a ꝯficianꝫ Sicut ipſe q̄ baptizat. ita
ipſe ē q̄ p ſpiritūſāctū ſuā efficit carnē ꝛ ſā Gregoriꝰ
guinē. Itē Greg. Putāt q̄dā cōmunionē
corpis minꝰ eſſe ſanctificatā. ſi illoꝝ fiat of=
ficio quoꝝ vita coꝝ oculis videꝫ ignobil̄.
Heu in q̄ꜩ magnū laqueū incidunt. vt diui
na ꝛ occulta myſteria plꝰ ab alijs ſanctifica
ta poſſe fieri credāt. cū vnꝰ idemq̄ ſpiritus
ſanctus in tota eccleſia inuiſibiliꝫ ea myſte
ria ꝛ opando ſanctificet. et ſanctificādo be
nedicat. Myſteriū ideo dꝛ q̄ ſecretā et
recōditā habeat diſpēſationē. Sacrificiuz
v̄o q̄ſi ſacrū factū. q̄ꝛ p̄ce myſtica conſecra
tur ꝓ nob̄ in memoriā dn̄ice paſſiōis. Sa=
cramentuz eſt in aliqua celebratiōe cū res
ita fit vt aliquid ſignificate rei accipiamꝰ.
Sacramēta ſunt baptiſma. chriſma. corpꝰ
q̄ idō ſacr̄a dicunꝫ q̄ꝛ ſub tegimento viſibi
lium rerū: diuina v̄tus ſecretiꝰ ſalutē corū
dem ſacramentoruz opatur. Un̄ a ſecretis
virtutibus vel ſacris ſacr̄a dicuntur. Pa=
nis ꝛ calicis ſacr̄m. grece eucharistia diciꝫ
latine bona gr̄a interpretaꝫ. ꝛ quid melius
corpe ꝛ ſanguine xp̄i? Siue ergo p bonos
ſiue p malos miniſtros intra eccl̄iaz diſpē=
ſetur: ſacrum tamen eſt. q̄ꝛ ſpirituſſanctus
viuificat. Nec bonoꝝ diſpēſatoꝝ meritis
ampliatur. nec malorum attenuatur. Hoc
de corpore domini. hoc ꝛ de baptiſmate et
criſmate ſciendum eſt et tenendū. quia vir
tus diuina ſecretius operatur i eis. ꝛ diui=
na ſolummodo ē hec virtus ſiue poteſtas.
nō humane efficatie. Illi vero qui excom=
municati ſunt vel de hereſi manifeſte nota
ti non videntur hoc ſacramentū poſſe con
ficere. licet ſacerdotes ſint. q̄ꝛ nemo dicit i
ipſa conſecratione. offero. ſed offerimus.
quaſi ex perſona eccleſie. ꝛ ideo cuz alia ſa
cramenta extra eccleſiam poſſint celebrari

Aug. i ſmõe de corpe xpi. De hoc nõ videt. Qđ etiã Aug. tradere vi‑
detur dicens. Recolite nomen et aduerti‑
te veritatẽ. Miſſa eñ dr̃ eo ꝙ celeſtis miſ‑
ſus ad cõſecrandũ viuificandũ corpus ad‑
ueniat iuxta dictũ ſacerdotis dicẽtis Om‑
nipotens deus iube hec perferri per manꝰ
ſancti angeli tui in ſublime altare tuum ⁊c̃.
Idcirco niſi angelus venerit: miſſa nequa‑
q̃ȝ iure vocari poteſt. Nunquid eñ ſi h̃ mi‑
ſteriũ hereticus auſus fuerit vſurpare. an‑
gelũ de celis mittit deꝰ oblationẽ eiꝰ conſe‑
crare. maxie cũ eiſdẽ ꝑ ꝓphetaȝ cõminatꝰ
ſit dicẽs. maledicã benedictionibꝰ veſtris
Et ſi benedictiõibꝰ eoꝝ ſe aſſerit maledictu‑
rũ veritas. Quid erit de hoſtia? ꝗ dicemꝰ
illã poſſe bñdici ab illo quẽ ſcimꝰ a deo fo‑
re maledictũ cũ ſua bñdictiõe. Si eñ deus
maledixerit bñdictionibꝰ hereticoꝝ et ſy‑
moniacꝰ bñdixerit: q̃s eoꝝ ꝑualebit? Nũ‑
q̃d bñdictio maledicti ad nihilũ poterit re‑
digere v̄ba veriſſima cõminãtis dei. Ex
his colligit ꝙ hereticꝰ a catholica fide p̃ci‑
ſus neq̃at h̃ ſacr̃m cõficere. q: ſancti angeli
q̃ huiꝰ myſterij celebratiõi aſſiſtunt. tũc nõ
aſſunt qñ hereticꝰ ⁊ ſimoniacꝰ h̃ myſteriũ
temerarie p̃ſumit. Non eñ dubitari lȝ vbi
corpis dñici ⁊ ſanguinis myſteria gerunt
ſupnoꝝ ciuiũ adeſſe ꝯuẽtꝰ. In huiꝰ aũt
myſterij expletiõe ſicut formã ſuari: ita or‑
dinẽ hr̃i. ſ. vt ſit ſacerdos. ⁊ intẽtiõeȝ adhi‑
beri optet vt illud facere intẽdat. Sȝ ſi nõ
credit de illo myſterio ſic̃ veritas hȝ. nũq̃d
põt intẽdere illud ꝯficere? ⁊ ſi nõ intendit.
nũq̃d ꝯficit? Aliq̃ dicũt etiã nõ recte đ illo
myſterio ſentiẽtẽ: poſſe itẽdere. nõ q̃dẽ illđ
ꝯficere. qđ iã eẽt recte credere. ſꝫ id agẽ qđ
geri ab alijs dũ ꝯfici. ⁊ ſic adhibet inten‑
tio. ⁊ ſi intẽtio dicat deeſſe ꝯficiẽdi illđ my‑
ſterium. tñ ex q̃ intẽdit ea dicere ⁊ agere q̃
ab alijs gerunt. implet myſteriũ. Illud
etiã ſane dici põt. ꝙ a brutis aĩalibꝰ corpus
xp̃i nõ ſumit. ⁊ ſi videatur. Quid ꝗ ſumit
mus. vel q̃d mãducat? Deꝰ ait. De h̃ ce‑
leſti myſterio aliq̃ ꝑſtrinximꝰ a catholicis
fideliter tenẽda. Qui eñ his ꝯtradicit: he‑
reticus iudicatur.

*Marginal notes (left column):*
- Aug. i ſmõe de corpe xpi.
- Unde dicat miſſa.
- Grego. maledicaȝ bñdictionibꝰ vr̃is. id eſt. his q̃ i eis bñdictionibꝰ poſſidetis vel q̃cq̃d a vobis benedicet. vl' qñ non bñdicũt ſanctis ex v̄o corde. vel quia qui iniq̃ agunt benedicuntur ab eis adulantur q̃ peccatoribus dummodo diuites ſint.
- Hieronymꝰ. maledicaȝ bñdicentibꝰ vos id eſt. q̃cq̃d a vobis benediceẽt ꝑ me erit maledictũ.
- Gregꝰ. ſuper ezech. Qui i expoſitiõe ſacri eloquij vt auditoribus placeat aliq̃d fingit ſua verba loq̃tur nõ dei q̃ autem i verbis dñicis alit̃ q̃ is q̃ ꝓtulit ſenſerit ⁊ ſi ſub alio itellectu tamẽ ad edificationeȝ charitatis tẽdit. dñi ſũt v̄ba q̃ dicit.
- A brutis animalibꝰ eucharistia nõ ſumitur.

## Quid facit hereticuȝ et quid ſit hereticus. b

# Ne autez ignores

q̃d faciat hereticũ. vel q̃d ſit hereticꝰ. audi
breuit̃ q̃d inde ſcti doctores tradãt. Hyla.
ait. Extiterũt plures q̃ celeſtiũ v̄boꝝ ſim‑
plicitatẽ nõ veritatis ipſius abſolutionem
ſuſceperũt. alit̃ interp̃tantes q̃ȝ dictoꝝ v̄tꝰ
poſtularet. De intelligẽtia eñ hereſis non
de ſcriptura eſt. ⁊ ſenſus nõ ſmo fit crimen.
Idẽ in. viij. Intelligẽtie ſenſus i crimie eſt.
Hiero. dic̃. ꝙ ex v̄bis inordinate ꝓlatis in‑
currit hereſis. Aug. diffiniẽs q̃d ſit hereti‑
cus ait. hereticꝰ ẽ q̃ ꝓ alicuiꝰ tp̃alis cõmo‑
di ⁊ maxie glĩe p̃ncipatuſq̃ ſui gr̃a. falſas
ac nouas opiniones gignit vel ſequit.

*Marginal notes:*
- Hyla. in li. đ trinitate.
- Hierony. ſuꝑ Oſee.
- Aug. de vtilitate credẽda.

Iſta eſt diſtinctio. xiij. huiꝰ quar‑
ti libri. In qua mgr̃ poſtq̃ȝ egit ſupiꝰ de ſacr̃o eucha‑
riſtie q̃ꝫtũ ad eſſe ⁊ fieri. Hic agit de eius miniſtro. ⁊
tria facit. Primo eñ inquirit an malꝰ ſacerdos poſ‑
ſit ꝯſecrare. Scđo hereticũ ſeu ſciſmaticũ non poſſe
ꝯficere nitit determinare. Tertio oñdit aĩalia bruta
nullatenꝰ poſſe mãducare. Primũ a p̃ncipio vſq̃ ibi
Illi v̄o q̃ excõicati ſunt. Scđm vſq̃ ibi. Illud v̄o ſa‑
ne dici põt. Tertiũ vſq̃ ad finẽ diſ. In ſpãli ſnſa m ⁊c̃.
A malo ſacerdote veꝝ ſacr̃m cõficit. q: nõ i merito
ipſius. ſed in verbo creatoris efficit. Hãc mgr̃ inſinu‑
ans querit p̃mo vtruȝ hoc ſacr̃m malꝰ ſacerdos põt
cõficere. Et rñdet ꝙ bonitas vel malicia ſacerdotis
nihil facit ad cõſecrationẽ. q: cõſecratio nõ imerito
cõſecrãtis ſꝫ in verbo efficit creatoris. In hoc enim
ſacr̃o ſub tegimẽto reꝝ viſibiliũ diuina virtꝰ ſecreti‑
us opat ſalutẽ. qđ autoritatibꝰ cõfirmat. Scđa pro‑
poſitio eſt hec. Sciſmaticũ ⁊ hereticũ non poſſe ꝯſe‑
crare ꝑ magiſtrũ aſſerit ⁊ intẽtio i ipõ cõſecrante ne‑
ceſſario exigit. Hanc mgr̃ ponẽs dicit ꝙ ab eccleſia
dei ꝑ excõicationeȝ vel hereſim p̃ciſi non vident hoc
ſacr̃m poſſe ꝯficere q̃ꝫuis ſint ſacerdotes. tũ q: obla‑
tio huiꝰ hoſtie fit ex ꝑſona totꝰ ecclie. ipi autẽ extra
eccliaȝ ſunt. Tũ q: hmõi ſacri celebratiõe nũcius ce‑
leſtis mittit ad bñdicendũ. Nõ eſt aũt p̃ſumenduȝ ꝙ
deꝰ bñdicat bñdictiõibꝰ p̃ciſoꝝ ab eccleſia. Poſtea
dicit ꝙ ad ſacri huiꝰ ꝑfectionẽ duo requirũt. ſ. ordo
miniſtri. ſ. ꝙ ſit ſacerdos ⁊ intentio. Subdit ꝙ ille q̃
non credit etiã põt intẽtionẽ habere ⁊ ꝑ ꝯſequẽs cõ‑
ſecrare dũmõ intendit agere ⁊ facere qđ facit eccl'ia.
Tertia ꝓpoſitio eſt hec Magiſter videt dogmatiza‑
re bruta aĩalia nullatenus chriſti corpus mãducare.
Hãc mgr̃ inſinuãs dic̃ ꝙ bruta aĩalia corpus xp̃i nõ
ſumũt. q̃d aũt ſumãt dũ hoſtiã mãducãt dicit ꝙ deꝰ
nouit. Poſtea epilogãdo dicit ſe de hoc myſterio bre‑
uiter dixiſſe a fidelibꝰ catholicis fidelit̃ tenenda. q̃bꝰ
ſi q̃s cõtradicit hereticꝰ videt. Ultimo quaſi inciden‑
talit̃ dicit ꝙ hereticũ facit intelligẽtia praua ſm he.
Aug. đ vtilitate credẽdi. aut hereticus ẽ q̃ cã cõmo‑
di tp̃alis ⁊ glorie vel falſum vel nouas opiniones gi‑
gnit aut ſequit. Et tm̃ in ſpeciali.

## De penitentia. a

Poſt hec đ pe‑
nitẽtia agẽdũ eſt. Pnĩa lõge DI. XIIII
poſitis a deo neceſſaria eſt vt
appropiquet. Eſt enim vt ait
Hiero. ſcđa tabula poſt naufragiũ. q: ſi q̃s
veſtẽ inocẽtie i baptiſmo ꝑceptam peccan‑
do corrupit: pnĩe remedio reparare põt. Pri‑
ma tabula ẽ baptiſmꝰ vbi deponit vetus
hõ ⁊ induit nouꝰ. Scđa pnĩa: qua poſt la‑
pſum reſurgimus. dũ vetuſtas reuerſa re‑
pellit. et nouitas ꝑdita reſumit. Poſt ba‑
ptiſmũ ꝓlapſi ꝑ pnĩam renouari valent. ſꝫ

*Marginal note:* Hierony. ſuꝑ Daniel.

nō ꝑ baptiſmuꝫ. licet hoi ſepi⁹ penitere ſed nō baptiſati. Baptiſmus tm̄ eſt ſacrm̄ ſed pnīa dicit̄ ⁊ ſacrm̄ et virtus mētis. Eſt eñ pnīa interior. et eſt pnīa exterior. Exterior ſacrm̄ eſt. interior virtus mentis eſt. et vtraqꝫ cā ſalutis eſt ⁊ iuſtificationis Utrꝫ vero ois exterior pnīa ſit ſacrm̄: vel ſi non omnis: que hoc noie cenſenda ſit cōſequēter inueſtigabimus. A pnīa cepit iohis ꝑdicatio dicentis. Penitentiā agite appropinquabit eñ regnū celoꝝ. Qđ aūt preco docuit. illud poſt veritas ꝑdicauit exordium ſumens ſmonis a pnīa. Pnīa đr a puniendo. q̄ ꝗs punit illicita q̄ cōmiſit. Penitētie vꝰ timore ꝯcipit̄. Uñ Eſa. A timore tuo dñe concepim⁹ et pepim⁹ ſpm̄ ſalutis.

Uñ đr pnīa

Ambro. i ſermone q̄drageſimali.

Eſt autē pnīa vt ait Amb. Mala pterita plangere. ⁊ plangenda iterꝫ nō cōmittere. Itē Greg: Penitere ē anteacta pctā deflere. ⁊ flēda nō cōmittere. Nā qui ſic alia deplorat vt alia tm̄ committat. adhuc pnīam agere. aut ignorat aut diſſimulat Quid eñ prodeſt ſi pctā luxurie ꝗs defleat et adhuc auaricie eſtib⁹ anhelat. His verbis quidam vehementius inherentes ꝯtendūt vere penitētē vltra nō poſſe peccare damnabiliter. et ſi grauiter peccauerit: verā nō ꝑcepiſſe pnīaꝫ Qđ etiā alijs muniūt teſtimonijs. Ait eñ Iſi. Irriſor eſt ⁊ nō penitens qui adhuc agit qđ penitet. Nec videt̄ deū poſcere ſubditus ſed ſubſannare ſuperbus Canis reuerſus ad vomitum et penitens ad pctm̄. Multi lachrymas indeſinenter fundunt. ⁊ peccare nō deſinunt. quoſdam accipere lachrymas ad pnīaꝫ cerno. ⁊ affectum pnīe nō hr̄e. qꝛ inconſtantia mentis nunc recordatione peccati lachrymas fundunt. nūc reuiuiſcente vſu ea que fleuerūt iterādo cōmittūt Eſa. de peccatorib⁹ dicit Lauamini mundi eſtote. Lauat̄ ⁊ mūdus eſt q̄ pterita plangit ⁊ flenda iterum nō cōmittit. Lauat̄ ⁊ nō eſt mūdus q̄ plangit q̄ geſſit nec deſerit et poſt lachrymas ea que defleuerat repetit. Item Aug. Inanis eſt pnīa quā ſequēs culpa coinq̄nat. Nihil ꝓſunt lamenta ſi replicant̄ pctā. Nihil valet veniā a malis poſcere ⁊ mala denuo iterare. Item Greg. Qui cōmiſſa plāgit nec tamen deſerit: pene grauiori ſe ſubijcit. Item Ambro. Repiunt̄ qui ſepius agendaꝫ penitentiam putant qui luxuriant̄ in chriſto Nā ſi vere pnīaꝫ in xp̄o agerēt: iterandam poſtea nō putarēt. qꝛ ſicut vnuꝫ baptiſma ita eſt vna pnīa. His alijſqꝫ plurib⁹ vtūtur in aſſertione ſue opinionis. Sed Ambroſius dicit. Hec vera penitentia eſt ceſſare a peccato Et itē Magni ꝑfect⁹ eſt renūciaſſe errori. imbutos eñ vicijs animos exuere atqꝫ emēdare virtutis eſt ꝑfecte et celeſtis grē. ⁊ ideo ſane ita diffiniri pōt. Penitentia eſt vtus q̄ cōmiſſa mala cuꝫ emendationis ꝓpoſito plangimus ⁊ odimus ⁊ plangenda vlteri⁹ cōmittere nolum⁹: quia pnīa vera ē in animo dolere ⁊ odire vicia. Uñ illa verba pmiſſa. penitere eſt anteacta deflere ⁊ flenda non cōmittere. recte ſic accipi pn̄t vt non ad diuerſa tpa. ſed ad idem referunt̄. vt ſcꝫ tpe quo deflet cōmiſſa mala nō cōmittat volūtate vel ope flenda. qđ innuit̄ ex verbis cōſequētib⁹. Naꝫ qui ſic alia deplorat ⁊c̄. Hinc Aug. ait. Cauēduꝫ eſt ne quis exiſtimet nephanda illa crimina qualia qui agunt regnū dei nō poſſidebunt quotidie ꝑpetranda. et elemoſynis q̄tidie redimenda. In melius eſt enim vita mutanda. ⁊ ꝑ elemoſynas de peccatis preteritis ꝓpiciandus eſt deus. nō ad h̄ emēdus quodāmodo vt ea ſemꝑ liceat impune cōmittere. Nemini eñ dedit laxamētuꝫ peccandi. ⁊ ſi miſerādo deleat cōmiſſa peccata. ſi nō ſatiſfactio cōgrua negligat̄. Itē Pius papa. Nihil ꝓdeſt homini ieiunare et orare et alia religionis opa agere niſi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo a malis ſic mentem reuocat vt commiſſa plāgat ⁊ plangenda committere non velit nec ſatiſfacere negligit: vere penitet. Nec ideo non eſt vera pnīa. qꝛ forte nō de ꝓpoſito ſ; caſu vel infirmitate peccabit. Ille autēꝫ irriſor eſt ⁊ non penitens qui ſic cōmiſſa plāgit vt plangenda voluntate vel ope cōmittere non deſinat. Ille etiā qui poſt lachrymas repetit que fleuit lauat̄ ad tempus. ſ; mūdus nō eſt. i. illa mūdicia non eſt ei ſufficiēs ad ſalutē. qꝛ eſt momētanea nō ꝑſeuerans. Itē illud. Inanis eſt pnīa quā ſequēs culpa coinquinat. ſic intelligēdū eſt. Inanis eſt. ſ. carēs fructu illius pnīe quaꝫ ſequēs culpa non inq̄nat. Illi⁹ enim fruct⁹ eſt vitatio gehenne et adeptio glorie. mortificat̄ eñ illa pnīa et alia anteacta bona ſequens pctm̄. vt nō ſortiant̄ mercedē quā meruerūt cū fierēt. et quā haberēt ſi pctm̄ nō ſuccederet. Sed ⁊ ſi de pctō ſuccedenti pnīa agatur ⁊ pnīa que perceſſit. et alia ān acta bona reuiuiſcunt. ſed illa tm̄ q̄ ex charitate ꝓdierunt. Illa eñ ſola viua ſūt que ex charitate fiunt. Ideoqꝫ ſi ꝑ ſeq̄ntia pctā mortificant̄. ꝑ ſubſequenteꝫ pnīam reuiuiſcere poſſunt. Que vero ſine charitate fiūt

Iſi. in li. de ſūmo bono.

Aug. in li. ſoliloquioꝝ.

Gregori⁹

Ambro. in li. đ vnica pnīa.

Ambro. ſuꝑ epiſtolam ad corinth.

Augu. ſuper octonarium xxij.

Quid ſit penitentia.

Determīatio pmiſſoꝝ vborum.

Aug. i ench.

Pius papa.

mortua et inania generantur. et ideo ꝑ penitentiam reuiuiſcere nõ valent. Similiter intelligẽdum eſt illud. Nihil ꝓſunt lamenta ꝛc̃. Et illud. Nihil valet ꝛc̃. Si eñ replicantur peccata nihil valet ad ſalutem vel ad veniam in fine ꝓcedens lamentum: q꞉ nihil relinquitur de vite mũdicia. quia aut peccata dimiſſa redeunt vt quibuſdam placet cum replicanꝫ. vl' ſi nõ redeunt. eis tñ deletis ꝓpter ingratitudinem ita reus ꝛ immundus conſtituitur. cum adhuc inexpiandis implicaꝫ. vt ſi iam deleta redirent De hoc tñ ſcꝫ an peccata redeant poſt plenius agemus. Similiter nihil valet ad ſalutẽ obtinendaꝫ. vel ad mundiciam vite habendã. veniam de malefactis poſcere. et malefacta denuo iterare. Ita etiaꝫ intel[Aug. in li. de vnica pnĩa.]ligendum eſt illud quod idem Auguſ. alibi ait. Penitentia eſt quedam dolẽtis vindicta ſemꝑ puniens in ſe qꝺ dolet cõmiſiſſe. ꝛ infra. Quotidie dolendum eſt de peccato qꝺ declarat ipſa dilectiõis virtꝰ. Penitere eñ eſt penaꝫ tenere. vt ſemꝑ puniat in ſe vlciſcendo quod cõmiſit peccãdo. Ille penaꝫ tenet. qui ſemꝑ vindicat qꝺ cõmiſiſſe dolet. Penitentia ergo eſt vindicta ſꝑ puniens in ſe quod dolet commiſiſſe. Quid reſtat nobis niſi dolere in vita. vbi eñ dolor finitur: deficit et pnĩa. Si xͦo penitẽtia finiꝫ. quid relinquetur de venia? Tamdiu gaudeat et ſperet de gratia. qͣdiu ſuſtentatur penitentia. Dicit enim dominus Uade et amplius noli peccare. non dixit: Ne pecces. ſed ne voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomõ ſeruabiꝫ niſi dolor in penitentia continue cuſtodiatur. ſed ſemper doleat. ꝛ de dolore gaudeat ꝛ nõ ſit ſatis ꝙ doleat. ſed ex fide doleat. ꝛ non ſemꝑ doluiſſe doleat.

### Determinatio intelligentie dictorum. b

De penitentia perfectoꝝ vel ad ſalutẽ ſufficienti intelligẽduꝫ eſt. qꝺ ſupra dixit ſcꝫ Penitentia eſt vindicta ſemꝑ puniens qꝺ cõmiſit. ꝛ alia hmõi. Illud xͦo. Si penitẽtia finiꝫ nihil ꝺ venia relinquiꝫ: dupliciter accipi põt. Si eñ iuxta quorundã intelligẽtiã pctã dimiſſa redeunt. facile eſt intelligere nihil ꝺ venia relinqui. q꞉ pctã dimiſſa iterum replicantur. Sicut eñ ille qui ex ſeruitute in libertateꝫ manumittiꝫ. interim vere liber eſt. ꝛ tñ ꝓpter offenſam in ſeruituteꝫ poſtea reuocaꝫ Sic et penitẽti peccata vere dimittunꝫ. et tñ ꝓpter offenſam que replicaꝫ iterũ redeunt. Si xͦo nõ redire dicanꝫ: ſane põt dici etiã ſic nihil de venia relinqui. nõ quod dimiſſa pctã iteruꝫ imputenꝫ. ſed q꞉ ꝓpter ingratitudinem ita reus et immundis conſtituitur. ac ſi illa redirent.

### De ſolẽni ꝛ vnica penitẽtia. c

Illud autem quod Ambro. ait. Repiũꝫ ꝛc̃. ꝛ Sicut vnuꝫ baptiſma ita ꝛ vna pnĩa. non ſꝫm generalem ſed ſꝫm ſpecialem morem eccleſie de ſolenni pnĩa dictũ intelligitur. que apud quoſdaꝫ ſemel celebrata nõ iteraꝫ. Item illud aliud Ambroſi. Penitentia ſemel vſurpata nec vera celebrata. et fructum prioris aufert et vſum ſequentis amittit. de ſolenni intelligitur. Solẽni ergo penitẽtia vt Ambro. ĩ eodem ait: eſt que fit extra eccleſiam in manifeſto in cinere ꝛ cilicio. que ꝓ grauioribus horrendiſqꝫ ac manifeſtis delictis tñ imponitur. ꝛ illa non eſt iteranda ꝓ reuerentia ſacramenti. ꝛ ne vileſcat et cõtemptibilis fiat hoibus. Unde Augꝰ. Quis caute [Aug. ad macedoniũ.] et ſalubriter ꝓuiſum ſit. vt locus illius humilime pnĩe ſemel in eccleſia concedaꝫ: ne medicina vilis minus vtilis eſſet egrotis. que tanto magl ſalubris eſt: quãto minꝰ cõtemptibilis fuerit. Quis tamẽ audeat deo dicere. Quare huic homini qui poſt penitẽtiam primam rurſus ſe laqueis iniquitatis abſtringit adhuc iteruꝫ parcis? Orige[Origenes ſuper leuiticũ.]nes quoqꝫ de hac ſolenni pnĩa que pro grauioribus criminibus iniungiꝫ ait. Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit que non ĩ crimine mortali. vel in blaſphemia fidei. ſꝫ in ſermonis vel in morum vicio conſiſtat. Hec culpa ſemper repari poteſt. Nec iter dicitur aliquando de huiuſmodi penitentiam agere. Sꝫ nõ ita ꝺ grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibꝰ ſemel tñ penitentie conceditur locus. Communia que frequenter incurrimus ſemper penitentiam recipiunt et ſemper redimuntur. Communia dicit venialia peccata et forte mortalia quedaꝫ alijs minus grauia. Que ſicut ſepe committuntur. ita frequenter per penitentiã redimuntur. Sed ꝺ grauioribus criminibus ſemel tantum agitur penitentia ſcilicet ſolennis. Nam et de illis ſi iterentur iteratur penitentia ſed non ſolẽnis. quod tamen ĩ quibuſdam eccleſijs nõ ſeruatur.

Autoritatibus ꝓbat q̃ non ſemel tm̃ ſed frequenter pctã dimittant̃ ꝑ penitentiam. D

# Q; vero penitẽtia

non ſemel tm̃ agat̃. ſed frequenter iteretur. ⁊ ꝑ eã frequenter iterum venia p̃ſtet̃ pluribus ſanctoꝝ teſtimonijs probatur. Ait ei Aug. ſcribens contra quoſdã hereticos q̃ peccantibus poſt baptiſmũ ſemel tm̃ dicebant vtilem eſſe penitentiaꝫ. ita. Adhuc inſtant pſidi qui ſapiunt plus q̃ optet. nõ ſobrij: ſed excedentes menſuram: dicunt. ⁊ ſi ſemel peccantibus poſt baptiſmum valeat penitentia. nõ tm̃ ſepe peccantibus ꝓderit iterata. alioquin remiſſio ad peccanduꝫ eſſet incitatio. Dicunt em̃. Quis non ſꝑ peccaret ſi ſemꝑ redire poſſet. Dicũt em̃ dñm incitatorem mali ſi ſemꝑ peccantibus ſubuenit. ⁊ ei peccata placere quibus ſemper p̃ſto eſt gratia. Errant aũt. Conſtat em̃ ei peccata diſplicere. qui ſemꝑ preſto ẽ ea deſtruere. ſi ea amaret: nõ ſemꝑ ea deſtrueret

Augu. in li. d penitentia.

Idem ad macedoniũ. Intantũ hoĩuꝫ iniquitas aliqñ ꝓgreditur. vt etiaꝫ poſt peractam penitentiam: poſt altaris reconciliationem: vel ſimilia vel grauiora cõmittant et tm̃ deus facit etiã ſuꝑ tales oriri ſolẽ ſuuꝫ nec minus tribuit q̃ ante tribuerat largiſſima munera vite et ſalutis. et q̃uis eis in eccleſia locus ille penitentie nõ concedat̃. deus tm̃ ſuꝑ eos ſue patientie non obliuiſcitur. Ex quoꝝ numero ſi quis nobis dicat dicite mihi vtrũ aliq̇d ꝓſit ad vitã futurã ſi in iſta vita illecebroſiſſime voluptatꝭ blãdimenta contempſero. ſi me penitendo vehementis q̃ prius excruciauero. ſi vberiꝰ fleuero. ſi melius vixero. ſi pauꝑes largiꝰ ſuſtentauero. ſi charitate ardentius flagrauero. quis veſtꝝ ita deſipit. vt huic homini dicat. nihil tibi iſta in poſteruꝫ ꝓdeunt. Vade ſaltem huius vite ſuauitate fruere. Auertat deus tam immanẽ ſacrilegamq̧ dementiã. Item Johes chriſto de repatione lapſi. Talis mihi crede: talis eſt erga hoĩes pietas dei. Nunq̃ ſpernit pñiam ſi ei ſincere ⁊ ſimpliciter offerat̃ etiaꝫ ſi ad ſũmũ q̇s ꝑueniat malorum ⁊ inde tm̃ velit reuerti. ad virtutis viã ſuſcipit libent̃ ⁊ amplectitur. ⁊ facit oĩa quatinꝰ ad p̃orẽ reuocet ſtatũ. Quodq̧ eſt adhuc p̃ſtantius et eminẽtiꝰ etiã ſi nõ potuerit q̇s explere omnem ſatiſfaciendi ordinẽ. quãtulãcunq̧ tamen ⁊ quãlibet breui tꝑe geſtã non reſpuit

Aug⁹ ad macedoniũ.

Jo. chriſ.

pñiaꝫ. ſuſcipit etiam ipſam nec patit̃ q̃uis exigue cõuerſionis ꝑdere mercedẽ. Exemplis etiam hoc idẽ aſtrui p̃t. Dauid em̃ ꝑ pñiam adulterij ſimul ⁊ homicidij veniam impetrauit. grauiter tm̃ poſtea delic̃ti ipſ' enumeratione. qḋ populi multitudo ꝓſtrata oſtẽdit. Illud aũt mirabile eſt q̃ angelo ferienti plebẽ. ſe obtulit dicens. Ego ſũ q̇ peccaui. Grex iſte q̇d fecit. fiat manꝰ tua in me ⁊ in domũ patris mei. Quo facto ſtatim ſacrificio dignus iudicat̃. qui abſolutiõe eſtimabatur indignus. Nec mirũ ſi tali ſua oblatiõe ꝓ ꝑplo. peccati ſui adeptus eſt veniã. cũ moyſes offerendo ſe ꝓ plebis errore. pctã dilue rit. His alijſq̧ teſtimonijs pluribus euidenter oſtendit̃ ꝑ pñiam non ſemel tm̃ ſ; ſepius nos a peccatis ſurgere. ⁊ verã pñiaꝫ ſepiꝰ agi. Voluntarie em̃ peccantibus nobis: vt ait apl's ꝓ pctis nõ reliquit̃ hoſtia ſcḋa. ſ. q2 ſemel tm̃ xp̃m oportuit pati: nec relinquit̃ ſcḋs baptiſmus. Relinq̇tur vo ſcḋa pñia ⁊ tertia ⁊ deinceps vt Joh. chriſoſto. ſuꝑ hũc locũ ait. Sciendũ inq̇t q̃ h̃ quidã exurgunt horũ verboꝝ occaſiõe penitentiam auferentes. quaſi ꝑ pñiam non valeat pctõr poſt lapſum reſurgere ſcḋo et tertio deinceps. Veꝝ etiam in hoc pñiam nõ excludit nec ꝓpiciationeꝫ que ſepe fit ꝑ pñiaꝫ ſ; ſm baptiſmũ ⁊ hoſtiam.

Ambroſius i apologia dauid.

Jo. chriſ.

Iſta eſt diſtinctio. xiiij. huius q̃rti libri. In qua mgr poſtq̃ determinauit d ſacramẽtis. ſ. cõfirmatione et euchariſtia que ſunt ſacra progredientiũ ordinata ad ꝑfectionẽ in bono. Hic determinat de pñia que ordinat̃ ad amotionẽ mali. Et diuidit̃ tractatus iſte in quattuor ptes. In p̃ma determinat de pñia in ſe. Scḋo d ptibꝰ pñie Tertio de inſtrumẽtis. Quarto d tꝑe. Scḋa ps incipit i. xvj. di. Tertia in diſtinctiõe. xviij. Quarta ĩ diſtinctiõe. xxj Prima ps diuidit̃ adhuc in duas ptes: In p̃ma pte determinat quidditatẽ pñie. ⁊ excludit quẽdã errorem. Scḋo determinat de integritate. ſcilꝫ in diſ. xv In pñti autẽ diſ. facit tria. Primo em̃ determinat q̇ ſit pñie diffinitio. Scḋo quõ bona opa ꝑ cõſequens pctm̃ mortificata ꝑ pñiam reuiuiſcunt. Tertio quomodo publica pñia ꝓ eodem peccato nõ ſit reiteranda. Primũ facit a principio diſtin. vſq̧ ibi. Itẽ illud inanis eſt penitentia. Scḋm vſq̧ ibi. Illud autẽ qḋ Ambroſius Tertiũ vſq̧ ad finem diſtin. In ſpeciali ſñia magiſtri ſtat in tribꝰ ꝓpoſitionibus. quarũ prima eſt hec. Penitentia eſt virtus qua noſtra peccata voluntarie deplangimus. et ea vltra cõmittere non ꝓponimus. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit p̃mo pñiaꝫ neceſſariã eſſe. Eſt enim ſm Hierony. ſcḋa tabula poſt naufragiũ ex eo q̃ qui veſtem innocentie ĩ baptiſmo ꝑceptam peccando deſtruxit. Poteſt eam penitentie remedio reparare. Baptiſmus autẽ dicit̃ p̃ma tabula. vnde pñia ſepe reiterari põt baptiſmꝰ aũt nõ. Poſtea volens pñiam diffinire p̃mittit quattuor. Primo em̃ p̃mittit eius genus qḋ eſt ſacrm̄ et virtus mentis. ſed baptiſmus eſt ſacrm̄ tm̃. Eſt em̃ duplex pñia. interior. ſ. ⁊ exterior. Interior ẽ habi-

p̃a

cus. exterior eſt ſacr̄m. Scd̄o eius d̄r ſam ꝓpter ꝙ vtilitatem. q: tā xp̄s ꝙ iohes baptiſta p̄dicationem ſuā a pn̄ia inceperūt dicentes. Penitentiā agite ap propinquabit vobis regnū celoꝝ. Tertio eiꝰ actum d̄r eīm pn̄ia a puniendo. q: per pn̄iā illicita puniunt Quarto eiꝰ originē. q: pn̄ie virtus timore cōcipitur Quibus p̄miſſis diffinit pn̄iam ſm̄ b. Ambro. dicēs ꝙ pn̄ia eſt mala p̄terita deplangere et deplangēda iteꝝ nō cōmittere. Poſtea dicit ꝙ ex hac diffinitione aliqui moti fuerunt dicere ꝙ non ſit vera pn̄iā q̄ pec cato ſequenti maculat. vere eīm penitentē dicunt vl tra mortaliter nō peccare q̄d etiā ꝯfirmant autorita te beati yſidori q̄ dicit talē pn̄iam eſſe irriſoriā. et au toritate. b. Aug. qui dicit eā eſſe inanē. ⁊ b. Grego. qui dicit eā eſſe grauioris pene. Quarto Ambroſij qui dicit verā pn̄iam iterendā non eſſe. Autoritates oēs patent in lr̄a. Poſtea mgr̄ determinando verita tē excludit dictū errorē. dicens ꝙ ceſſatio a peccatis p̄teritis ⁊ dolor de eis cum ꝓpoſitio cauendi futura ad verā pn̄iam ſufficit. Et ex hoc ſoluit pn̄ie diffinitio nem ſupradictā in qua dicit ꝙ ad pn̄iam pagendam ptinet pctā iterum nō cōmittere dicens. Sufficit pro vera pn̄ia ꝙ penitens plangenda iterū non cōmittat ꝓpoſito volūtatis. Et ex hoc etiam ſoluit autorita tē yſidori dicētis. ille irriſor eſt q̄ cū ꝓpoſito cōmittē di penitet. Scd̄a ꝓpoſitio ē hec. Uiatoris bona opa q̄ p ꝯn̄s pctm̄ deficiūt p verā pn̄iam iterū reuiuiſcūt Hāc mgr̄ inſinuās ſoluit autoritates quaſdā p̄dictas et p̄mo Aug. dicētis ꝙ pn̄ia quā ꝯſequēs coinq̄nat culpa. d̄r eīm inanis. q: ſine pn̄ie caret q̄ eſt vitatio ge henne. et adeptio glorie. Caret aūt fructu pn̄ie. q: p ꝯn̄s pctm̄ iſta pn̄ia et etiā alia acta bona mortificant vt. ſ. nō ſortiant mercedē quā meruerūt cū fierent. ſi tm̄ de pctō ſuccedente agat pn̄ia bona q̄ p̄ceſſerūt nō reuiuiſcunt niſi dūtaxat illa q̄ ex charitate ꝓdierūt q: q̄ viua nō fuerunt reuiuiſcere nō pn̄t que aūt fuerūt viua reuiuiſcere pn̄t. Q̄d aūt Aug. dicit. nihil ꝓſūt lamenta ſi replicant pctā ſic intelligendum eſt. vel ꝙ pctā redeūt queadmodū quidā dicūt ꝙ nihil relinq̄ tur de vite mūdicia eo ꝙ poſt pctm̄ iterū peccat. vel ſi nō redeūt ſaltē ꝓpter igratitudinē ita reus ⁊ imū dus ꝯſtituit ac ſi pctā dimiſſa redirent. Addit etiā duo dicta ab Aug. que vident facere in cōfirmatio nem erroris. vnū eſt. q: Augꝰ. dicit ꝙ penitēs ſp d3 pn̄iā tenere ita tm̄ ꝙ dolere gaudeat. Soluēdo iſtō dicit. ꝙ intelligitur de pn̄ia perfectorum qui peniten tiam vſq3 in finē vite ſue ꝯtinuāt. Aliud eſt ꝙ Aug. dicit ꝙ nihil de venia relinquit q̄n hō poſt peniten tiam in pctm̄ relabit. Reſpondendo dicit verum eſſe q̄tū ad reditū pctōꝝ ſimpliciter vel q̄tū ad ingrati tudinē vt dictū eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt. Quamuis publica pn̄ia ꝓ grauioribus inflicta nō eſt ꝓ eodem reiteranda cōmunis tm̄ cōfeſſio et pn̄ia eſt nobis fre quentius p agenda. Hanc magiſter inſinuans ſoluit autoritatē beati Ambro. qua dicit pn̄iam nō eſſe ite randā ꝓpter reuerantiā ſacramenti. Reſpondendo dicit hanc eſſe intelligendā de pn̄ia ſolenni que pro grauioribus criminibus infligit que nō iterat ne vi lis reputet q̄d autoritatibus confirmat. Ultimo q: q̄ dā dixerūt ꝙ pn̄ie nō deberent iterari q: facilitas penitentie eſſet incitatio ad peccandū. Ideo probat p plures autoritates ꝙ pn̄ia ſemp iterari debet ⁊ po teſt. q̄d confirmat exemplo Dauid qui bis veniā im petrauit. ſemel de commiſſione adulterij et homici dij. ⁊ poſtea de numeratione populi ex quo patet ve ram penitentiam ſepius agi poſſe. Et q: predicti q̄ ſic errauerūt circa penitentiam innitebantur qui buſdam verbis apoſtoli in epiſtola ad hebreos. Ideo dicit magiſter ꝙ apl̄us ibi non negat illam peniten tiam. Et tm̄ in ſpali.

peitēcia 2a 3a

**Q̄d pluribus irretitus peccatis nō pōt penitere de vno vere niſi d̄ omnibus peniteat.** a

Eſt ſicut predi ctis autoritatibꝰ. illoꝝ error conuincitur. qui pn̄iā ſepe a gendā et per eam a lapſu pec cantes frequenter ſurgere diffitent. ita eiſ dem illoꝝ opinio elidit qui pluribus irre titum peccatis aſſerunt de vno vere peni tere eiuſdemq3 veniam a dn̄o conſequi poſ ſe ſine alterius penitentia. Quod in auto ritatibꝰ aſtruere conant. Ait eīm ꝓpheta. Nō iudicabit deus bis in idipm̄. vel vt a lij tranſtulerunt. Non cōſurget duplex tri bulatio. Si ergo inquiunt illi. aliq̄s ſacer doti fuerit confeſſus vnū de duobus vel pluribus peccatis. et de illo iniunctam ſibi penitentiam a ſacerdote ſatiſfactionem ex pleuerit: ceteris tacitis. non p illo peccato amplius iudicandus eſt. de quo ſatiſfecit ad arbitrium ſacerdotis. qui vicem chriſti in eccleſia gerit. Ideoq3 ſi de eo iterum iu dicetur. bis in idipſum iudicat deus ⁊ con ſurget duplex tribulatio. Sed de his q̄ oportet illud tm̄ intelligi q̄ precedentibus ſupplicijs commutant in bonū et ſic perſe uerant. ſuper quos non conſurget duplex tribulatio. qui v̄o inter flagella duriores et deteriores fiunt vt pharao. preſentibus eterna connectunt. vt temporale ſuppliciū ſit eis eterne penitentiū. Unde Augꝰ. Ig nis ſuccenſus eſt ⁊c̄. i. vindicta hic incipi et et ardebit vſq3 ad extremā damnationē Hoc ꝯtra illos notandum eſt qui dicunt il lud. ſ. non iudicabit deus bis in idipm̄. ad omnia ptinere flagella. quia quidam h̄ fla gellis emēdant. alij h̄ et ineternū puniun tur. Quinq3 eīm modis flagella contin gunt. vel vt iuſtis per patientiā merita au geant. vt iob. vel ad cuſtodiam virtutum ne ſupbia temptet vt paulo. vl̄ ad corrigē da peccata vt marie lepra. vel ad gloriam dei vt de ceco nato. vel ad inicium pene vt herodi. quatinus hic videatur quid in in ferno ſequatur ſm̄ illud. Duplici cōtricio ne contere eos dn̄e. Illa q̄ autoritas nauz non cogit nos ſentire omnia que tempora liter puniuntur non vlterius a deo puniē da. Nam et ſi ſup eundem locuz Hierony mus dicat egyptios et iſraelitas a deo tem poraliter punitos ne in eternū punirētur. non eſt tamen de omnibꝰ generaliter intel

[margin: DI. XV; Naum. j.; Determinatio p̄cedētiū.; Augꝰ. ſuper cāticū Deut.; Beda quot modis cōtingūt flagella.; Hierony. de egyptijs et iſraelitis et ſodomitis.]

ligendū. Ait em̄ ſic. Gen⁹ humanū dilu‑
uio. ſodomitas igne. egyptios mari. ⁊ iſra‑
elitas in heremo ꝑdidit. ſcitote ideo tꝑali‑
ter ꝓ peccatis puniſſe. ne ineternū puniret
q: nō iudicabit deus bis in idipm̄. Qui ḡ
puniti ſunt poſtea nō punient̄. alioq̄n mē‑
titur ſcriptura: qđ nephas eſt dicere.

## Que ſit intelligentia premiſſio‑rum. b

**Attende lector his** verbis et caue ne de omnibus generaliter intelligas. ſed de his tm̄ q̄ inter ipſa flagella penitentiā egerunt, credentes in deū hebreoꝝ. quā et ſi breuē et momentaneam tamen nō reſpuit deus. Qui aūt qui ꝑ temporale flagellū non corrigunt̄ poſt eternalit̄ puniant̄. ibidē oſtendit agens de fideli deprehenſo in adulterio q̄ decollat̄ vbi oſtē‑dit leuia peccata breui et temporali ſupplitio purgari. magna vero diuturnis eterniſq; ſupplicijs reſeruari ita inq̄ens. Querat hic aliquis ſi fidelis deprehenſus in adulterio decollet̄. q̄d de eo poſtea fiat? Aut ei punietur et falſum eſt qđ dr̄ non iudicabit deus bis in idipm̄. aut nō puniet̄. ⁊ optandum eſt adulteris vt hic breui pena puniantur vt fruſtrētur ibi cruciatus eternos.

Ad qđ reſpondemus deū vt omniū rerum ita ſupplicioꝝ quoq; ſcire menſuras. ⁊ nō preueniri ſniam iudicis. nec illi in peccatorē exercende de hinc pene auferri poteſtatē. et magnū peccatū magnis diuturniſq; luci cruciatibus. Si quis vero punitus ſit tꝑalr̄ vt ille q̄ iſraelite maledixerat et qui in ſabbato ligna colegerat. tales poſtea nō puniri. q: culpa leuis pn̄ti ſupplitiō ꝯpenſat̄. leuis em̄ culpa leui ſupplicio cōpenſat̄. His ſatis innuit Hierony. grauia peccata et hic puniri graui ſupplicio. et ī futuro punienda eternaliter. de quibus penitentia nō agit̄ inter flagella. Leuia vero que hic puniūtur. leui pena cōpenſatiōem recipe. qđ in bonis fieri nō ambigimus. et in malis forte etiaꝫ fit ita. Satis iā apparet qđ illi de ꝓphetia induxerūt non facere ꝓ eis qui dicunt ei q̄ crimen ſibi reſeruat. de alio veniā preſtari ꝑ penitentiaꝫ. Alias quoq; autoritates inducūt. Ait em̄ Greg. Pluit dn̄s ſuꝑ vnā ciuitatē et ſuꝑ alteraꝫ nō pluit. et eandē ciuitatē ex ꝑte cōpluit. ⁊ ex ꝑte aridā reliquit. Cū ille qui ꝓximum odit ab alijs vicijs ſe corrigit: vna eadēq; ciuitas ex ꝑte cōpluitur ⁊ ex ꝑte arida remanet. q: ſunt quidā cū quedā vicia reſecent: in alijs grauit̄ ꝑdurant. Ideꝫ Amb. Prima cōſolatio eſt q: nō obliuiſcit̄ miſereri de⁹. Scđa ꝑ punitionē. vbi et ſi fides deſit. pena ſatiſfacit et releuat. Ratōne q̄ vtunt̄ dicentes. Si quis vnū peccatū confiteret̄ altero tacito: ſatiſfactionē a ſacerdote iniunctā expleuerit. nū quid ſi ⁊ peccatū tacitū cōuerſus fuerit confeſſus ꝓ vtroq; ei penitentia imponet̄? Longe hoc videt̄ a ratione et eccleſie conſuetudine que procedeꝫ pctō nō reiteret̄ nulli bis penitentiā imponit. Fuit ergo illa peccati cōdigna ſatiſfactio vn̄ ⁊ pctm̄ deletū viderur.

Greg. ſuper Ezechielem

Amb. ſuper octonariuꝫ xv.

## Qūo accipienda ſunt p̄miſſa. c

**His reſponderi po**teſt ſic. Illud Grego. pluit dn̄s ⁊c. Nō ad criminis veniā. ſꝫ ad oꝑis peccati deſertionem referendū eſt. vt ideo ꝑs ciuitatis dicatur cōplui. q: ab actu et delectatiōe peccati cui ante ſeruiebat mō ceſſat. nō q̄ eiuſ veniā habeat. Vocaturq; pluuia illa talis continentia qua ab oꝑe peccati reuocatur q: ex fonte gratie dei id cordi iſtillat̄ vt vl̄ ſic paulatim ad pniam veniat. vel eo min⁹ a deo puniat̄ q̄ diuturniori delectatōne et actu peccati maius ſibi accumulet tormentū. Si vero ad indulgentiā reatus pluuia referatur: euangelice ſententie ꝯtraire videbit̄. Si em̄ ꝓpter miſericordiaꝫ qua quis ꝓximo ſuo nō miſeret̄ etiam que dimiſſa ſunt replicant̄ ad penā. multo magis que nondū ſunt dimiſſa ꝓpt̄ odiū fratrum ad penaꝫ reſeruari ꝓbant̄. Et ſi ille q̄ arbiter ſue volūtatis ꝯſtitut⁹ eſt. nō pōt inchoare nouā vitā vt ait Aug⁹. niſi peniteat eū veteris vite: qūo ad nouitatē indulgentie ꝑueniet q̄ odij vetuſtatē nō depoſuit. Illud etiā qđ Amb. ait. et ſi fides deſit pena ſatiſfacit ⁊c. Nō de fide intelligit̄ q̄ credit̄ in deū. ſed de ꝯſcia delicti. Deeſt em̄ fides cū ꝯſcientia pcti non ſubeſt. Nā cū delicta omnia nemo intelligat. eſt aliq̄n in homie peccatū cui⁹ nō habet ꝯſcientiā. Vn̄ apoſtolus. Nihil mihi cōſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſuꝫ. Cum ergo q̄s flagellatur ꝓ peccato cuius nō eſt conſcius. ſi patienter fert penā et humiliter amplectitur. cogitans ſe forte pctm̄ hebere qđ nō intelligit ꝓ eo puniri a deo. pena illa ſatiſfacit ⁊ reuelat grauatū. Ad hoc aūt qđ obijcitur de ſatiſfactione illa: ſi ſatiſfactio non fuit iteꝝ imponenda eſt. Si vero iteꝝ impo

nenda nō eſt. ſatiſfactio fuit. et ſi ſatiſfactō

Aug^o. in li. d penitētia. Auguſ. in en chiridi.

fuit. veniam impetrauit? Reſponderi pōt
ſatiſfactionez ideo nō fuiſſe. qꝛ ille dignos
fructus pnie nō fecit. Eſt em̄ ſatiſfactio pe
nitentie vt ait aug. peccatoꝝ cās excinde-
re nec ſuggeſtionibꝰ earum aditū indulge
re. Item Sane qui ſcelerate viuūt nec cu-
rant talem vitaz moreſqꝫ corrigere et inter
ipſa facinora ſua elimoſinas frequētare n̄
ceſſant. fruſtra ideo ſibi blandiūtur quia
dn̄s ait. Date elemoſinam. ⁊ ecce oīa mūda
ſūt vob. Hoc em̄ q̄ꝫ late pateat n̄ itelligūt.

De generibꝰ elemoſynaꝝ.

Multa em̄ ſunt genera elimoſinaꝝ. q̄ cuz
facimus adiuuamur. nō ſolū qui dat eſuri
enti cibum ſitienti potum ⁊ hmōi. ſed etiaz
qui dat veniā petenti. elimoſinaz dat. et q̄
emendat verbere in quē poteſtas dat̄. vel
cohercet aliq̄ diſciplina. vel orat vt ei pec-
catum dimittat̄: elemoſynam dat. qꝛ miſe
ricordiā p̄ſtat. Multa em̄ bona p̄ſtan-
tur inuitis. qn̄ eoꝝ ꝯſulitur vtilitati et nō
volūtati. ſed eo maior eſt qua ex corde di-
mittimꝰ qd̄ in nobis quiſqꝫ peccauit. Mi
nus em̄ magnum eſt erga eum eſſe beniuo
lū q̄ tibi nihil mali fecit. Illud multo grā-
dius vt tuū etiā inimicuz diligas. et ei qui
tibi maluz vult et ſi pōt facit. ſemꝑ bonum
velis faciaſqꝫ quod poſſis. Qd̄ ergo domi
nus ait date ele. ⁊. o. m. ſ. v. ita ne itellectu-
ri ſumꝰ vt nō credentibꝰ in chriſtū munda
ſunt oīa ſi elemoſinas iſtas dederint. Qui
vult ordinate elemoſinam dare a ſe debet
primū incipe et eam pmuz ſibi dare. Eſt
enim elemoſina opus miſericordie. veriſſi

Quid ſit elemoſyna.

me q̄ꝫ dictū eſt. Miſerere anime tue pla-
cēs deo. Nō ergo ſe fallant qui ꝑ elemoſi-
nas largiſſimas fructuū ſuoꝝ vel pecunie
impunitatē ſe emere eſtimant in peccatis ꝑ
manentes que ita diligunt vt in eis opte-
rit verſari. Qui vero diligit iniquitatem o
dit animam ſuam et qui odit aīam ſuaz nō
eſt miſericors ei ſ; crudelis Diligēdo quip
pe eam ſm̄ ſeculū. odit eam ſm̄ deum. Si
ergo vult ei dare elemoſinā ſuā per quam
ſit munda. odiat eam ſm̄ ſeculuz. ⁊ diligat
ſm̄ deū. hac elemoſia quā ſibi homo primi
tus debet: mundant̄ interiora. Ad qd̄ hor
tans chriſtus ait. Mūdate que intus ſūt
immundis em̄ nihil eſt mūduz. ſed polluta
ſunt eoꝝ mēs et cōſcientia vt ait apl's. Im
mundi vero ſunt oēs quos non mūdat fi-
des. qua credit̄ in chriſtū de qua ſcriptuz
eſt. Mūdans fide corda eoꝝ. Sꝫ ne iſtas
elemoſinas que fiunt de fructibus terre re
ſpuere chriſtus videret̄. Hec inq̄t oportuit
facere. ſ. iudiciū et charitatē dei. et illa non
omittere. id eſt elemoſinas fructuuz terre-
noꝝ. Ex his dat̄ itelligi q̄ in peccato mor
tali ꝑmanentes et ſi elemoſinas largas fa-
ciāt. nō tn̄ ꝑ eas ſatiſfaciunt. qꝛ inordinate
agunt dū a ſe non incipiūt. nec ꝓprie dici-
tur elemoſina tale opꝰ. dū ſibi ipſis crude-
les exiſtūt. nō placentes deo. Non ergo di
cenda eſt illa peccati ſatiſfactio. quā quis
agit ꝓ vno peccato. dū ꝑdurat in altero.
qꝛ nihil ꝓdeſt ieiunare et orare. et alia bo-
na agere niſi mens reuocet̄ a peccato ⁊ ſi a
liqū conuerſus tacitū peccatum ſacerdoti
fuerit confeſſus. de vtroqꝫ imponēda ē ei
ſatiſfactio. qꝛ de p̄mo cōdigne nō ſatiſfecit



Scd̄m quoſdā fuit ſatiſfactio D

# Quibuſdam tamē

videtur fuiſſe ſatiſfactio ſed ifructuoſa dū
in pctō altero perſiſtit. pcipiet̄ tn̄ fructus
eius. incipietqꝫ ꝓficere cum pcti alteriꝰ pe
nituerit. Tunc em̄ vtrūqꝫ dimittit̄ pctm̄ et
ſatiſfactio p̄cedens viuificat̄ q̄ fuerat mor-
tua. ſicut baptiſmus illi q̄ ficte accedit. tūc
primitus valet cuz fictio a mente recedit ꝑ
pniam. Et in huiꝰ opinionis munimentuz
autoritates inducunt. Ait em̄ Augꝰ. Piū
eſt credere et noſtra fides expoſtulat vt cū
gratia chriſti in hoīe deſtruxerit mala pri-
ora. etiā remuneret bona. et cū deſtruxerit
qd̄ ſuū nō iuenit. diligit bonū qd̄ in peccā-
te plantauit. Itē Hiero. Si qn̄ videris in
ter multa pctā quemqꝫ facere aliqua iuſta
opa. nō eſt tā iniuſtus deus vt ꝓpter mul-
ta mala obliuiſcat̄ paucoꝝ bonoꝝ. ſꝫ faci-
et ea metere et in horrea cōgregare q̄ bona
in terra ſeminauit. Sed hec dicta intelligi
mus de illo qui in charitate quodā tp̄e bo
na facit et bonus eſt. alio vo tp̄e malus eſt
et multa pctā facit. Nō ergo intelligendū
eſt cū inter multa pctā iuſta opa feciſſe. q̄ſi
ſimul eodemqꝫ tp̄e pctā fecerit et iuſta ope
ra. ſed diuerſis tp̄ibus vtraqꝫ feciſſe. Niſi
em̄ bonus foret qn̄ bona fecit. nō ſeminaſ-
ſe diceret̄ in terra bona. Deſtructis ğ ma-
lis poſt opera bona cōmiſſis. priora bona
in charitate. ſ. facta q̄ ſequentia mala mor-
tificauerant. penitentia de illis malis ha-
bita viuificant̄ et remunerant̄. Vn̄ apl'us
Iacientes fundamentū penitentie ab ope
ribus mortuis. opera mortua nominās p̄-
ora bona ſignat. que ꝑ ſequens peccatum
erant mortua. qꝛ hi peccando priora bona
irrita fecerunt. Hec ſic peccādo irrita ſiūt

Aug^o. in lib. de penitentia autoritates inducunt.

Hierony.

Apl's in epiſtola ad heb

ita ꝑ penitentiā reuiuiſcunt et ad meritū
eternitatis ꝓdeſſe incipiūt. Similiter et il-
lud Bonū amat deus qḋ plantauit in pec
cante. in illo. ſ. qui poſt illud bonū pecca
uit. non ſimul peccans et bonū oꝑans exti
tit. qꝛ talis hominis opus nō diligeret de-
De operibus bonis. us ad remuneratonē. Poteſt etiā acci-
pi de oꝑibus bonis que ab aliquo fiūt dū
malus eſt. et in pctō mortali ꝑſiſtit vł ad tē
pus vel vſqꝫ in finem. Que dicuntur a deo
remunerari et nō dari obliuioni. non quia
ꝓficiant ad vitam eternam obtinendā. ſed
ad tolerabilius extremi iudicij ſimplicium
ſentiendum. ſicut de fide et ceteris que ſine
Aug⁹. in lib. de pnīa. charitate habētur. Auguſtinus ait. Si qs
non habens charitatem que ꝑtinet ad vni
tatem ſpiritus et vinculum pacis quo ec-
cleſia connectitur in aliquo ſciſmate conſti
tutus. nec chriſtum neget patitur tribula-
tiones. famē. ꝑſecutionē. vel flammas vel
beſtias. vel ipam crucē. timore gehenne.
nullo mō iſta culpāda ſunt. imo et hec lau-
dāda eſt patientia. Nō eñ dicere poterm⁹
melius ei fuiſſe. vt chriſtū negando nihil
horum pateretur que paſſus eſt confiten-
do. ſed eſtimandum eſt fortaſſe tolerabili⁹
ei eſſe futurū iudicium qꝫ ſi xp̄m negando
nihil horum pateretur. vt illud quod ait a
poſtolus. Si tradidero corpus meū ita vt
ardeā. charitatē aūt ñ habuero nihil mihi
ꝓdeſt. Nihil ꝓdeſſe itelligaꝛ ad regnū ob
tinendū. nō ad extremi iudicij tolerabiliuſ
ſubeundū ſupplicū. ꝛ ifra. Hec ꝓpter cha
ritatem dicta ſunt. ſine qua in nobis nō po
teſt eſſe vera penitentia. qm̄ in bonis cha-
ritas dei eſt que tolerat omnia.

Perſtringit dictorum ſummam
vt alia addat e

# Ex his oſtēdiꝛ bo-

na que ſine charitate fiunt ꝓdeſſe qͥdem ad
tolerabiliorem penā ſentiendā. ſed non ad
vitā obtinendā. Illa etiā que in charitate
qs facit. ſi poſtea ꝓlapſus fuerit nec exur-
rexerit. nō eſſe in memoria dei Ezechiel di
cit. Si auerterit ſe iuſt⁹ a iuſticia et fecerit
iniquitatē nunqͥd viuet? omnes iuſticie ei⁹
quas fecerat non recordabunꝛ. in peccato
ſuo morietur. et non erunt in memoria iu-
ſticie quas fecit. In cuius loci expoſitione
Gregori⁹. Grego. ait. Hic nobis maxime conſiderā-
dum eſt quia cum mala committimus ſine
cauſa ad memoriam tranſacta bona reuo-
camus. quoniam in perpetrationē maloꝝ
nulla debet eſſe fiducia bonorū preterito-
rum. Intelligendum eſt hoc ad viam ꝑci-
piendam bona p̄terita non dare fiduciam.
et ſi ad mitiorem penā. alioquin premiſſe
autoritati auguſtini obuiaret. Et bona er-
go ſine charitate facta et bona in charitate
facta q̄ concomitaꝛ mortalis culpa. quā
non delet ſequēs penitentia. ad ſenſum mi
tioris pene ꝓficiunt nō ad vite fructū.

Autoritates alias inducit contra
eos qui dicūt d̕ vno peccato peni-
tentiā agi altero tacito. f

# Satis arbitror il-

lis eſſe reſponſum qui aſſerunt de vno cri-
mine penitentiā agi et veniam p̄ſtari. alio
in delectatione retento vel per confeſſionē
nō expoſito qui non modo p̄miſſis autori-
tatibus confutantur. ſed etiam ſubditis.
Ait enim Aug⁹. Sunt plures quos peni-
tet peccaſſe. ſꝫ tñ oīno reſeruantes ſibi que
dam in quibus delectētur. nō animaduer-
tētes dominū ſimul mutū et ſurdum a de-
monio liberaſſe. ꝑ hoc docet nos nunqꝫ ni
ſi de omnib⁹ ſanari. Si eñ vellet peccata
ex parte reſeruari. habentē ſeptem demo-
nia ꝑficere potuit ſex expulſis. expulit au-
tem ſeptē vt omnia crimina ſimul eijcien-
da doceret. Legionē x̄o demonū ab alio
eijciens nullum reliquit de omnibus qui li
beratum poſſideret. oſtendens qꝫ ſi etiam
peccata ſint mille. oportet de omnibus pe
nitere. Nunqꝫ aliquē ſanauit domin⁹ quē
non omnino liberauit. Totum eñ homi-
nē ſanauit in ſabbato. qꝛ et corpus ab om-
ni infirmitate. et animam ab omni contagi
one. indicās penitentem oportere ſimul do-
lere de omni crimine. Scio eñ dominum
inimicū omni crimnoſo. Quō ergo q̄ cri-
men reſeruat. de alio recipet veniam? ſine
amore dei conſequereꝛ veniā. ſine quo ne
mo vnqꝫ inuenit gratiam. Hoſtis eñ dei ē
dum offendit ꝑſeueranter. Quedā eñ im
pietas infidelitatis eſt. ab illo qui iuſtus ꝛ
iuſticia eſt dimidiā ſperare veniā. Iā eñ
ſine vera pnīa inueniret gratiā. Peniten-
tia enim vera ad baptiſmi puritatē cona-
tur ducere. Recte eñ penitens quicquid
ſordis poſt purificationē baptiſmi contra
xit. oꝑtet vt abluat ſaltem lachrymis men
tis. Sed ſatis durus eſt cuius mentis do-
lorem oculi non declarant. ſed ſciat ſe cul-

pabiliter durum qui deflet damna tempo=
ris vel moꝛtem amici . et doloꝛem peccati
non oſtendit in lachꝛimis. Quem ergo pe
nitet.omnino peniteat. Idē. Penitentes
ſi vere eſtis penitentes et non eſtis irridē=
tes mutate vitaꝫ.reconciliamini deo. Pe=
nitentiam agis. genua figis et rides. ſub/
ſannas dei patientiam. Si patientiam a=
gis penitet. ſi non penitet. nō es penitens
Si ergo penitet.cur facis que male feciſti
Si feciſſe penitet. noli facere. ſi adhuc fa/
cis. certe non es penitens. Item Innocen
tius ſecundus. Ammonemus fratres no=
ſtros ne falſis penitentijs laicoꝝ animas
decipi et in infernum pertrahi patiantur.
falſam autem penitentiam eſſe cōſtat.cum
ſpꝛetis pluribus de vno ſolo penitentia a=
gitur. vel cum ſi agitur de vno. vt non di=
ſcedatur ab alio.

Innocentiꝰ. ſecundus.

Repetit de vera penitentia vt
addat. G

Ex p̄miſſis perſpi=
cua fit noticia penitentie vel ſatiſfactionis
Illa eñ vera eſt penitentia que pctm̄ abo=
let.qꝺ illa ſola facit que ſcelꝰ coꝛrigit. Il=
la vero ſcelus coꝛigit que odium commiſſi
criminis et committendi cum deſiderio ſa
tiſfaciendi affert . Iudas enim penituiſſe
legitur ſine aſſecutione venie . qꝛ tali peni/
tentia nō coꝛrexit crimen. Vñ Hiero. Ni/
hil iude ꝓfuit egiſſe penitentiam ꝑ quā ſce
lus coꝛrigere non potuit Sic quando frat̄
peccat in fratrem vt emendare non valeat
quod peccauit.poteſt ei dimitti. ſi autem
permanēt opera: fruſtra voce aſſumit̄ pe/
nitentia.hoc eſt qꝺ de eo dicit̄. ⁊ oꝛatō eiꝰ
fiat in peccatum. vt nō ſolum emēdare ne=
quiuerit ꝓditionis nephas. ſed ꝓpꝛij ho/
micidij ſcelus addiderit. Caue qualiter in
telligas ilud: vt emendare non valeat qꝺ
peccauit ⁊c̄. Non enim emendatio hic in=
telligenda eſt rei dempte recompenſatio.
ſed delicti expꝛobꝛatio et abhominatio cū
ſatiſfactionis deſiderio. Demit enim iniu=
ſte quis alicui quod reſtituere nō valet. vt
oculum vel vitā et hm̄ōi. ⁊ tñ ſi penituerit
peccati cum amoꝛe condigne ſatiſfactiōis
veniā habet. Nec ideo quiſq̄ putet q̄ rem
alienam iniuſte abſtulerit quā reddere po
teſt.de illo pctō penitere ac veniā ꝯſeq̄ ni=
ſi reſtituat ablatuꝫ. Quādiu eñ res ꝓpter
quā pctm̄ eſt nō reddit̄ .ſi reddi pōt. non a
gitur penitentia ſed fingitur.

Hierony. ſuper Math.

Iſta eſt diſtinctio .xv. huiꝰ quar=
ti libri. In qua magiſter poſtq̄ determinauit de pe=
nitentia q̄tum ad ſui quiditatem. Hic determinat d̄
ea q̄tū ad eius integritatē. Et tria facit. Primo eñ
tangit quoſdā erroꝛes et eos ſoluit. Scd̄o quid ele
moſine in peccato facte valeant ſubiungit Tertio pe
nitentiam factā de vno peccato et nō de oībus nō va
lere ad iungit Primū facit a p̄ncipio diſtinctōis vſq̄
ibi. Ad hoc aūt qꝺ obijcitur. Scd̄m vſq̄ ibi. Satis
arbitroꝛ illis eſſe reſponſum. Tertiū vſq̄ ad fineꝫ di
ſtinctionis. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓ
poſitionibꝰ quarū pꝛima eſt hec. Quinq̄ modis inſli
gunt̄ flagella et tribulationes et liberant̄ a pena pa
tienter ſuſtinentes ſeu punitiones tolerantes. Hanc
magiſter inſinuans ꝓponit pꝛimo q̄ ſicut erroneum
eſt dicere pniam non poſſe iterari vt ſupꝛa ꝑ autoꝛi=
tates ꝓbatū eſt. ita erroneū eſt dicere q̄ de vno pec
cato ſine alijs pōt pnīa agi. quod quidā dixerūt cō
firmātes erroꝛē ſuū per ꝓpham Nauꝫ.c.j.qui dixit
Non iudicabit deus bis in idipm̄. Ex qua autoꝛita=
te arguunt ſic. Si quis vnū peccatum ſacerdoti cōfi
teatur tacitis alijs.et pniam ſibi iniunctā ꝓ illo pfe=
rat nō debet ꝓ illo vlterius ſatiſfacere nec pniam a=
gere. Alioquin deus bis in idipſum iudicaret dum
ſacerdos qui vicē xp̄i in eccleſia gerit bis ꝓ eodem
peccato pniam imponeret ergo de vno peccato ſolo
ſine alio pōt pnīa agi. Poſtea ſoluit ⁊ dicit q̄ hec au
toꝛitas nō cogit.intelligitur eñ de illis ſolū qui ꝑ fla
gella p̄ſentia coꝛrigunt̄ et cōmutant̄ ⁊ pſeuerāt ī bo
no. Tales eñ iterū nō iudicant̄. Secus aūt eſt de il=
lis qui ꝑ flagella non coꝛrigunt̄. vt pharo. Exo. vij.
Talibus eñ videt̄ iudiciū incipi in p̄ſenti et termina
ri in futuro ſm̄ b. Augꝰ. Unde incidentaliter adiun
git magiſter quandā vtilem diſtinctionem dicens q̄
flagella infligunt̄ vel ad augmenta meritoꝝ ſicut fa
ctum eſt in Iob vel ad cuſtodiā virtutis vt pꝫ ī pau=
lo cui datus eſt ſtimulus carnis ad Coꝛinth. xij. vel
ad coꝛrigenda peccata. vt Marie Numeri. xj. infli=
cta eſt lepꝛa. vel ad gloꝛiam dei vt patet in ceco nato
vel ad inicium pene future vt patet in herode qui ſca
turiuit vermibus vt patet Actuum .xv. Poſtea ex=
ponit quoſdam autoꝛitates hieronimi ſupꝛa dicto v̄
bo Naum. qui dicit genus humanū diluuio Gen̄. vij
zodomitas igne. Gen̄. xx. Egyptios mari. Exodi.
xiiij. et iſraelitas in heremo tem̄paliter punitos ne ī
eternum punirent̄. vt habet̄ de pnīa diſ. iij. quia nō
punit deus bis in idipm̄. non eſt generaliter intelli=
gendū. ſed de illis tm̄ qui inter flagella penituerunt
qui eñ ꝑ flagella tp̄alia puniuntur ⁊ nō coꝛriguntur
cum hoc poſtea eternaliter puniunt̄. quod cōfirmat
autoꝛitate b. Iob. qui dicit leuia peccata leui et tem
poꝛali ſupplicio puniri . ꝓ leuibus eñ non punit̄ q̄s
eternaliter. Grauia vero et hic purgari graui ſuppli
cio et in futuro eternaliter punienda illa .ſ. de quibꝰ
pniam int̄ flagella nō egerūt. Et ſubdit q̄ illꝺ fieri ī
bonis n̄ ē dubiū qꝛ .ſ. leuia leuit̄ remunerant̄ h̄ bona
Hic maioꝛa et hic ī futuro remunerabunt̄. In maliſ
q̄dem idē fit .ſ. id q̄ boni ꝓ leuibus culpis leuit̄ pu=
niunt̄ vel hic vel in purgatoꝛio. Mali v̄o ꝓ leui cul=
pa etiā leuit̄ puniunt̄ eternaliter ꝑ accidens ratione
pctī moꝛtalis annexi. Ex quo ꝯcludit q̄ dicta autoꝛi
tas nihil ꝓ dicta opinione facit. Poſtea ītroducit au
toꝛitates ſanctoꝝ ꝓ confirmatione p̄dicti erroꝛis. ⁊
p̄mo ponit autoꝛitatem Grego. q̄ dicit vnā ciuitateꝫ
cōpluí et aliā nō. ſicut dicit Amos. iiij. et eſt q̄n hō d̄
vno pctō pniam agit et de alio non Poſtea ponit au
toꝛitatē Amb. q̄ dicit q̄ ſi fides deſit pena ſatiſfacit
vt poſſit de aliquo pctō ſatiſfacere. Poſtea ponit ad
idē rationē ipoꝝ q̄ talis eſt. Aliquis qui de vno pec
cato ſatiſfecit et penitet alijs pctīs tacitis de quibuſ

poſtea ſi cōfeſſus fuerit nō videtur rationabile ꝙ de
primo iterato ſatiſfaciat. Nec rationabile videt̃ ſm̄
eccleſie cōſuetudinē ꝓ eodē pctō niſi pctm̄ iteretur
vlli pniam bis imponi. ergo ſibi illa ſatiſfactio qua d̃
vno pctō ſatiſfacit eſt ſufficiēs. Poſtea reſpondet ad
iſta. Et primo ad autoritatē Greg⁹. eſt eñ intelligen
dū ꝙ gregorius dicit vnā ptē ciuitatis cōplui. et ali-
am nō. nō q̄tū ad criminis veniā. ſed q̄tū ad operis
et peccati deſertionē. et ſic pōt hō ab actu vni⁹ pec-
cati ceſſare et nō alterius. n̄ tñ de vno ſine alijs veni
am obtinebit ſicut in exemplis declarat. Poſtea ſol-
uit autoritatē Ambro. cū eñ dicit ꝙ pena ſatiſfacit
vbi fides deeſt. accipit ibi fidē non pro habitu fidei.
ſꝫ ꝓ ſcientia peccati. Aliqñ eñ pctm̄ eſt cuius con-
ſcientiam homo nō habet. qꝛ qđ nō recolit ꝑ penam
flagelli purgatur dum tñ patienter hō flagella acce-
ptet. Poſtea ſoluit rationē. cū eñ obijcit̃ de iſto q̄ ſa
tiſfacit vtrū ſit ei ſatiſfactio imponenda. Dicit magi-
ſter ꝙ ſic. qꝛ p̄oꝛ ſatiſfactio nō fuit digna et vera ſatiſ
factio. qꝛ ſm̄ b. Auguſtinū ſatiſfacere eſt peccati cau-
ſas excidere ⁊ eorū ſuggeſtionibus additum non in-
dulgere/que duo nō facit qui in alijs peccatis rema-
net. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Elemoſyne quas faciūt
in mortali peccato exiſtētes nec ſūt meritorie nec deo
placentes. Hanc magiſter inſinuans proponit auto
ritatem beati Aug⁹. qui dicit ꝙ quidā in peccato ꝑ
manentes putant ꝑ elemoſinas quas faciunt mere-
ri aliquā purgationē peccati ꝓpter qđ dñs dicit. da
te elemoſinam et ecce omnia mūda ſunt vobis. quia
non bene intelligunt. Sunt eñ multa genera elemo-
ſynarum. Elemoſinam eñ facit qui neceſſaria ami-
niſtrat. q̄ peccāti in ſe indulget. qui ſubditū ſibi corri-
pit. qui pro ꝓximo orat vt peccatū ſibi remittatur.
et ſubdit ꝙ hec ⁊ multa alia bona preſtant̃ inuitis qñ
ꝯſulitur coꝝ ſaluti et nō voluntati. Inter oēs autē
elemoſynas maior eſt dilectio inimici. ſed ēſt preter
has maior elemoſyna quā quis ſibi facere debꝫ Nā
qui vult ꝑ aliquā p̄dictaꝝ elemoſynarū pctā ſua mū-
dare prius debet ſibijpſi elemoſinā facere. et anime
ſue miſereri. qđ non faciūt qui in peccatis ꝑmanēt ⁊
ſi multas elemoſynas faciunt. qui eñ diligit iniq̄ta-
tem odit aīam ſuam. ſed q̄ ſibijpſi mūdationē facit ſi
bijpſi elemoſynā exhibet et ille ordinate dat elemoſi
nam qui a ſeipſo incipit. et ſic intelligendū eſt verbū
dñi dicentis. opꝫ facere illa. ſ. bona. i. elemoſynas
interius: et illa non omittere. id eſt elemoſinas exte-
rius. Ex quo concludit ꝙ illi qui de vno peccato ſa-
tiſfaciunt ſine alijs eſt iterū ſatiſfactio imponenda.
Poſtea enarrat alioꝝ opinionē dicentiū. ſ. ꝙ illa ſa-
tiſfactio de vno ſine alijs inſufficiēs fuit. ſ. tempe illo
quo fiebat ſed qñ hic poſtea de alijs peccatis peni-
tet. ſicut baptiſmus ficte accedenti nō ꝓdeſt ſed re-
cedente fictione affectum habet. Cōfirmant autē iſti
ſuā opinionē. Primo ꝑ autoritatē Auguſtini dicen
tis ꝙ deus grām ſuā alicui confert etiam remunerat
priora bona facta ante ſtatū gratie. ⁊ ꝙ deus diligit
bonum ꝙ in peccante plantauit et ita ſatiſfactionem
approbat in ſtatu peccati. Secundo inducit ad hoc
idē autoritatē. b. Hierony. dicentis ꝙ deus bona fa
cta in ſtatu peccati remunerat et facit peccatorem ea
metere q̄ ſeminauit. Poſtea oſtendit magr̄ quō predi
cte autoritates itelligunt̃ de bōis factis in ſtatu gra-
tie que ꝑ pctm̄ mortificant̃. et poſtea ꝑ pniam reuiui
ſcunt. illa eñ deus diligit et remunerat ⁊ illa metere
facit. nō aūt de illis q̄ fuerūt facta in ſtatu pcti. Po-
ſtea rñdet aliter dicens ꝙ p̄dicte autoritates pñt itel
ligi etiā de bonis factis in ſtatu pcti que deus remu-
nerat nō tñ remuneratione glorie eterne ſed aliqua
li remuneratiōe tpali. vel etiam remunerat diminuē
do eternū ſuppliciū. Et hoc cōfirmat autoritate btī

Aug⁹. dicentis tribulatiōes ſine pctīs ꝑpeſſas vale
re. nō tñ ad gloriā ſed ad ſupplicij diminutionē. Et
ſilr̄ dicere videt̃ ꝙ ſine charitate vera pnia eſſe non
pōt. Ex quo cōcludit ꝙ bona que cū charitate facta
ſūt et ꝑ peccata mortificata nec ꝑ pniā reuiuificata
ad eternam remunerationē nō valent. lꝫ valeant ad
diminutionē ſupplicij qđ cōfirmat autoritate Greg.
Poſtea concludit quaſi ꝓbatum ꝙ de vno pctō ſine
aliis nō pōt pnia agi. Improbat etiā errorem ſupra
dictū huic veritati contrariū autoritate. b. Aug⁹. di
centis ꝙ dñs nunq̄ aliquē ſanauit quē totaliter non
ſanauit. in quo nos docuit ꝙ de vno pctō ſine aliis
nō pōt fieri pnia alias ſequeret̃ ꝙ criminoſo cui ini-
micus eſſet daret veniā et ꝙ peccator ſine timore dei
ſatiſfacere vilipendens. ſententia eccleſie a
loco orationis ⁊ ſacramentorũ communio
ne et fideliu3 cõſortio precidit vt erubeſcat
et pudore ſceleris cõuerſus peniteat. vt ſic
ſpiritus eius ſaluus ſit. Qđ ſi penitentia3 ꝓ
fitens reſipuerit. negate cõmunioni admit
titur. ⁊ eccleſie recõciliatur. Hec eſt aũt eccle
ſie anathematizatio. hanc penam illis qui
digne ꝑcelluntur infligit. q2 gratia dei et pro
tectio illis amplius ſubtrahitur. ac ſibi ipſ-
ſis relinquitur. vt ſit eis liberũ ruere in inte-
ritũ peccati. Jn quos etiã maior diabolo
ſeuiendi datur ptãs. Orationes quoqꝫ eccle
ſie ⁊ benedictionũ ac meritoꝝ ſuffragia eis
nequaq̃ ſuffragari putantur.

## Quomodo ſm hos modos in-telligendum ſit illud. Quodcũqꝫ ſolue. ⁊c. h

# Scđz hos ligandi

et ſoluẽdi modos quõ verum eſt qđ dicitur.
Quodcũqꝫ ſolueris ſuꝑ terrã erit ſolutu3 et
in celis. ⁊ quodcũqꝫ ligaueris ſuꝑ terram
erit ligatũ ⁊ in celis ⁊c. Aliqñ eñ oſtẽdũt
ſolutos vel ligatos qui non ſũt apud deu3
et pena ſatiſfactionis et excõmunicationis
interdũ indignos ligant vel ſoluũt. ⁊ indi-
gnos ſacramẽtis admittunt. ⁊ dignos ad
mitti arcent. S3 intelligẽdũ eſt hoc in illis
quoꝝ merita ſolui vel ligari poſtulãt. Tũc
eñ ſnia ſacerdotis iudicio dei et totius ce-
leſtis curie approbatur et confirmatur. cũ ita
ex diſcretione ꝓdit vt reorũ merita nõ con-
tradicant. Quoſcunqꝫ ergo ſoluunt vel li-
gant adhibentes clauem diſcretionis reo-
rum meritis: ſoluuntur vel ligantur in celis. i.
apud deum. quia diuino iudicio ſacerdo-
tis ſentẽtia ſic ꝓgreſſa approbatur ⁊ ꝯfirmatur

Quos ergo ſm merita ſentētia eccleſie percellit. ledit. et illi foris ſunt apud deū. Qui aūt nō meruit. ſententia eccleſie nō leditur niſi contemnat. Vñ Origenes. Exijt q̄s a veritate a fide. a charitate. ꝑ hoc exit de caſtris eccleſie. etiam ſi epī voce non abijciaꝛ ſicut ecōtra aliquis nō recto iudicio foras mittiꝛ. Sed ſi nō egit vt mereꝛ exire. nihil lediꝛ. Interduz eñ qui foras mittiꝛ intus eſt. ꝛ qui foras eſt. intus videtur retineri.

Origenes ſuper leuiticū.

Ecce qualis et q̄tus eſt vſus apoſtolicarum clauium. Jam oſtenſum eſt ex parte qualiter ſacerdotes dimittūt peccata vel tenent. ꝛ tñ retinuit ſibi deus q̄tam ſingularem poteſtatez dimittendi vel retinendi. q̄ꝛ ipſe ſolus ꝑ ſe debituz eterne mortis ſoluit ꝛ animā interius purgat.

## Que ſint interiores tenebre ꝛ interior macula. I

## Hic queriꝛ que ſit

illa macula ꝛ q̄ ſint ille tenebre interiores. a quibus deus interius animā purgat. cum verā pniam immittit? De tenebris et interiori caligine ſatis facile eſt et intelligere et reſpōdere. Cum eñ quis mortaliter delinquit ꝛ grā v̓tutis priuatur ſi qua p̄ceſſit. ꝛ naturaliū bonorum eliſionē patiꝛ. vñ ꝛ intellectus obtundiꝛ ꝛ totus hō interior obtenebraꝛ. et ita quaſi caligine quadaz mēs obuoluiꝛ. que caligo peccati pena ē. Hāc v̓o deus pellit cum pniaz immittit ꝑ quaz ꝑdita bona reſtituit. et vitiata repat. Vñ ꝓpheta. Nebulam ſicut cinerem ſpargit. Sed que eſt macula peccati a qua animaz lauat. Ecce eñ quis voluit facere homicidium et patrauit. quo patrato deſinit tam velle q̄ꝫ facere. nōdum tñ vere ꝛ humiliter penitet. nec confiteri ꝓponit. Que ḡ remāſit in anima illius macula? Mala voluntas quidem fuit macula illius anime. ſ; illa tranſit. Macula etiā eſt ſi penitere cōtemnit ſed hoc eſt peccatum aliud a precedenti. Que ergo macula remāſit a q̄ ipē i penitentia purgatur? Polluta quidem eſt anima quouſq; peniteat. ſicut erat dum in ea praua erat volūtas. Sicut eñ qui tangit morticinū vel aliud immūdum. ita pollut⁹ eſt poſt tactum quouſq; lauatur. ſicut fuit dū tangeret. ita poſt actuz peccati ita polluta remanet anima ſicut fuit in ip̄o actu peccati. quia ita eſt longe a deo per diſſimilitudinem qui eſt vita et mundicia mentis. ſicut fuit dum peccatum ageret. Ip̄a ergo diſſimilitudo que ineſt anime ex peccato. et eſt a deo elongatio. anime macula intelligitur a qua purgatur in penitentia. Hoc autem ſolus deus facit. qui ſolus ſuſcitat animaz et illuminat. quod ſacerdotes nequeunt q̄ tamen medici ſunt animarum. Unde propheta. Nunquid medici ſuſcitabunt ꝛ cōfitebuntur tibi. quod exponens Aug. ait. Boni doctores recte medici dicūꝛ. qui viuentes curare miniſterio poſſunt. ſed non mortuos ſuſcitare. Sola eñ dei gratia reuiuiſcunt.

Iſta ē diſtinctio. xviij. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ determinauit ꝺ penitentia q̄tū ad eius ptes. Hic aūt cōſequenter determinat de poteſtate miniſtrorū hoc ſacramentuz diſpenſantiū. Et circa hoc tria facit. Primo eñ numerum clauiū. ꝛ in quo eorū vſus cōſtat ꝓponit. Scd̄o quō ſolus deus peccata dimittat ſubdit. Tertio etiaz modum quo ſacerdotes ligant ꝛ ſoluunt adiungit. Primum q̄dem facit a principio diſtin. vſq; ibi. Sed queritur vtrū a pctīs. Scd̄m vſq; ibi. Nō aūt hoc ſacerdotibus. Tertiū v̓o ab inde vſq; ad finē diſ. In ſpeciali ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarū prima eſt hec. Claues he ſacerdotibus conceſſe ſunt ſcia diſcernendi. ꝛ ſpiritualis potētia iudicādi. Hāc eñ ꝓpoſitionē magiſter inſinuans querit. Cuz in ſola contritione cum ꝓpoſito confitendi dimittaꝛ peccatū q̄tum ad maculam et reatum pene añ ꝯfeſſionē ſacerdoti factaz. quid ergo dimittit ſacerdos in ſua abſolutione. ꝛ quid etiam virtus clauiū operetur. Poſtea aūt magiſter determinat quid ſit virtus clauiuz ꝛ dicit. ꝙ ille claues nō corporaliter ſed ſpiritualiter intelligende ſunt. et nihil aliud ſunt q̄ ſcientia diſcernendi. et potentia iudicandi. q̄ꝛ iudex eccleſiaſticus habent dignos recipere. ꝛ indignos excludere a regno dei. i. ab eccleſia vel ſacramentoꝝ ꝑceptiōe. vbi etiā ſubdit ꝙ vis ligādi ſilr̄ et vis ſoluēdi ſacerdotibus eccleſie cōpetit ꝛ non hereticis. Poſtea etiam dicit ꝙ vſus clauium in duobus ꝯſiſtit. ſ. in diſcernēdo ligandos et ſoluendos. ꝛ etiaz in ligādo ligādos ſimiliter ꝛ in diſſoluendo ligatos Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Solus deus maculā culpe abſtergit et a debito mortis eterne abſoluit. Hanc eñ ꝓpoſitionez magiſter inſinuans querit quid opeꝛ ſacerdos in abſoluēdo a peccato. vtꝝ ſcꝫ culpā vel etiā penaz tollere poſſit. Tangit autē magiſter circa hoc duas opiniones Quibuſdaz videꝛ. ꝙ deus animā ſuſcitat a morte et ſacerdos remittit reatū pene. Vñ ꝛ dñs Lazarū prius ſuſcitauit et viuificauit. ꝛ poſtea apl̄is ſoluenduz reliquit Alijs v̓o videtur ꝙ ſolus deus ſicut animā viuificat interius tollēdo culpā ſic ꝛ reatū pene eterne relaxat. Tamen ſacerdotibus tradita ē poteſtas dimittendi pctā ꝛ retinendi. ſicut eñ deus ſolam poteſtatē baptiſmi ſibi retinuit ita et pnīe. Et hanc ſententiam approbat magiſter tanq̄ rationabilē. ſil̄ eñ cū culpa pena dimittiꝛ. ꝛ nemo vere ꝯteriꝛ niſi hō q̄ eſt in charitate. qui aūt charitatē hꝫ dignus eſt vita eterna. ꝛ non pena eterna vel morte. ꝛ ideo de⁹ q̄ dimittit culpā etiā dimittit penā. Quod autoritatibus ſanctoꝝ confirmat. Poſtea dicit ꝙ nō obſtante ꝙ ſolus deus dimittit pctā. verūtñ eſt ꝙ etiā ſacerdos hꝫ ptātem dimittendi et retinendi peccata aliquid opatur ꝑ iſtā ptātem. q̄ꝛ pctā dimittit ꝛ retinet. qd̄ pluribus autoritatibus cōfirmat. Poſtea dat vnū modū quo ſacerdotes dicunꝛ ligare ꝛ ſoluere dicēs. ꝙ de⁹

Quō ſacerdotes prius di/mittunt ⁊ retinent quō / mte

ꝑ ſe dimittit culpā mundando aīam a macula culpe. et ſoluendo debitū pene eterne. Sacerdotes v̄o dimittunt ⁊ ſoluunt omiſſionē factā vel nō factā manifeſtando ⁊ oſtēdēdo. Vn̄ dn̄s prius ⁊ ꝑ ſe leproſis ſanitatē reſtituit. Deinde ad ſacerdotes miſit quorum iudicio oſtenderent̄ mūdati. Unde ⁊ ſi aliq̄s apd̄ deum eſt abſolutus. nō tn̄ in facie eccl'ie abſolut⁹ habetur niſi ꝑ iudiciū ſacerdotis. Vn̄ ſicut ſacerdos legalis lepram nō mundauit. ſed inter mundos et imundos diſcernebat. ita ſacerdos euāgelij pctā n̄ dimittit. ſed vtrū dimiſſa ſint iudicat ⁊ oñdit. Tertia ꝓpoſitio ē hec. Sacerdotes ligant cū ſatiſfactionē imponunt pn̄ie. Tūc v̄o ſoluūt cū de ea aliq̄d dimittūt et purgatos ad ſacrorū cōmunionē admittūt. Hāc magiſter inſinuās ꝯtinuat p̄dicta. ſ. ponēdo ſcd̄m modū quo ſacerdotes dicunt̄ ligare inq̄tū penā ſatiſfactoriā penitentib⁹ imponūt. Soluere v̄o dicunt̄ qn̄ aliquid de ſatiſfactione debita relevant ⁊ purgatos ad ſacramentorū cōmunionē admittūt ⁊ ſic eccl'ie recōciliant. In primo exercent opus iuſticie. In ſecūdo opus miſcd̄ie. eo ꝙ ligant ad ſatiſfactoriā penā ⁊ peccatorē ſolutū oſtēdunt q̄ꝛ nulli pena ſatiſfactoria imponitur niſi ei quē ſacerdos vere penitentē arbitrat̄. Ꝙ aūt penā imponere ad claues ꝑtineat oñdit ꝑ beatum Auguſ. qui dicit ꝙ pn̄ia ſine arbitrio ſacerdotis fruſtrat̄. ⁊ contemptibiles claues eccleſie facit. ⁊ ꝙ ſine vocali cōfeſſione ſuppoſita mentali indulgentia haberi nō pōt. Poſtea ponit tertiū modū quo ſacerdotes ſoluūt ⁊ ligant ꝑ excōmunicationē. Tunc eñ quis hoc mō ligat̄ dū tertio vocatus ad emendationē manifeſti delicti ⁊ ſatiſfactionē vilipendēs per ſniam eccl'ie a loco orōnis et ſanctorū cōmunione ⁊ a ꝯſortio fideliū p̄ſcindit̄ ⁊ erubeſcat ⁊ pudore ſceleris cōuerſus penitcat. Tūc v̄o ſoluit̄ qn̄ pn̄iam ꝓfitēs cōmunioni admittit̄ ⁊ eccl'ie recōciliat̄. ꝑ hāc aūt excōmunicationē hec infligit̄ pena. ⁊ grā diuina ⁊ ꝓtectio homini ſubtrahit̄ angelica. vt derelict⁹ liberius ī peccatū cadat. diabolo etiā poteſtas in talē hoīem datur. orationes eccleſie illi non ꝓdeſſe putant̄. Poſtea querit quō ſ̄m hos modos tres ligandi ⁊ ſoluēdi verū ſit ꝙ dominus dicit illa in celis eſt ſoluta ⁊ ligata que in terris ſacerdotes ligauerunt ⁊ ſoluerūt cum tamē ipi quandoq̄ꝫ ligatos ⁊ ſolutos oſtendant qui non ſunt abſoluti coram deo etiam p̄dictorū modorum trium. ipi etiam interdum indignos ligant ⁊ ſoluunt. Et reſpondet ꝙ intelligendum eſt ꝙ tūc ſolutio ⁊ ligatio ſacerdotis diuino iudicio approbatur quando clauis diſcretionis adhibita ſit ſ̄m exigentiam meritorum. Quando autem ſacerdos in iudicādo errat tunc qui ligatur apud deum iudicem ligat⁹ non habetur niſi eccleſie ſentētiā cōtemnat. Et ſimiliter dicendum eſt d̄ ſolutione. Unde ſ̄m Orige. Interdum qui foras mittitur intus eſt. ⁊ qui foras eſt interius retineri videt̄. Ultimo occaſione hui⁹ querit que ſit illa macula et que ſint ille interiores tenebre. a quibus deus animā purgat cum penitētiam immittit. Et reſpondet q̄ꝫtum ad maculā que remanet in anima. ꝙ illa non ſit mala voluntas. quia illa tranſiuit. nec pn̄ie contemptus. q̄ꝛ ille eſt nouū peccatum ſed diſſimilitudo et elongatio a deo que tanq̄ꝫ macula ineſt anime a qua purgat̄ ꝑ penitentiā. Q̄ꝫtū vero ad tenebras interiores reſpondendo dicit. ꝙ hominis mortaliter peccātis intellectus obtenebrat̄ ⁊ naturalia viciant̄ et gratia dei priuat̄. ꝑuatio ergo gratie dei et deterioratio bonorū naturaliū eſt interior mentis caligo a quib⁹ oībus curat̄ ꝑ pn̄iam. Addit etiā ꝙ ſacerdotes ſunt ſicut medici aīarū. medici autem pn̄t viuentes curare. ſed non pn̄t mortuos ſuſcitare. ſic ſacerdotes in miniſterio curant. ſola autem gratia dei viuificat. Et tn̄ in ſpeciali.

3a

Quando hec claues dantur et quibus. a

DI. XIX

Poſtquā oſtēſum eſt que ſint claues apl'ice ⁊ quis earū vſus. ſupeſt inueſtigare qn̄ iſte claues dent̄ ⁊ quibus? Dant̄ he claues ꝑ miniſterium ep̄i alicui in ꝓmotione ſacerdotij. Cū eñ recipit ordinem ſacerdotalē. ſimul et has claues recipit. Sed nō videt̄ ꝙ omnes vel ſoli ſacerdotes has claues habeant. q̄ꝛ pleriq̄ꝫ añ ſacrā ordinationē ſciētiā diſcernendi habent. Plures poſt ꝯſecrationē ea carent. Sane dici pōt. ꝙ alterā clauiū iſtarū id eſt. ſciētiā diſcernendi nō habent oēs ſacerdotes. vnde dolēdū eſt atq̄ꝫ lugēdū. Multi enim lꝫ indiſcreti atq̄ꝫ ſcientie qua eminere debent exortes. ſacerdotij gradū recipe p̄ſumunt: vita ⁊ ſcia eo indigni. qui nec añ ſacerdotiū nec poſt ſciētiā habēt diſcernendi. qui ligandi ſint vel ſoluendi. Iō q̄ꝫ illā clauem in conſecratione non recipiunt. q̄ꝛ ſemꝑ ſcientia carent. Qui v̄o añ ſacerdotium ſciētia diſcernendi p̄diti ſunt. lꝫ habeāt diſcretionē. non tn̄ in eis eſt clauis q̄ꝛ nō valent ea claudere vel aperire. Ideo q̄ꝫ cū ꝓmouet̄ in ſacerdotem. clauē diſcretionis recte dr̄ accipe. q̄ꝛ et ante habita diſcretio auget̄. ⁊ fit in eo clauis vt ea iā valeat vti ad claudendū vel aperiendū.

Q̄ nō oīs ſacerdos alterā clauē hꝫ. ſ. ſcientiam diſcernendi.

Si alteram clauem omnes habeant ſcilicet potentiam ligandi ⁊ ſoluendi. b

Cūq̄ꝫ iam conſtet nō oēs ſacerdotes illas duas claues habere. q̄ꝛ ſcientia diſcernendi pleriq̄ꝫ carent. de altera. i. potentia ligandi et ſoluendi q̄rit̄ur. vtrū omnes ſacerdotes eam habeant? Quidam enim hanc poteſtatē putāt illis ſolis eſſe cōceſſam. qui doctrinam ſimul ac vitam apoſtolorū ſeruant. Illas enim claues promiſit dominus Petro et imitatoribus eius tantū. vt aiunt. Qui etiam autoritatibus vtuntur in munimentum ſue opinionis. Hoc enim dicūt Auguſtinū ſenſiſſe vbi ſupius ait. Remiſſionem peccatorū vel ꝑ ſeipm̄ facit deus vel ꝑ columbe membra. Dicit etiam idē peccata dimitti vel teneri a ſanctis. Idem ſup exodum vbi d̄ lamina aurea legitur. Erāt autem lamina aurea ſemper in fronte ſacerdotis. Hec inquit

Aug. in li. de baptiſmo.

ſignificat fiduciam bone vite. quaꝫ qui ve re pfecteqꝫ nõ ſignificatiõe ſed veritate ſacerdos habet. ſolus poteſt auferre peccata Jtem Greg⁹. Jlli ſoli habent in hac carne poſiti poteſtatẽ ligãdi ⁊ ſoluendi. ſicut ſancti apoſtoli. qui illorum exempla ſimul cũ doctrina tenent. Jtẽ ex dictis Orige. Hec poteſtas ſoli Petro conceſſa eſt et imitatoribus Petri. Nam quicunqꝫ veſtigia petri imitant̃. habent recte ligandi et ſoluendi poteſtatem. His alijſqꝫ teſtimonijs innitunt̃ qui aſſeruut poteſtateꝫ ligandi ac ſoluendi illis ſolis conceſſam ſacerdotibus q̃ vita et doctrina pollent ſicut apoſtoli.

Grego. in tractatu euangeliorum.

Alioꝝ ſententia verior. c

# Alijs aũt videtur

quod et mihi placere fateor. cunctis ſacerdotibus hanc clauem dari. ſ. ligandi ⁊ ſoluendi. ſed nõ eã recte ac digne habent. niſi qui vitã ⁊ doctrinam apoſtolicam ſeruãt. Nec p̃miſſe autoritates malos ſacerdotes hanc poteſtatem negant habere. ſed illos ſolos digne ac recte hac poteſtate vti ſignificant. qui prediti ſunt vita ⁊ doctrina apoſtolica. q꞉ ſoli ipſorum apoſtolorũ imitatores digne recteqꝫ poſſunt ligare ⁊ ſoluere. Et per dominũ tñ vel p ſanctos ĩ quibus habitat ſpirituſſanctus digne ⁊ recte fit remiſſio vel retẽtio peccatorum. Fit tamẽ et p illos qui ſancti nõ ſunt. ſed nõ digne vel recte. Dat eñ deus benedictionem digne poſcenti etiam p indignuꝫ miniſtrũ. Q᷑ vero hanc poteſtatem habeant omnes ſacerdotes. Hiero. teſtatur ſup illum locũ euangelij. vbi dñs dixit Petro. Tibi dabo claues regni celorum ⁊c̃. Habent inquit eandem iudiciariam poteſtatem alij apoſtoli. Habet ⁊ omnis eccleſia in epiſcopis ⁊ preſbyteris. Sed ideo petrus eam ſpecialiter accepit. vt omnes intelligant q꞉ quicunqꝫ ab vnitate fidei et ſocietate eccl̃ie ſe ſeparauerit. nec a peccatis ſolui nec celũ poteſt ingredi. Jtem q꞉ ſacerdos etiam ſi malus ſit gratiam tamen tranſfundit ꝑ ſue dignitatis officio. Aug. oſtendit dicens. Dictũ eſt a domio in numeris ad moyſen ⁊ aaron ſacerdotes. vos ponite nomen meuꝫ ſuper filios iſrael. Ego dominus benedicam eos vbi gratiaꝫ traditio per miniſterium ordinati tranſfundat hominibus. nec volũtas ſacerdotum obeſſe vel prodeſſe poſſit. ſed meritum benedictionem poſcentis. Quanta autem ſit dignitas ſacerdotalis officij et ordinis hinc aduertamus. Dictum eſt de nequiſſimo Caypha inter cetera. Hoc autem a ſemetipſo non dixit. ſed cum eſſet pontifex anni illi⁹ prophetauit. per quod oſtẽditur ſpiritũ gratiarum non pſonam ſequi digni vel indigni. ſed ordinem traditionis vt q̃uis aliquis boni meriti ſit. non tamen poſſit benedicere niſi fuerit ordinatus. vt officij myſteriũ exhibeat. dei autem eſt effectum tribuere benedictionis. Hinc euidẽter oſtenditur ordo non priuari poteſtate tribuendi gratiaꝫ ob miniſtri indignitatẽ.

Ut omnes ſacerdotes habeãt ptãteꝫ ligãdi ⁊ ſoluendi ꝯfirmat.

Q᷑ etiã per indignos tranſfundit̃ gr̃a dignis.

Aug. in li. q̃ſtionũ noui et ve. teſta.

Huic tamen Auguſtini ſententie videt̃ obuiare quod ait Eſicius. Sacerdotes inquit nõ ꝓpria virtute benedicũt. ſed quia figuram chriſti gerunt. ⁊ ꝓpter eum qui in ipis eſt plenitudinem benedictionis tribuunt. nec ſolum is qui ſacerdotium ſortitus eſt. ſed quicũqꝫ chriſtum in ſeipſo habet et eius figuram gerit. per cõuerſionem bonã ſicut Moyſes. idoneus eſt vt benedictionem preſtet. Ecce hic habes q꞉ non ſolũ ſacerdos ſed omnis in quo chriſtus habitat benedictioneꝫ preſtet. Sed alia eſt benedictio que ſolis ſacerdotibus congruit. Alia que ab omnibus bonis communiter exhibetur. Deniqꝫ illi ſacerdotes in quib⁹ chriſtus habitat benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur. nõ quia ſoli illi tranſfundãt gratiam. ſed quia illi ſoli licite et digne id agunt. nec ſubditos mala vita ſacerdotis ledit ſi bona faciunt que ille dicit. Unde Greg. Multi dum plus vitam ſacerdotum q̃ ſuam diſcutiunt. in erroris foueam dilabũtur. minus conſiderantes q꞉ nõ eos vita ſacerdotuꝫ lederet. ſi humiliter bonis ſacerdotum ammonitionibus aurem accomodarent.

Eſici⁹ ſup leuiticum.

Gregori⁹



De hoc quod ſcriptum eſt in malachia Maledicam benedictionib⁹ veſtris. d

# Premiſſe vo ſentẽ

tie qua dicitur etiam per mali ſacerdotĩ miniſterium tranſfundi gratiam benedictionis videtur obuiare quod dominus p malachiam ꝓphetam malis ſacerdotib⁹ comminatur. Maledicam benedictionib⁹ veſtris. Et alibi. Ve his qui viuificant animas que non viuunt. et mortificant animas que non moriuntur. Si enim maledicit dominus benedictiõibus eorũ. et ſi anime quas viuificãt non viuũt. quomodo p

eos gratia benedictionis tranſfundit? Sʒ illud capitulum. maledicaʒ ꝛc̃. quidam referunt ad hereticos. qui ab eccleſia preſciſi ſunt. et ad excõmunicatos quorum benedictiones fiunt maledictiones. his qui eorũ ſequuntur errores. Illud vero alterum .ſ. viuificant ꝛc̃. ſuper om̃es illos ſacerdotes exponunt. qui abſqꝫ claue ſcientie ꝛ forma bone vite pſumunt ligare vel ſoluere. Sed nullus officio ſacerdotis vti debet niſi immunis ſit ab alijs que in alijs iudicat. alioquin ſeipm̃ condemnat.

## Qualis debet eſſe iudex eccleſiaſticus.

Qualem aũt oporteat eſſe qui aliorũ iudex conſtituit. Aug⁹ deſcribit ita dicens. Sacerdos cui omnis offertur peccator ante quem ſtatuitur omnis languor. in nullo eorũ ſit iudicandus que in alio iudicare eſt pmptus. Iudicãs em̃ alium qui eſt iudicandus .cõdemnat ſe ipm̃. Cognoſcat ergo ſe et purget i ſe quod alios videt ſibi offerre. caueat vt a ſe proiecerit quicquid in alio damnoſum reperit. Animaduertat. ꝙ qui ſine peccato eſt. primus in illam lapideʒ mittat. Ideo em̃ liberauit peccatricem. qꝛ non erat qui iuſte pſiceret lapidẽ. Quomodo lapidaret qui ẽ lapidandum cognoſceret? Nullus em̃ erat ſine peccato. in quo intelligitur omnes fuiſſe reos. Nam venialia remittebantur per cerimonias Si qd̃ g̃ in eis pctm̃ erat criminale erat In hoc ergo pa tentiſſimũ eſt crimen ſacerdotum ꝛ deteſtabile. qui non prius ſe iudicant ꝛ alios alligant. Caueat ſpiritualis iudex ſicut non cõmiſit crimen nequicie. ita non careat munere ſcientie. Oportet vt ſciat cognoſcere quicquid debet iudicare Iudiciaria em̃ poteſtas hoc poſtulat vt quod debet iudicare diſcernat Diligẽs ergo inueſtigator ſapiẽter interroget a peccatore quod forſitan ignorat vt verecũdia velit occultare. Cognito vero crimine. varietates eius non dubitet inueſtigare. ꝛ locum ꝛ tempus ꝛ cetera que ſupradiximus quibus cognitis aſſit beniuolus. paratus erigere ꝛ ſecuꝫ onus portare. ꝛ habeat dulcedinem in affectione. diſcretionem in varietate. doceat pſeuerantiã. Caueat ne corruat. ne iuſte perdat iudiciariam poteſtatem

Auguſ. in li. de pnia.

Nota. naʒ venialia h̃ dicit et criminalia ſm̃ legem. vt venialia putabant que p cerimonialia dimittebãt ſine morte vel mutilatiõe. criminalia q̃ mortẽ vel mutilationẽ inferebãt.

Et ſi enim penitẽtia poſſit ei acquirere gratiam. non tamẽ mox reſtituat in poteſtatẽ primã. Et ſi petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit et ſepe lapſis ſacerdotib⁹ reddita ſit dignitatis poteſtas. non tamen eſt neceſſe vt omnibus cõcedatur quaſi ex autoritate. Inuenitur autoritas que cõcedit ꝛ qua ſi imperat. Inuenit autoritas alia que nõ concedit: ſed vetat que ſcripture non repugnant ſed cõcordant. Cum enim tot ſunt ꝙ labuntur vt priſtinam dignitatem ex autoritate defendant. et quaſi vſum peccandi ſibi faciant. recidenda eſt ſpes iſta. Si vero locus eſt vbi iſta non concurrant. reſtitui poſſunt qui peccant. Ex his ſatis ppenditur qualis debeat eſſe ſacerdos qui alios ligat et ſoluit. diſcretus ſcilicet ꝛ iuſtus. alioquin mortificat ſepe animas que non moriuntur. et viuificat que non viuunt. et ita incidit in maledictionis iudicium. Illud autem malachie ſcꝫ maledicam benedictionibus veſtris. ſiue ſuper hereticos tantuꝫ et excommunicatos. ſiue ſuper omnes ſacerdotes qui vita et ſcientia carentes benedicere preſumunt: dictum accipiatur. ſic intelligi poteſt. maledicam benedictionibus veſtris. id eſt. his que i eis benedictionib⁹ poſſidetis. quia faciam ea cedere vobis in maledictionem non in benedictionẽ. quia et ſi benedicũt ſanctis. non hoc faciunt ex vero corde. ꝛ ideo eorũ benedictio eis vertitur in maledictionem Uel maledicam benedictionibus veſtris. id ẽ. quod a vobis benedicitur. a me erit maledictum. quia benedicunt inique agentib⁹ adulanturqꝫ peccantibus. dummodo diuites ſint.

## Iſta eſt diſtinctio. xix. hui⁹ quarti libri.

In qua magiſter poſtq̃ oſtendit poteſtatem clauium ſm̃ ſe. Hic conſequenter determinat quorũ ſit habere claues. Et circa hoc tria facit. Primo em̃ oſtendit quibus ꝛ quando claues dantur Secundo quomodo habentes claues ſe virtutibus ornare tenentur. Tertio quorum benedictiones ſuſcipientib⁹ plus ſuffragentur. Primum quidem facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi. Alijs autem videtur. Secundum ab inde vſqꝫ ibi ſcꝫ ad quintum capitulum. qd̃ incipit. Q vero hanc poteſtatẽ. Tertiuꝫ vſqꝫ ad finem diſtin. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibus quarum prima eſt hec. Quãuis non magiſter tamen omnes doctores dicunt. ꝙ vtranqꝫ clauem omnes ſacerdotes in conſecratione recipiunt. Hanc magiſter inſinuans proponit pmo ꝙ poſt predicta conſiderandum eſt quando et quib⁹ dantur claues. Et ſubdit ꝙ claues dantur p miniſterium epiſcopi in promotione ſacerdotij. ſimul em̃ cũ quis recipit ordinẽ ſacerdotij recipit et claues. Poſtea obijcit in contrarium quantũ ad clauem ſcientie

Nullus in vita iudicandus est dignus inferno quia conversio operatur subito facta igitur non persona est a nobis iudicanda



quam nec ſolum ſacerdotes habere videtur .plures enim nõ ſacerdotes ſcientiam diſcernendi habent et multi ſacerdotes ea carent. Et reſpondet ꝙ hãc clauem ſcȝ que eſt ſcientia diſcernendi nõ omnes ſacerdotes habẽt. Unde qui ſcientiam non habent in conſecratione hanc clauem nõ recipiunt. ſacerdotes vero ꝗuis ſcientiam diſcernendi habere poſſunt . non tamen dicuntur habere clauem .quia non poſſunt ea claudere vel aperire .ſed quando tales ad ſacerdotium promouentur dicuntur claues diſcretionis recipere. quia ante etiaȝ habita ſcientia habentur ⁊ ſic fit in eo clauis ad claudenduȝ vel aperiendum .et ſic ſoli ſacerdotes habent clauem. Poſtea querit ꝺ claue potentie. vtrum omnes ſacerdotes eam habent. Et ponit opinionem quorundam dicentium ꝙ non omnes eam habent .ſed ſolum imitatores doctrine ſimul et vite apoſtolice. qꝺ autoritatibus confirmat

2a Secunda propoſitio eſt hec. Qui vult alios ſoluere vel ligare debet ſe virtutibus prius adornare. Hãc magiſter ponens narrat ſecundaȝ opinionem de claue potentie quam magiſter approbat . que eſt ꝙ omnes ſacerdotes eam habent ⁊ non habent eam recte bene ⁊ digne. niſi qui doctrinam ⁊ vitam apoſtolicã ſeruant. propter quod autoritates quas prima opinio pro ſe inducit non negat malos ſacerdotes habere clauem potentie. ſed dicunt ſoluȝ digne vti poſſe eis qui prediti ſunt doctrina ⁊ vita apoſtolica Poſtea approbat hanc opinioneȝ plurib⁹ autoritatibus

3a ſanctorum. Tertia propoſitio eſt hec. Alia eſt benedictio que ſolum conuenit ſacerdotibus et alia que ſi iuſtis exhibetur hominibus. Hãc enim propoſitionem magiſter inſinuans obijcit contra predicta quadam autoritate qua dicere videtur ꝙ omnes ſancti viri benedicere habent. et non ſolum ſacerdotes .cuius oppoſitum predictum eſt in quadam autoritate. Et reſpondet ꝙ alia eſt benedictio que fit ex merito ſanctitatis. que quidem benedictio omnibus hominibus congruit. et alia eſt benedictio que fit ex autoritate ordinis que ſolum competit ſacerdotib⁹ .quã ſi omnes ſacerdotes habeant. ſoli tamen boni ſacerdotes dicuntur eam habere qui ea recte vtũť. Subdit autem ꝙ mala vita ſacerdotum ſubditos non ledit. ſi bona faciunt que ipſe dicit. Unde etiam nõ debent ſubditi vitam ſacerdotis multũ diſcutere. Poſtea enim aliter obijcit contra dicta. quia enim dominus per prophetam cominuatur malis ſacerdotib⁹ ꝙ maledicturus ſit benedictionibus eorum. et ſpecialiter illis ſacerdotibus qui viuificant animas que non viuunt et mortificant animas que non moriunť Poſtea quidem ſoluit et dicit ad hoc ſᵐ quoſdam: ꝙ illa intelliguntur de ſacerdotibus preſciſis ab eccleſia vel etiaȝ de illis ſacerdotibus qui ſine ſcientia bona vita preſumunt ſoluere et ligare. Debet enim ſacerdos immunis eſſe ab omnibus his que ĩ alio iudicat. Poſtea etiaȝ occaſione huius inducit quaſdã autoritates quibus oſtenditur qualis debet eſſe ſacerdos qui ſoluit et ligat. Debet enim ſacerdos ille eſſe iuſtus in vita ⁊ ſimiliter diſcretus in ſcientia. Ultimo ꝗdem ponit expoſitionem illi⁹ Malachie. Maledicam benedictionibus veſtris ſᵐ beatum Gregorium duplicem. Prima quidem eſt ꝙ benedictio malorum ſacerdotum eis conuertatur in maledictionẽ. Secunda quidem eſt ꝙ multis inique agentibus benedicunt mali ſacerdotis adulando illis quos deus non benedicit. Et tm̃ in ſpeciali.

## De his qui in fine penitent. a

Sciendũ eſt etiã ꝙ tempus pnĩe eſt vſqȝ ĩ extremũ articulum vite. Unde Leo papa. Nemo ẽ deſperandus dũ ĩ hoc corpore cõſtitutus eſt. qꝛ nõ nũqȝ qꝺ diffidẽtia etatis differť. cõſilio maturiore pficiť. Aug. tñ de pnĩam differentibus ita ſcribit. Si ꝗs poſit⁹ ĩ vltima neceſſitate voluerit accipere pnĩaȝ et accipit. et mox reconciliatur ⁊ hinc vadit. fateor vobis nõ illi negam⁹ qꝺ petit. ſed non pſumimus .qꝛ bñ hinc exit. Si ſecur⁹ hic exierit ego neſcio. Penitentiã dare poſſum⁹. ſecuritatẽ ꝩo nõ. Nunqꝺ dico dãnabiť? ſꝫ nec dico liberabitur. Uis ergo a dubio liberari. age pnĩaȝ dũ ſanus es. Si ſic agꝭ dico tibi qꝛ ſecur⁹ es . qꝛ pnĩam egiſti eo tpe quo peccare potuiſti. Si vis agere pnĩaȝ qñ iã peccare nõ potes. peccata te dimiſerũt .nõ tu illa. Item. Due res ſunt .aut ignoſciť tibi. aut nõ ignoſciť .ꝗd hoꝝ tibi ſit futuruȝ neſcio? Ergo tene certũ. dimitte incertum. Sed quare hoc dixit Aug. cũ pnĩa que in fine agiť in pſalmo appelleť ſacrificium veſpertinum. qꝺ erat acceptabilius in lege et in quacunqȝ die inuoceť deus aſſit. ⁊ quacunqȝ hora ingemuerit ⁊ conuerſus fuerit peccator vita viuet et non moritur? Sed illa dixit Aug. pter illos qui penitentiam vſqȝ in finem vite protrahunt. et tunc non ex dei amore videntur penitere. ſed timore mortis quaſi ex neceſſitate. Unde idẽ quaſi aperiẽs quare ſuperiora dixerit ait. Nullus expectet quando peccare non poteſt. Arbitrij enim libertatẽ querit deus. vt deleri poſſint cõmiſſa. non neceſſitatem ſꝫ charitatem. non tm̃ timorem. qꝛ nõ ĩ ſolo timore viuit hõ. Quem ergo ſero penitet. oportet non ſolum timere iudicem. ſed diligere quia ſine charitate nemo ſaluus eẽ poteſt. Non ergo tantũ timeat penaȝ qui penitet. ſed anxietur pro gloria. Que conuerſio ſi contigerit alicui etiam in fine. deſperandũ non eſt de eius remiſſione. Sed quoniam vix vel raro eſt tam iuſta conuerſio. timendum eſt de penitente ſero. maxime cuȝ filij quos illicite dilexit ſint preſentes. vxor et mundus ad ſe vocet. multos ſolet ſerotina penitentia decipere Sed qm̃ deus ſemper potens eſt. ſemper etiã in morte iuuare valet quibus placet. Cum ergo opus ſit non hominis ſed dei fructifera penitentia. inſpirare eam poteſt quandocunqȝ vult ſua miſericordia. et remunerare ex miſericor-

DI. XX.

Leo papa

Auguſti.

Auguſ. in li. de pnĩa.

Multos solet serotina penitentia decipere.

dia. quos damnare poteſt ex iuſticia. Sed quoniam multa ſunt que impediunt ⁊ languentem retrahunt. periculoſuꝫ eſt et inſtitui vicinum ad mortem ꝓtrahere penitentie remedium. Sed magnū eſt cui deꝰ tunc inſpirat (ſi quis eſt) verā penitentiā. Sed ſi etiam ſic conuerſus vita viuat ⁊ non moriatur. non promittimus ꝙ euadat omneꝫ penam. Nam priꝰ purgādus eſt igne purgationis. qui in aliud ſeculum diſtulit fructum cōuerſionis. Hic autēꝫ ignis ⁊ ſi eternus non ſit miro modo grauis eſt. excellit enim omnem penam quaꝫ vnꝙ̄ paſſus ſit aliquis in hac vita. Nunꝙ̄ in carne tanta inuenta eſt pena licet mirabilia martyres paſſi ſunt tormēta et multi nequiter quāta ſepe ſuſtinuerūt ſupplicia. Ex his ſatꝭ oſtenditur quam periculoſum ſit differre penitētiam vſꝙ̄ in finē vite. Si tñ etiam tunc vera habeatur penitentia. hominē liberat. et vitam mortuo impetrat. non ſic tamen. vt nullam ſentiat penaꝫ. niſi forte tanta ſit vehementia gemitus ⁊ contritionis. que ſufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo ſit difficile vt tunc ſit vera penitētia. que tam ſera venit quādo cruciatus membra ligat et dolor ſenſum opprimit vt vix homo aliquid cogitare valeat. melior eſt tamen ſera quam nulla. Penitētia enim ſi in extremo vite hyatu aduenit. ſanat ⁊ liberat. Multum ſera fuit latronis penitētia. ſed nō fuit ſera indulgentia. Sed licet latro veniam meruiſſet in fine de omni crimine. nō tamē dedit baptiſatis peccandi et perſeuerandi autoritatem.

Nō de igne purgatorij

### De his qui hic penitentiaꝫ non complent. b

Si vero queritur de illis ꝙ̄ in hac vita penitētiaꝫ nō cōplent vtrū tranſituri ſint ꝑ ignē. vt ibi quaſi cōpleant qđ hic minus fecerunt? Idem dicimus et de iſtis eſſe ſentienduꝫ et de his qui in extremis penitent. Si enim tanta fuerit cordis cōtritio et delicti exprobatio. vt ſufficiat ad puniendū peccatuꝫ. liberi ab alijs penis tranſeunt ad vitaꝫ. ⁊ ſi inexpleta fuerit penitentia. quia ꝑfecte penituerūt ⁊ ingemuerūt corde. Qui vō non adeo cōterūtur corde et ingemiſcunt ꝓ peccato: ſi ante expletionem penitentie diſceſſerint. ignem purgatoriū ſentient: et grauius punientur ꝙ̄ ſi hic impleſſent penitentiā. Horrenduꝫ eſt enim incidere in manus dei viuētis Deus enim cum ſit miſericors et iuſtꝰ. Ex miſericordia penitenti ignoſcit non reſeruanſ peccatum ad penam eternam. Ex iuſticia vero impunitū nō dimittit delictū. aut em̄ punit homo. aut deus. homo autem punit penitendo. Deus aūt penā exigēdo Et eſt pnia interior ⁊ exterior. Si ꝗ̄ interior penitudo fuerit tāta vt ſit ſufficiens vltio pctī. deꝰ ꝗ̄ hoc nouit: ab illo ꝗ̄ taliter penitet. vlteriꝰ penaꝫ non exigit. Si vero interior penitudo nō ſufficit in vindictam peccati nec exterior penitentia impletur. deus qui modos et menſuras peccatorum et penarum nouit. addit penam ſufficientem. Studeat ergo ꝗ̄ſꝙ̄ ſic delicta corrigere vt poſt mortem non oporteat penam tolerare. Quedam enim peccata mortalia in penitentia fiunt venialia. non tamen mox ſanantur Sepe infirmus moreretur ſi non medicaretur non tamen ſtatim medicatꝰ ſanaẜ. Lāguet victurus qui prius erat moriturꝰ. Qui autem impenitens moritur omnino moritur ⁊ eternaliter cruciatur. Si enim ſemper viueret ſemper peccaret.

### De illo cui ſacerdos indiſcretus iniungit paruā pniaꝫ. c

Si vō de illo queritur qui ſatiſfactionem iniunctam impleuerit. que ignorantia vel negligentia ſacerdotis. peccato condigna non fuit. vtruꝫ dē vita migrans ab omni pena liber ſit? Ideꝫ reſpondeo quod ſupra de illo qui penitentiam non compleuit. dixi ꝙ ſi tñ eſt lamētum interioris doloris vt ſufficiat in vindictam peccati. omnino liberatus eſt. Si vero non ſufficiat dolor interior ſimul cuꝫ pena iniuncta. addet deus penam. ꝙ autem interdum ſufficiat dolor interior ad vindictam peccati. certum documentum habemus in illo latrone. qui ſola mentis contritione ⁊ confeſſione ſtatim vt conuerſus fuit. paradiſum ingredi meruit Sed qꝛ diſpēſatores eccleſie contritionis ꝗ̄titatē non ꝑpendunt quibus non eſt datum intelligere occulta cordiū. oībū eges penitētiū cōſtituunt tā magis ꝙ̄ minus de peccato dolētibus. Quorū ſtudiū ad hec ꝑcipue tendere debet. vt cordis dolorem quantū fas eſt cognoſcant. et ẜm ipſius modum ſatiſfactionem iniungat. Unde Auguſ. In actione pnie vbi tale commiſſum eſt vt is qui commiſit a chriſti etiam corpore ſepareẜ. nō tā

Aug. i ench.

cõſideranda eſt mẽſura tempis q̃ doloris Cor enim contritum et humiliatum deus nõ deſpicit. Uerum quia plerũq; dolor alterius cordis occultus eſt alteri. nec in aliorũ noticiam niſi p verba vel alia quecunq; ſigna pcedit. cum ſit coram illo cui dicit. Gemitus meus a te non eſt abſcõditus. recte conſtituuntur ab his qui eccleſiis preſunt tẽpora penitẽtie. vt ſatiſfaciat etiã eccleſie in qua peccata ipſa remittũtur. extra cã q̃ pe non remittunt. Ipſa enim ſpiritũ ſanctum pignus accepit. ſine quo non remittuntur vlla peccata. Item Hiero. Menſurã temporis in agenda penitentia ideo non ſatis aperte prefigunt canones p vnoquoq; crimine. vt de ſingulis dicãt qualiter vnumquodq; emendandum ſit. ſed magis in arbitrio ſacerdotis intelligentis relinquendũ ſtatuerunt. quia apud deum non tantum valet menſura temporis quantum doloris. Nec abſtinentia tantũ ciborũ quãtũ mortificatio viciorum. Ideoq; tempora penitẽtie p fide et conuerſatione fidelium penitentium abbreuianda precipiunt. et p negligẽtia protelanda. p quibuſdam tamen culpis modi penitentie ſunt impoſiti. — Hierony.

## Qd morientibus non ſit imponẽda ſatiſfactio ſ; innoteſcẽda. d

Solet etiam queri vtrum ſatiſfactiõis lex morituris ſit imponẽda. De quo theodorus cãtuarienſ epiſcopus in penitentionali ſuo ſic ait. Ab infirmis i piculo mortis poſitis. pura inquirenda eſt confeſſio peccatorum. non tamen eſt illis imponenda quantitas penitẽtie ſ; innoteſcenda. et cum amicorũ orationibus et elemoſynarũ largitionibus pondus penitentie ſubleuandum. ſi forte migrauerint Si vero conualuerint penitentie modum a ſacerdote impoſitum diligenter obſeruẽt Aliis vero pro qualitate peccati. penitentia decernenda eſt preſidentium arbitrio. Unde Leo papa. Tempora penitudinis habita moderatiõe conſtituenda ſunt tuo iudicio. prout conuerſorum animos pſpexeris eſſe deuotos. Pariter etiam habere debes etatiſ ſenilis intuitum. et reſpicere periculorum quorumcunq; vel egritudinum neceſſitates. — Leo papa

## In neceſſitate non eſt neganda penitentia vel recõciliatio. e

Sciẽdũ etiã qd tẽpore neceſſitatis nõ eſt negãda pnia vel recõciliatio penitẽtib9. Unde Leo papa. His q̃ tpe neceſſitatiſ et piculi vrgentis inſtãtis pſidiũ pnie et mox recõciliatiõis implorãt nec ſatiſfactio interdicenda eſt. nec reconciliatio denegãda. q2 miſcdie dei nec menſuras poſſum9 ponere. nec tpa diffinire. Qd ſi ita aliqua egritudine aggrauati ſunt. vt qd paulo ãn poſcebãt: ſub pñti ſignificare nõ valeant. teſtimonia eis fideliũ circũſtãtiũ pdeſſe debẽt. ſimulq; pnie et recõciliationis ꝯſequant beneficiũ. Item Juli9 papa. Si pſbyter penitentiã abnegauerit moriẽtib9. reus erit animarum. quia dñs ait. cũ conuerſus fuerit tũc ſaluus erit. Uera enim confeſſio vltimo tẽpore pot eſt eſſe. quia nõ modo temporis ſed etiam cordis deus inſpector eſt ſicut latro pbat. — Leo papa — Juli9 pa.

## Qd pſbyter nõ reconciliet inconſulto epõ niſi in neceſſitate. f

Non debet tamen preſbyter penitentem reconciliare incõſulto epiſcopo. niſi vltima neceſſitas cogat. Unde in cartaginenſi cõcilio. Preſbyter i conſulto epiſcopo non recõciliet penitẽtẽ niſi abſente epiſcopo ſi vltima neceſſitas cogat. Cuiuſcunq; penitentis publicum crimen eſt q vniuerſam commouerit vrbem ante abſidam. ſ. introitũ eccleſie manus ei imponatur. Item Aurelius epiſcopus dixit. Si quis in periculo ꝯſtitutus fuerit et ſe conciliari diuinis altaribus petierit. Si epiſcopus abſens fuerit. debet pſbyter cõſulere epiſcopum. et ſic periclitantem eius precepto reconciliare. Inconſulte vero epiſcopo non poteſt excommunicatos vel publice penitentes pſbyter reconciliare. Unde in cartaginenſi concilio ſcdo. ſtatutum eſt vt criſma vel reconciliatio penitentium et puellarum conſecratio a preſbyteris nõ fiat. Itẽ Recõciliare quẽq; in publica miſſa preſbytero non liceat puellarum tamen conſecratio conſulto epiſcopo per preſbyterum fieri valeat. Unde in carthaginenſi conſilio ſecũdo. Preſbyter inconſulto epiſcopo virgines non conſecret. criſma vero nunq̃ conficiat. Sicut precepto epiſcopi poteſt pſbyter conſecrare virgines. ſic et reconciliare penitentes. — In ꝯcilio cartaginenſi. — Aurel9 eps.

An oblatio eius ſit recipienda qui currens ad penitentiam preueniẗ morte. g

Si aũt queritur ď illo qui ad penitentiam feſtinans ſacerdotem inuenire nõ potuit ⁊ ita deceſſit. vtruꝫ oblatio eius ſit recipiẽda? Dicimus quia eſt Unde in apanenſi concilio. Si aliquis fuerit mortuus qui non ſit confeſſus. et teſtimonium habet bonuꝫ ⁊ non poterat venire ad ſacerdotem ſed preoccupauit eum mors in domo vel in via. faciant pro ea parentes eius oblationẽ ad altare. et dent redemptionem pro captiuis.

Iſta eſt diſtinctio. xx. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtꝙ egit de penitentia et poteſtate miniſtroꝝ hoc ſacramentũ diſpenſantium Hic agit de quibuſdam conſequentibus. Et tria facit. Primo eñ oſtendit tempus penitentie durare in extremũ vite. Secundo querit quomodo agendũ ſit cũ illis qui pñiam differunt vſqꝫ in finẽ vite ſue. Tertio aſſerit ſimplicem ſacerdotem crimeu publicũ epiſcopo inconſulto in extrema neceſſitate reconcilliare Primũ facit vſqꝫ ibi. Solet etiam queri vtrũ ſatiſfactionis. Scðm vſqꝫ ibi. Non dꝫ tamen pſbyter. Tertium vſqꝫ ad finem diſ. In ſpeciali ſñia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarũ prima eſt hec. Si ſerotina penitentia mortuo valet vitam impetrare periculoſum ē tñ pñiam vſqꝫ in finẽ vite differre et procraſtinare. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit primo ꝙ tempus penitentie durat vſqꝫ in finem vite Auguſti. tamen dicere videtur ꝙ illi qui ſolum in finem vite penitent in ſecuro ſtatu non tranſeunt de hac vita ſed qꝛ pñia ſerotina eſt ſatis factiua ⁊ ſacrificiuꝫ veſpertinũ et ideo deo accepta. et ideo ꝑmiſſa Aug. intelligenda ſunt de illis qui non ex amore dei ſꝫ ex timore mortis penitentiã faciunt. vel ꝓ tanto ſecuritatem non dat beatus Aug⁹. quia difficile eſt ꝙ in tali ſtatu penitentiam agant verã. ꝓpter filios. vxorem mundũ ⁊ dolorẽ mortis que ĩ illo ſtatu retrahunt hominem a ꝯuerſione ad deũ. tñ qui in fine vite ſue penitẽt bene pñt digne penitere. ſed in purgatorio ſoluunt penã quaꝫ in pſenti non ſoluũt. niſi forte tũc tã vehemens eſſet contritio vt ſufficeret ad delicti punitionem. Oſtendit etiã poſtea ꝙ illi qui penitentiã iniunctam in hac vita non impleuerunt. ⁊ etiaꝫ qui penitentiã eis iniunctam fecerunt. que ſi tamen non fuit condigna ꝓ peccato cõmiſſo ꝓ his punient̃ ĩ purgatorio. niſi forte haberent tam vehementẽ cõtritionem que ſufficienter in eis peccata puniret. ſꝫ quia ꝯtritio nõ conſtat ideo pñia imponit̃. que vt ibidem beatus Aug. dicit ſꝫm ipm contritionis modũ diuerſimode imponẽda eſt. Secũda ꝓpoſitio eſt hec. Ab infirmis in piculo mortis inquirenda eſt ꝯfeſſio peccatoꝝ et pñie pondus ſubleuandũ eſt elemoſynis et orationibus amicoꝝ. Hanc magiſter inſinuans oſtẽdit qualiter agendũ ſit cũ illis qui in fine vite ſue penitent. et dicit ꝙ morientibus nõ eſt pena ſatiffactoria imponenda. nec poſtꝙ ꝯualuerunt ſed innoteſcẽda. Alijs vero ſꝫm arbitrium ſacerdotis iniungẽda ē Dicit etiã ꝙ morientibus nunꝙ recõciliatio denegãda eſt. qꝛ ſacerdos denegãs reus eſt aiaꝝ illarũ. ad quarũ recõciliationẽ ſufficit ꝙ eã pri⁹ petierint etiã ſi tũc petere nõ poſſint ꝓpter infirmitatẽ. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Preſbyteri incõſulto epõ publicũ crimen vel excõicatũ nõ abſoluãt niſi ad hoc vltimo neceſſitas cogat. Hanc magiſter inſinuans dicit ꝙ illũ cui⁹ eſt crimẽ publicũ puta ꝙ vniuerſam cõmouit vrbem poſſit ſacerdos ſimplex in caſu mortis ĩ cõſulto epõ ſi ſit abſens reconciliare. alias tñ non dꝫ facere epõ incõſulto. ſicut nec virgines conſecrare. Addit etiam inſup ꝙ ſi moriẽs ſacerdotẽ habere non poſſit dum tñ bonũ teſtimoniũ habeat ꝙ ſacerdotẽ petiuit non eſt illa que offertur oblatio reſpuenda ſed recipienda. Et tñ in ſpeciali.

De peccatis que poſt hanc vitã dimittũtur. a

Volet etiã q̃ri vtrũ poſt hanc vitaꝫ aliqua peccata remittant̃? Qꝫ aliqua poſt hãc vitã remittant̃ chriſtus oñdit in euangelio vbi ait Qui peccauerit in ſpiritũſanctũ non remittet̃ ei neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ ĩ futuro. Ex quo dat̃ intelligi ſicut ſancti doctores tradũt. ꝙ q̃daꝫ pctã in futuro dimittent̃. Quedã eñ culpe in h̔ ſeculo relaxant̃. q̃dam vero parue etiaꝫ in futuro. q̃ q̃dem poſt mortẽ grauant ſꝫ dimittunt̃ ſi digni ſũt. ſi bonis actibus ĩ hac vita meruerũt vt dimittat̃ eis. De illis etiam q̃ edificãt lignũ. fenum. ſtipulam. dicit Aug⁹ ꝙ ignẽ tribulatiõis trãſitorie inuenient cremabilia edificia q̃ ſecũ portauerunt cremãtẽ. Ait eñ ſic. Poſt iſti⁹ ſane corporis mortẽ donec de igne purgatorio veniatur ad diem damnationis ⁊ remunerationis. ſi hoc tpis interuallo ſpiritus defunctorũ q̃ edificauerũt. lignũ. fenũ. ſtipulaꝫ. huiuſmodi ignẽ dicant̃ ꝑpeti. quẽ alij non ſentiunt qui hmõi edificia portauerunt. vt inueniant ignẽ tranſitorie tribulationis venialia cõcremantem. non redarguo qꝛ forſitan veruꝫ eſt. Sed qꝛ dicitur ſaluus erit quaſi ꝑ ignẽ. cõtemnit̃ ille ignis. Grauior tamẽ erit ignis ille q̃ꝫ q̃cq̃d põt hõ pati ĩ hac vita. Hic apte inſinuat̃ ꝙ illi qui edificant lignum. fenũ. ſtipulã. quedã cremabilia edificia. i. venialia pctã ſecum portãt. que ĩ igne emendatorio cremant̃. Unñ cõſtat q̃daꝫ venialia pctã poſt hanc vitã deleri.

DI. XXI

Aug. in li. de ciuitate dei.

Qð alij citius alij tardius purgãtur in igne. b

In illo ãt igne purgatorio alij tardi⁹ alij citi⁹ purgãtur ſꝫm ꝙ iſta peritura magis vl' minus amauerũt. vñ aug⁹ Poſt hãc vitã ĩcredibile ñ ē. nõnullos fideles

Aug. enchi.

per ignem quendam purgatorium. quãto magis minuſve bona peritura dilexerunt tãto tardius citiuſqꝫ ſaluari. Unde non fruſtra illa tria diſtinxit apoſtolus. lignum fenum. ſtipulã. que illi edificant. qui ⁊ ſi aliena nõ rapiunt. rebus tamẽ infirmitati conceſſis aliqua dilectione inherent. Qui ſm ſuos amandi modos vel diutius vt lignũ vel minus vt fenũ. vel minimũ vt ſtipulã ignem ſuſtinebunt Qui vero ſupedificant aurum. argentum lapidem p̃cioſuꝫ. ꝺ vtroqꝫ igne ſecuri ſunt. nõ ſoluꝫ de illo eterno q̃ cruciaturus eſt impios ineternũ. ſed etiam de illo emendatorio quo purgabũtur quidam ſaluandi.

Quid ſit edificare li. fe. ſti pu.

Augu. ſuper pſal. cxxij.

## Oppoſitio. C

**Hic obijci põt. Si** p lignũ. fenuꝫ. ſtipulã venialia intelligunť peccata. ⁊ nullus adeo pfectus eſt q̃ venialiter nõ peccet. Ergo qui edificant aurum argentum lapidẽ p̃cioſum. edificant etiam lignũ. fenũ. ſtipulam. ergo p ignem tranſibunt. Ad quod dicimus quia nõ omnis q̃ venialiter peccat. lignũ. fenũ. ſtipulã edificat. ſicut econuerſo nõ omnis qui cõtẽplatur deũ et diligit ꝓximũ et opa bona facit edificat aurũ argentũ lapidem p̃cioſum. ⁊ tñ in auro intelligiť cõtemplatio dei. in argento dilectio ꝓximi. in lapide p̃cioſo bona opera. Sed illi qui edificant lignum. fenum. ſtipulã deũ cõtemplanť et ꝓximum diligunt ⁊ opera bona faciũt. nec tamẽ edificant aurũ. argentũ lapidem p̃cioſuꝫ. Hec eñ edificat qui ſic illa tria facit. vt cogitet que ſunt dei. ⁊ quõ placeat deo. nõ mũdo. Lignũ vero ⁊ fenũ. et ſtipulã accipi poſſunt ſeculariũ rerũ q̃uis licite cõceſſarum tales cupiditates vt amitti ſine animi dolore nõ poſſint. Hec ergo edificatis qui cogitat q̃ mundi ſunt. quõ placeat mundo. qui circa diuitias ſuas quodammodo carnali affectu tenetur. ⁊ tñ ex eis multa beneficia facť nec ꝓ eis aliquid fraudis vel rapine molitur Ex his ergo patet q̃ nõ idem hõ ſimul hec ⁊ illa edificat. Illa eñ edificatio perfectorꝫ tñ eſt. qui nõ cogitant placere mũdo ſed tñ deo. qui ⁊ ſi venialiť aliq̃n peccant. feruore charitatis ita aſſumiť in eis peccatum ſicut gutta aq̃ in caminо ignis. ⁊ ideo nunq̃ʒ ſecũ portãt cremabilia. Hec aũt inferior edificatio minorꝫ ẽ. q̃ nõ tñ deo ſꝫ etiã mũdo placere cogitãt. deũ tñ p̃ponũt. Si vero mũdũ p̃ponerẽt. nõ ſupedificarẽt. ſꝫ deſtruerẽt fundamẽtũ Affectiões q̃ carnales q̃b⁹ dediti ſunt domib⁹ coniugib⁹. poſſiõibus: ita vt nihil preponant chriſto: illis tribus ſignificantur que in mentes pfectorꝫ non cadunt. et ſi alia venialia admittant. In cordibus vero minorũ interduꝫ durant vſqꝫ in finem. q̃ cuꝫ talibus edificijs tranſeunt. ſed diſſoluentur in igne. Ipſi vero merito fundamẽti ſalui erunt. grauiſſimam tamen penam ſentiat. Ex quo apparet q̃tam hic miſericordiam exhibet deus ⁊ quantã ibi exerceat ſeueritatem cum ꝓ eodẽ peccato multo grauius ibi puniat q̃ʒ hic.

Soluit.

Quid ſit edificare a. a. et l. px.

## Opinio quorundam cum obiectione. D

**Sed forte dices il**lud eſſe accipiendum de pena peccati. non de ipſo peccato. quod Gregorius dicit. q̃dam leuia in futuro dimittenda. Si enim veram penitentiaꝫ habuerit quis peccata omnia dimiſſa ſunt ei. ſed pena forte remanſit. Ideoqꝫ ſi vere penitens obijt. ſine peccato tranſijt. Si autem vero penitens non eſt in obitu. maculam portat que nunq̃ʒ delebitur. Qui vero edificat lignum. fenũ ſtipulam vere penitet. quia bonus eſt et charitatem habet. et in charitate de hac vita trãſit. ergo ſine peccato tranſit. non ſequitur. Uerũ quidem eſt qui bonus eſt ⁊ charitatem habet et vere penitet. et tamen cuꝫ veniali peccato tranſit quod nõ deleuit penitentia. Penitentia eñi non delet niſi peccatum illud quod deſerit homo. Tale aũt peccatum ſepe in hac vita non delinquitur ab homine. ⁊ tamen vere penitens eſt. et ſi non ꝺ omnibus venialibus peniteat Põt enim quis de omni mortali et de omni veniali penitere. excepto vno vel plurib⁹ venialibus quidem. Sicut habet quis charitatem et vnum vel plura venialia Quod ꝺ criminalibus nullatenus eſſe poteſt. Eſt enim aliquis bonus charitatem habens: ſꝫ adhuc quodam cupiditatis affectu amãs hec ſecularia. Talis exiſtens ſubita morte opprimiť. In illo terreno affectu mortuus eſt. ⁊ tamẽ ſaluabiť. a quo nõ ſe abſoluit. ergo poſt hãc vitã ab illo purgabiť. Conſtat ergo q̃dã peccata ſꝫ leuia poſt hanc vitam dimitti. Si vero de pena peccati illud intelligi voluiſſent autores. cur magis cõmemoraſſent leuia q̃ʒ grauia. cũ etiã grauium pena hic inexpleta poſt hanc vitã reſtet.

Q aliq̃s vere penitet ⁊ ſi n̄ de oĩ veniali.

De generali confeſſiõe quid ꝓ‑
ſit. e

Poſt hec cõſiderã‑
dum eſt quid ꝓſit cõfeſſio illa vbi ſingula
peccata que quiſqꝫ fecit non exprimuntur?
Sane dici põt. ꝙ omnia criminalia ſemel
ſaltem oꝑtet in ꝯfeſſiõe exprimi niſi aliqua
a mente exciderint. Sꝫ quia nemo delicta
intelligit omnia. generalit̃ ſaltẽ ea cõficere
quorũ memoriam non habes. ⁊ ſic nihil ce
leſti ꝺ ſceleribus tuis. Venialia vero quia
innumerabilia ſunt ſufficit generaliter con
fiteri. niſi aliqua ſint frequẽter iterata. ꝑfe
ctius eſt tamen etiã illa exprimere ſi vales
Ideoqꝫ quotidie generaliter fit confeſſio ĩ
eccleſia ꝓ venialibus ſcꝫ peccatis que quo
tidie admittimus. et ꝓ illis mortiferis q̃rũ
Augu. in q̃n‑ta rñſione cõ‑tra pellagio‑nos. noticiã nõ habem⁹. Vñ Aug. Veritatem
dicit deo penitens qñ nihil illi de commiſ‑
ſis ſceleribus celat: niſi qꝺ ẽt ſi volũtate ce
lauerit. deus ignoret. ſed veritatem ſibi di
ci vult ab eo vt veniã ꝯſequat̃. Si v̾o mẽ‑
te aliqua exciderint. ꝯfitetur veritatẽ deo
cũ generaliter dixerit. Deus q̃ noſti occul
ta cordis et oꝑa mea et delicta a te nõ ſunt
abſcondita. q̃b⁹ veniã largiaris ꝑcoꝝ. et h̃
eſt veritas cõfitentis quã diligit de⁹. Vñ
Ecce eñ veritatẽ dilexiſti. Hic inſinuatur
ꝙ generalis cõfeſſio etiã mortalia delet. q̃
rum intelligentia non habetur.

Nemo confiteatur peccata que
non fecit. f

Sicut autem peni‑
tens celare nõ debet peccatũ ſuũ qꝛ ſuper‑
bia ẽ. ita nec humilitatis cauſa fateri ſe reũ
illius qꝺ ſe nõ cõmiſiſſe noſcit. qꝛ incauta ẽ
talis hũilitas ⁊ peccatorẽ ꝯſtituit. Unde
Aug. de ver‑bis apl̃i. Aug⁹. Cum humilitatis cauſa mentiris. ſi
nõ eras peccator anteq̃ꝫ mentieris mentiẽ‑
do efficieris qꝺ vitaras. Veritas in te non
eſt niſi ita te dixeris peccatorẽ vt etiã eſſe
cognoſcas. Veritas aũt ipſa ẽ vt quod es
dicas. Nam quomodo eſt veritas vbi re‑
gnat falſitas.

De penis ſacerdotis qui pecca‑
tum publicat cõfitentis. g

Caueat autẽ ſacer‑
dos ne peccata ꝯfitentiũ alij ꝓdat alioq̃n
Gregori⁹ deponat̃. Vñ Greg. Sacerdos añ omnia
caueat ne de his que ei ꝯfitent̃ peccata ali‑
cui recitet. nõ ꝓpinquis. nõ extraneis. nec
qꝺ abſit ꝓ aliquo ſcandalo. Nã ſi hoc fece
rit deponat̃ et oĩbus diebus vite ſue igno
minioſus ꝑegrinando ꝑgat. Qꝺ v̾o di‑
ctum eſt vt penitens eligat ſacerdotẽ ſcien
tem ligare ⁊ ſoluere. videtur contrariũ ei
qꝺ in canonibus reꝑitur. vt nemo ſcꝫ alte‑
rius parrochianũ iudicare p̃ſumat. Sꝫ ali
ud eſt fauore vel odio ꝓprium ſacerdotem
cõtemnere qꝺ canones ꝓhibent. aliud ce‑
cum vitare. quod Urbanus facere monet
ne ſi cecus cecũ ducat ambo in foueam ca‑
dant. Ait eñ Urbanus ſcꝺs. Placuit vt
nulli ſacerdotum deinceps liceat quẽlibet
cõmiſſum alteri ſacerdoti ad penitentiam
ſuſcipere. ſine eius conſenſu cui ſe prius cõ
miſit niſi pro ignorãtia illius cui prius cõ‑
feſſus eſt. Qui vero contra hoc facere tem
ptauerit. gradus ſui periculo ſubiacebit.

Iſta eſt diſtinctio. xxj. hui⁹ quar‑
ti libri. In qua magiſter poſtq̃ꝫ egit de tꝑe penitẽtie.
Hic mouet quaſdã queſtiones circa determinatã ⁊
ſoluit. Et circa hoc duo facit Primo enim querit an
etiam aliqua peccata dimittant̃ poſt hãc vitã. Secũ
do oñdit quõ mortale remittat̃ cui⁹ noticia nõ habe
tur. Primũ facit vſqꝫ ibi. Poſt hec conſiderandũ eſt
Scꝺm vſqꝫ ad finẽ diſ. In ſpeciali ſñia magiſtri ſtat
in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarũ prima eſt hec. Magi‑
ſter hoc atteſtat̃ ꝙ pctm̃ veniale etiã poſt hãc vitã re
mittatur. Hanc magiſter inſinuans q̃rit. Utrũ poſt
hanc vitã etiã aliqua peccata dimittant̃. Et rñdet ꝙ
ſic ꝑ autoritatẽ dñi dicentis aliqua peccata nec hic
nec in futuro remitti. Et ꝑ autoritatẽ Gregorij dicẽ‑
tis quaſdã culpas in futuro remitti q̃buſdã ſi tamẽ
hoc meruerint in hac vita. Et ꝑ autoritatẽ Auguſ.
dicentis eos qui edificãt lignũ fenũ et ſtipulã. ⁊ q̃ ve
nialia peccata ſecũ portant. ꝑ ignẽ purgatorij ſalua‑
ri quo iſta peccata cremabunt̃. Poſtea dicit ꝙ ille ig
nis purgatorij quoſdã tardi⁹ quoſdã citius purgat.
Bm ꝙ aliqui magis vel minus bona corporalia ĩ hac
vita dilexerunt. vñ gradus dilectionis notant̃ ꝑ hec
tria. ſ. lignũ fenũ ⁊ ſtipulã. Illi tñ qui ſuꝑedificãt au
rũ argẽtũ ⁊ lapides p̃cioſos. tam ab igne eterno q̃ꝫ
purgatorij ſecuri ſunt. Poſtea obijcit ꝯtra predicta
hoc mõ. Si ꝑ lignũ fenũ et ſtipulã intelligunt̃ venia
lia. cũ nullus ſit ſine venialibus. ergo nullus eſt qui
iſta nõ edificet. ⁊ ita etiã viri ꝑfecti q̃ edificant aurũ
argẽtũ ⁊ lapides p̃cioſos. edificabũt lignũ fenum et
ſtipulã. Et ꝙ alij ſunt qui edificant lignũ fenũ et ſti
pulam ſicut imꝑfecti. qui q̃uis deũ contemplant̃ ⁊
ꝓximũ diligant ⁊ bona oꝑa faciũt tñ nõ dicunt̃ ſuꝑ
edificare aurũ argentũ et lapides p̃cioſos ꝑ q̃ predi
cta tria intelligunt̃. qꝛ nõ habent hec tria excellent̃
ſed cũ aliquo inordinato amore rerum tꝑaliũ. Alij
v̾o ſunt qui edificant aurũ argentum ⁊ lapides p̃ci‑
oſos. ſicut ꝑfecti q̃ q̃dem intenti ſunt cõtemplationi
dei q̃ intelligit̃ per aurũ. ⁊ dilectioni ꝓximi que ĩtelli‑
gitur per argentum. et ceteris bonis operibus que
intelliguntur per lapides precioſos Iſti edificare di
cuntur non lignum fenum et ſtipulam. ſed imperfe‑
cti qui ſimul cum deo cogitant que ſunt mundi edifi
cãt lignũ fenũ ⁊ ſtipulã. et cũ talib⁹ edificijs trãſeũt

2a

⁊ cremabuntur igne purgatorij. Licet tranſitorie tamen grauiter puniunt̄. Hic enī miſericordia exhibetur. illic iuſticia exercebitur. Sc̄da ꝓpoſitio eſt hec. Sicut ꝑ generalē confeſſionē et veraꝫ contritionē veniale delet̄ ſic etiam mortale cuius nō habetur noticia etiam ſi non recitet̄. Hanc magiſter inſinuās querit. ſi confeſſio ꝑſit ſi in ea ſingula peccata exprimātur. Et reſpondet ꝙ ſingula peccata mortalia quorum quis memoriā habet debet ſingulatim ſimul in ↄfeſſione exprimere. ſed quoꝝ memoriā nō hꝫ oportet ſaltem generaliter confiteri. venialia auteꝫ quia innumerabilia ſunt oportet et ſufficit ea generaliter confiteri. Vn̄ ſubdit ꝙ confeſſio generalis ſit in eccleſia per quam remittunt̄ peccata venialia ⁊ etiā mortalia quorum memoriam non habemus. Addit etiam ꝙ ſicut penitens non debet peccata celare que fecit quorum ſcꝫ habet memoriam. ita debet attēdere vt peccatū non confiteat̄ quod non fecit. quia ſic mētiretur ⁊ peccaret. Vltimo dicit ꝙ ſacerdos debet oībus modis peccata confitentiū celare. quod ſi nō fecerit deponendus eſt. addit etiā ꝙ penitens nūꝙ dꝫ ꝓprium ſacerdotem dimittere nec ſacerdos quicunꝗ aliquem alteri ſacerdoti commiſſum ad penitentiam ſuſcipe debet. tn̄ ꝓpter ignorantiaꝫ ꝓprij ſacerdotis poteſt penitens querere diſcretū ſacerdotem. Et tm̄ in ſpeciali.

## Si peccata dimiſſa redeant. a

DI. XXII

QVnaꝫ multis autoritatibus ſupra ſit aſſertū in vera cordis contritione pctā dimitti an̄ ↄfeſſionem vel ſatiſfactionē ei etiā ꝗ aliqn̄ in crimē relapſurus eſt: q̄rit̄. Si poſt cordis cōtritionem cōfiteri ↄtēpſerit. vel in pctm̄ ideꝫ vel ſile ceciderit. an peccata dimiſſa redeant? Cuiꝰ queſtionis ſolutio obſcura eſt ⁊ perplexa. alijs aſſerētibꝰ alijs ecōtra negātibꝰ pctā ſel' dimiſſa vlteriꝰ replicari ad penam. Qui ꝟo dicūt pctā dimiſſa redire. ſubditi ſe muniunt teſtimonijs. Amb. ait. Donate inuicem ſi alter in alterū peccat. alioqn̄ deus repetit dimiſſa. Si enī in his ↄtemptus fuerit ſine dubio reuocabit ſnīam ꝑ quam miſericordiā dederat. ſic̄ in euāgelio de ſeruo nequā legit̄. qui in ↄſeruū ſuuꝫ impius deprehēſus eſt. Item Raba. Nequā ſuū tradidit deus tortoribus quoaduſꝗ redderet vniuerſum debitum. qꝛ nō ſoluꝫ peccata que poſt baptiſmū homo egit reputabuntur ei ad penaꝫ. ſed etiā originalia que in baptiſmo ſunt ei dimiſſa. Item Grego. Ex dictis euangelicis conſtat. qꝛ ſi ex corde nō dimittimus. quod in nos delinquit̄ et hoc rurſum exigit̄ qđ iam nobis ꝑ penitentiā dimiſſum fuiſſe gaudebamus. Item Augꝰ. Dicit deus. dimitte ⁊ dimittet̄ tibi ꝟ ego prius dimiſi. dimitte vel poſtea. Nā ſi non dimiſeris reuocabo te. et quicq̄d dimiſeram replicabo tibi. Item. Qui diuini beneficij oblitus ſuas vult vindicare iniurias. non ſolū de futuris peccatis veniam non merebitur. ſed etiaꝫ ꝑterita que iam ſibi dimiſſa credebat. ad vindictā rei replicabunt̄. Itē Beda. Reuertar in domū meā ⁊c̄. Timendus eſt ille verſiculus nō exponendus. ne culpa quā in nobis extinctam credebamus. ꝑ incautelā nos vacātes opprimat. Itē. Quecunꝗ enī poſt baptiſma ſiue prauitas heretica ſeu cupiditas mundana arripuerit. mox oīm ꝓſternet in ima vitioꝝ. Item Aug. Redire dimiſſa pctā. vbi fraterna charitas nō eſt: aptiſſime dominus in euāgelio docet. in illo ſuo a quo dimiſſum dn̄s debitū petijt. eo ꝙ ille cōſeruo ſuo debitum nollet dimittere. His autoritatibꝰ innitunt̄ ꝗ dicunt pctā dimiſſa ſi replicant̄ redire ſimplr̄. Quibus opponitur Si q̄s ꝓ pctō de quo penituit ⁊ indulgentiam accepit iterū punit̄. nō videt̄ iuſtum. Si punitur ꝓ eo qđ peccauit ⁊ nō emēdauit: iuſticia eſt apta Si vero req̄rit̄ qđ fuerat condonatum: vel iuſticia nō eſt. vel iuſticia eſt occulta. Videtur etiā deus bis in idipſum iudicare. et duplex tribulatio conſurgere. quod ſcriptura negat Sed ad hoc poteſt dici. ꝙ neꝗ duplex tribulatio ↄſurgit. neꝗ iudicat deus bis in idipſum. Hoc enī fieret ſi poſt condignam ſatiſfactionem et ſufficientem penam iterum puniret. ſed non ſatiſfecit digne et ſufficienter. qui nō ꝑſeuerauerit. Debuit enī iugem peccati habere memoriam. non ad faciendum. ſed ad cauendum. debuit nō obliuiſci oēs tribulationes dei. que tot ſunt q̄t ſūt peccatoruꝫ remiſſiones. Tot ꝰ debuit cogitare dona dei. quot mala ſua. ac ꝓ illis vſꝗ in finem gr̄as agere. Sed qꝛ ingratus ad vomitum ſicut canis redijt. anteacta bona mortificauit. et peccatuꝫ dimiſſum reuocauit. vt cui hūiliato an̄ deus peccatū dimiſerat. eideꝫ poſtea elato ⁊ ingrato imputet.

Autoritatibꝰ aſtruit peccata redire.

Greg. in omelia quadā.

Beda ſup Lucam.

Oppoſitio cōtra eos.

Aug. in li. de baptiſmo.

## Aliorum ſententia. b

SEd quia abſonū videt̄ vt pctā dimiſſa iterū imputent̄. placet quibuſdam neminem ꝓ peccatis ſemel dimiſſis iterum a deo puniri. Sed ideo dicunt̄ dimiſſa redire et imputari. quia ꝓpt̄ ingratitudinē ita reus et peccator cōſtituitur. vt ante fuerat. Si enī quod dimiſſum fuerat dicit̄ exigi. quia remiſſionis ꝑcepte ingratus. ita reus fit. vt ante fuerat. Vtri-

ꝙ ꝑti queſtionis probati fauent doctores Ideoqꝫ alicui ꝑti non preiudicans ſtudioſo lectori iudicium relinquo. addens mihi tutū fore. ac ſaluti ꝓpinquū. ſub menſa dominorum micas edere.

Quid ſit hic ſacr̄m ⁊ res. c

Poſt p̄dicta reſtat inueſtigare q̄d i actiōe pnie ſit ſacr̄m ⁊ res Sacr̄m eñ ſignuꝫ eſt ſacre rei. Quid ḡ hic ſignū ē. ⁊ q̄ ē res ſacra hui⁹ ſigni: Quidaꝫ dicūt ſacr̄m h̄ eſſe qđ exteri⁹ tm̄ gerit̄. ſ. exterioꝛ pnia que eſt ſignū interioꝛis pnie. ſ. ꝯtritionis coꝛdis ⁊ humiliatiōis. Qđ ſi ē: nō omne ſacr̄m euāgelicū id efficit qđ figurat. Exterioꝛ eñ pnia nō efficit interioꝛem potius interioꝛ cauſa eſt exterioꝛis. Sꝫ ad hoc inquiunt illi hoc eſſe intelligenduꝫ đ illis ſacramentis que in nouo teſtō inſtituta ſunt. vt eſt ſacr̄m baptiſmi. ꝯfirmationis ⁊ coꝛpis xp̄i. Sacramentū xͦo pnie ſic̄ et coniugij ante tp̄s gratie etiam a primoꝛdio humani generis fuit. Utrūqꝫ eñ inſtitutū fuit in primis parētibus. Itē Si exterioꝛ pnia ſacr̄m eſt. et iterioꝛ res ſacramē ti. ſepius p̄cedit res ſacr̄m q̄ꝫ ſacr̄m rē. Sꝫ nec hoc incōueniēs eſt. Nā ⁊ in alijs ſacramentis que efficiunt qđ figurant. hoc ſepe ꝯtingit. Quidā aūt dicunt exterioꝛeꝫ penitentiam ⁊ iterioꝛē eſſe ſacr̄m nec duo ſacramēta. ſed vnū. vt ſpecies panis et vini. nō duo ſunt ſacramenta ſed vnuꝫ. Et ſicut in ſacr̄o coꝛpis. ita etiā in hoc ſacr̄o dicūt aliud eſſe tm̄ ſacr̄m. ſcꝫ exterioꝛem pniam. aliud ſacr̄m ⁊ rē. ſ. interioꝛē pniaꝫ. aliud rē et nō ſacr̄m. ſcꝫ remiſſionē peccatoꝝ. Interioꝛ eñ pnia ⁊ res ē ſacr̄i. i. exterioꝛis penitē tie. ⁊ ſacr̄m remiſſionis peccati. quam et ſignat ⁊ facit. Exterioꝛ quoqꝫ pnia ⁊ interioꝛis ſignū eſt. ⁊ remiſſionis peccatoꝝ.

Aliorꝫ ſnīa.

Iſta eſt diſtinctio. xxij. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ꝫ egit de tp̄e pnie. Hic determinat quedā que ꝑtinent ad effectuꝫ ei⁹ que eſt remiſſio peccatoꝝ. Et tria circa hoc facit Primo eñ inquirit vtrū peccata in cōtritiōe dimiſſa cōfeſſione ſequenti omiſſa vel cōtempta redeant. Scđo quid i hoc ſacr̄o ſit res ⁊ q̄d ſacr̄m ſm̄ quoſdā manifeſtat. Tertio quō pnia exterioꝛ ⁊ interioꝛ vnū ſit ſacramētū ſm̄ alios inſinuat. Primuꝫ facit a principio diſ. vſqꝫ ibi. Poſt predicta. Scđm vſqꝫ ibi. Quidam autē dicūt. Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctionis. In ſpāli ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaruꝫ prima eſt hec. Quidaꝫ dicunt peccata ſemel dimiſſa ꝑ gratie ꝑditionē iterū ad penam replicari. ſed alijs placet hm̄ōi pctm̄ iterū a deo non imputari. Hāc magiſter inſinuans ꝓponit p̄mo vtrū dimiſſis peccatis in cōtritione ſi hō poſtmodū ꝯfiteri cōtemnat vel in p̄ſtina pctā vel in cōſimilia pctā incidat. an pctā p̄us dimiſſa redeāt. Poſtea tāgit circa hoc diuerſas opiniones. Quidā eñ dicūt ea redire ⁊ adducunt parabolam de ſeruo nequā a quo videtur vniuerſuꝫ debitū etiā pri⁹ dimiſſum exactū eſſe. tangunt̄ etiaꝫ in littera plures autoꝛitates que faciūt ad ꝓpoſitū. Sed ꝯtra hoc opponit. nō eñ videt̄ iuſtum vt ꝓ peccato quo q̄s ſemel iudicat⁹ ē. iteꝝ iudicet̄. Et reſpondet ꝙ ꝓpter hoc nō bis ſuꝑ eodē pctō iudicat̄. q2 nō ꝑfecte penituit cū nō indigne ꝑſoluit ⁊ ingratus fuerit. Alioꝝ opinio eſt ꝙ pctā dimiſſa añ nō redeāt iteruꝫ niſi ꝓpter igratitudinē. ꝓpt̄ igratitudinē eñ q̄s reus conſtituit̄ ſicut añ fuerat ac ſi peccata redirēt priſtina. Poſtea magiſter a determinatiōe hui⁹ queſtionis ceſſat ⁊ ſe excuſat relinquens ſtudiū eius ſtudioſe lectoꝛi. eo ꝙ vtraqꝫ opinionuꝫ doctoꝛes fauentes habet. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. In ſacr̄o penitentie penitentia exterioꝛ eſt ſacr̄m. interioꝛ autē res ſacramenti. Hanc magiſter inſinuans querit cū ſacramentum ſit ſacre rei ſignum. quid in pnia ſit ſacramentū et quid res. Poſtea ſoluit ſm̄ opinionē aliquoꝝ dicētium exterioꝛem eſſe ſacramentuꝫ interioꝛem eē rem ſacramenti. Contra qđ ſtatim opponit ꝙ ſacramēta noue legis efficiūt qđ figurāt. exterioꝛ autē pnia nō efficit interioꝛē ergo non eſt ſacr̄m. Et ſm̄ opinionē eoꝛum r̄ndet dicens ꝙ verū ſit de illis ſacramentis q̄ ī noua lege inſtituta ſunt. vt baptiſmus ꝯfirmatio et coꝛpus xp̄i. pnia aūt non eſt talis q2 in primis parentibus fuit. et tempoꝛibus eoꝝ inſtituta ſicut ⁊ matrimonium. Obijcit etiā alio modo q2 ſacramentuꝫ debet p̄cedere rem. pnia aūt exterioꝛ non p̄cedit interioꝛē vt ſepius. Et reſpondet ꝙ etiā in alijs ſacramentis ſepe p̄cedit res ſacramentū ſicut econuerſo vt in adultis contritis gratia ante baptiſmuꝫ cōfert̄. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Alij dicunt tā exterioꝛē penitentiam eſſe ſacr̄m q̄ꝫ interioꝛē. tm̄ non eē duo ſacramenta. ſed vnum completū Hanc eñ ꝓpoſitionem ꝓponens ſoluit queſtionē p̄miſſam ſm̄ alioꝝ opinionem qui dicunt tā exterioꝛē q̄ꝫ interioꝛē vnum eē ſacramētū ſicut ſpecies panis et vini non duo ſunt ſacr̄a ſed vnum. Exterioꝛ aūt pnia eſt tm̄ ſacr̄m. Interioꝛ aūt eſt res ⁊ ſacr̄m remiſſio aūt peccatoꝝ eſt tm̄ res. ⁊ ſic tria ſunt in hoc ſacr̄o ſicut ſunt in alijs ſacramentis. Et tm̄ in ſpeciali.

De ſacr̄o vnctiōis extreme. a

DI. XXIII

PReter p̄miſſa eſt etiā aliud ſacramentum ſcꝫ vnctio infirmoꝝ que fit i extremis oleo ꝑ ep̄m cōſecrato. Et ſunt tria genera vnctiōis. Eſt enim vnctio que fit criſmate. que đ2 principalis vnctio. q2 in eā principaliter paraclit⁹ datur. Unde et ꝓpter abundantiam gr̄e duos liquoꝛes mixtos habet. oleū ſcꝫ ⁊ balſamum. oleum conſcientie. balſamum fame. Criſma vero grece vnctio latine đ2. Nec tamē omne oleū ad vnctionem ſanctificatum criſma vocatur. ſed illud ſolum qđ miſcet̄ cum balſamo. quo capita regum et pontificum vngunt̄. quo etiam baptizatos ſacerdos vngit in vertice. et pontifex ꝑ impoſi-

De tribus generib⁹ vnctionis.

· Rigor in extremis fiat morbi grauia maior ·
· Et morbus leuior et mea culpa minor ·



tionem manus confirmandos vngit i frõ/te. Eſt ⁊ alia vnctio qua cathecumini ⁊ neophici vnguntur in pectore et inter ſcapu/las. in perceptione baptiſmi. Tertia vero vnctio eſt que dicitur oleum infirmorum. de qua nunc agitur.

A quibus inſtitutum ſit hoc ſacramentum. b

**Hoc ſacramentuꝫ** vnctionis infirmoruꝫ ab apoſtolis inſtitutum legiť. Ait eñ Jacobus. Infirmatur aliquis i vobis inducat preſbyteros eccleſie. et orent ſuper eum vngentes eũ oleo in nomine domini et alleuiabit eum domin⁹ et ſi i peccatis fuerit. dimittenť ei. In quo oſtenditur duplici ex cauſa ſacramentũ h̃ inſtitutum. ſ. ad peccatorum remiſſionẽ. et ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Unde conſtat eum qui hanc vnctionem fideliter deuoteqꝫ ꝑcipit. et in corpe ⁊ i ani/ma alleuiari. ſi tamen expedit vt in vtroqꝫ alleuietur. Q̃ ſi forte corporis valitudineꝫ illi habere nõ expedit. illam que eſt anime ſanitatem in hoc ſacramento acquirit. Et ſicut in alijs ſacramentis ita et in iſto. aliꝺ eſt ſacr̃m. aliud res ſacri Sacr̃m eſt ipa vnctio exterior. res ſacramenti vnctio interi/or que pecatorum remiſſione et virtutum ampliatione ꝑficitur. Et ſi ex ꝯtemptu vl' negligentia ſacramentum hoc ꝑtermittiť periculoſum eſt ⁊ damnabile.

De iteratione h⁹ ſacr̃menti. c

**Querunt aliqui ſi** hoc ſacramentum iterari poſſit. cuꝫ bapiſ/mus et alia quedã ſacramenta ſemel ſuſcepta non itereñť? Aug⁹. dicit. ſacramentuꝫ non iterandum et ſacramento non faciendam eſſe iniuriam. ſed hoc dicit vbi ait de ſacramento baptiſmi et ordinationis. Uñ nõ videť illud generaliter accipiendũ. ſed de ſacramento baptiſmi et ꝯfirmationis et ordinationis. que nullatenus ſunt repetẽda. q꞉ ſemel tm̃ et nõ ſepius dať baptiſm⁹ et cõfirmatio ⁊ ordinatio. Sacramentũ vero altaris et penitentie et coniugij ſepe iterari videtur. q꞉ ſepe ſacramentum corpo/ris percipitur. frequenter penitentia agiť coniugium ſepe contrahitur. Quare ergo vnctio ſimiliter nõ poteſt iterari? Si mor/bus nõ reuertiť. medicina nõ iteretur. Si vero morbus non poteſt cohiberi. quare medicina debet ꝓhiberi. Sicut oratio ite/rari poteſt ita et vnctio iterari poſſe videť vtraqꝫ eñ illic commemorat. Jacobus. et vtrunqꝫ illic cooperať ad ferendam alleuiationem corporis et anime Cur ergo negatur vnctionẽ ſuper infirmum poſſe iterari ad impetrandaꝫ ſepius ſanitatem mentis et corporis. cum propter idem ſepe iteranda ſit oratio? Quidaꝫ autem de omni ſacramento intelligi volunt ꝙ non ſit iterandum. ſ. ſm totum illud quod ptinet ad ſa/cramentuꝫ. dicentes quedam ſacramenta ſepius poſſe ſuſcipi. quedã vero non. Nec tñ que ſepius ſumunť. totaliter iterantur vt ſacramentum altaris et vnctionis. que licet ſumanť ſepius. tamen q꞉ non iterũ benedicitur eadem hoſtia vel idem oleuꝫ. nõ iteratur ſacramentũ cum iniuria. Sꝫ dicet quis ſic et baptiſmus nõ iterať. et ſi aliquis frequenter baptizetur dum eadem aqua non iterum benedicať? Sed aliud eſt inquiunt illi de benedictione aque qua fit baptiſmus. aliud de benedictione panis ⁊ olei. Poteſt eñ baptiſmus celebrari in aq̃ etiam nõ benedicta. quia illa benedictio ꝓ reuerentia tantũ fit ⁊ decore. nõ virtute ſacramenti. Sed corpus chriſti nõ poteſt cõfici niſi de pane conſecrato nec vnctio illa fieri poteſt niſi de oleo ab epiſcopo conſecrato. Ideoqꝫ illa ſanctificatio ad virtutẽ ſacramenti ptinere videtur. In coniugio quoqꝫ ſemel tm̃ benedicitur quiſqꝫ non ſepius. Benedicitur eñ. vt ait Ambro. cum prima et non ſecunda vxore. Si ergo cum dicitur ſacramentũ nõ eſſe iterandum. nec iniuria ei eſſe facienda. rationem dicti referas ad ſatiſfactionem rei qua ſacramentũ expletur. de omni ſacramento generaliter id verum eſt. Si ṽo ad ſuſceptioneꝫ ſacramenti. de quibuſdam verũ eſt ꝙ nõ iterantur crebra ſuſceptione. de alijs vero quib⁹dam non q꞉ frequẽter ſumunť. vt hoc vnctionis ſacramentũ quod in omni pene ec/cleſia ſepe repetitur. Alioꝝ opio.

Iſta ẽ diſtinctio. xxiij. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̃ determinauit de baptiſmo qđ eſt ſacr̃m intrãtiũ. ⁊ de ꝯfirmatiõe. eucbariſtia et pñia que ſunt ſacr̃a ꝓgredientiũ. Hic ṽo ꝺterminat de extrema vnctiõe q̃ eſt ſacr̃m exeuntium Et tria circa hoc facit. Primo eñ q̃d ſit hoc ſacr̃m manifeſtat. Sc̃o oñdit q̃d efficiat. Tertio ſuadet ne quis ipm̃ ex ꝯtemptu ⁊ negligentia ꝑtermittat. Primum facit a principio diſtin. vſqꝫ ibi. Hoc ſacr̃m vnctionis. Scđm vſqꝫ ibi. Querunt aliq̃ ſi hoc ſacr̃m. Tertiũ vſqꝫ ad finẽ diſ. In ſpãli ſñia mgr̃i ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarũ prima eſt hec. Extreme vnctionis infirmoꝝ q̃ fit in oleo ꝯſecrato p̃ man⁹ epoꝝ p̃a

MB

ſunt tria genera iuxta dicta magiſtroꝝ. Hāc mgr̄ inſinuans dicit pmo q̄ ſacr̄m extreme vnctiōis fit oleo p epm̄ ꝯſecrato. Et tangit triplex genus vnctionis. Eſt eñ quedam vnctio principalis que fit chriſmate et oleo .ſ. mixto balſamo. et tali vnctione vngunt̄ reges et pontifices in capite. ꝯfirmādi aūt in frōte. baptizandi aūt in vertice. Alia eſt vnctio qua vngūtur cathecumini iter ſcapulas. Tertia eſt vnctio qua vnguntur infirmi. et de hac ad pñs agitur. et he due fiunt ſimplici oleo bñdictio. Poſtea dicit hoc ſacr̄m inſtitutū fuiſſe ab aplis vt dicit .b. Jacob⁹ in canonica ſua .c. ij. Scd̄a ꝓpō eſt hec. Hoc ſacr̄m duplici d̄ cā ab aplis eſt inſtitutū .ſ. ad pctōꝝ remiſſionē ⁊ ad corporalis infirmitatis alleuiationē. Hanc mgr̄ inſinuans dicit hoc ſacr̄m inſtitutū fuiſſe ad duplicem effectū. ad ſanitatē aīe ⁊ corpis. q2 tñ nō expedit hoī vt ſp alleuiet̄ corpaliter. ideo nō ſp hoc ſacr̄m ſanitatē acquirit. qñ hoc ſacr̄m deuote ⁊ fideliter recipit Poſtea ponit hui⁹ ſacri ꝯfirmitatē ad alia. Nā in hoc ſacramento eſt aliquid qđ eſt ſacr̄m tm̄. vt eſt extrema vnctio. et aliqđ qđ res ſacri. vt interior vnctio .i. peccatoꝝ remiſſio. et virtutū appoſitio. et ideo hoc ſacramentū cōtemnere vel negligere piculoſum eſt. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Hoc ſacramentū ex cōtemptu ⁊ negligētia nō ꝑtermittat̄ nec ipm̄ reiterat̄ niſi morb⁹ reuertat̄. Huius ꝓpoſitiōis pma ps patet ex premiſſis. ſcd̄am magiſter inſinuans querit. Utruȝ hoc ſacr̄m poſſit reiterari. Et oñdit p .b. Aug. q̄ nō. q̄a in iuriam facit ſacro q̄ reiterat ſacr̄m. et ſic rñdet q̄ Aug. loquit̄ tm̄ de tribus ſacris .ſ. de baptiſmo. cōfirmatiōe et ordine que nullo mō iterāda ſunt. Alia v̄o ſepi⁹ iterari pñt. vt eucharistia. pnīa. et mr̄imonium. quare etiā vnctio iterat̄. ſi eñ morbus iterat̄ et vnctio q̄ eſt medicina morbi iterat̄. Et tm̄ in ſpāli.

## De ordinibus eccleſiaſticis. a

DI. XXIIII

Nunc ad conſiderationē ſacre ordinatiōis accedamus. Septē ſunt ſpiritualium officioꝝ gradus ſiue ordines ſicut ex ſanctoꝝ patrum dictis apte tradit̄. et capitis noſtri .ſ. ieſu xp̄i exemplo monſtratur. qui omniū officia in ſemetipſo exhibuit. et corpi ſuo qđ eſt eccl'ia eoſdem ordines obſeruādos reliquit. Septem autē ſunt ꝓpter ſeptiformē gratiam ſanctiſpiritus. cuius qui nō ſunt pticipes ad gradus eccleſiaſticos indigne accedūt Illi v̄o in quoꝝ mentibus diffuſa eſt ſeptiformis gratia ſpirituſſancti. cum ad eccleſiaſticoſ ordines accedunt. in ipſa ſpiritualis gradus promotione ampliorem gratiā percipere credunt̄.

Quare ſeptē ſunt.

## Quales aſſumendi ſunt ad clerum. b

Clemēs pa.

Tales autē ad miniſteriuū ſpirituale eligendi ſunt clerici. q̄ digne poſſint dominica ſacramenta tractare. Melius eſt eñ domino ſacerdoti paucos habere miniſtros qui poſſint digne opus dei exercere. q̄ȝ mltos inutiles qui ordinari graue onus inducant. Tales enim decet eſſe miniſtros chriſti qui ſeptiformiſ gratia ſpirituſſancti ſint decori. ex quoruȝ doctrina et ꝯuerſationis forma eadeȝ gratia in alijs tranſfundat̄. ne celeſtes margaritas ſpiritualium verboruȝ officiorum q̄ȝ diuinorum ſordide vite pedibus conculcent. In ſacramento ergo ſeptiformis ſpiritus. ſeptem ſunt gradus eccleſiaſtici. ſcȝ hoſtiarij. lectores exorciſte. acoliti. ſubdyaconi. dyaconi. ſacerdotes. Oēs tñ clerici vocont̄ .i. ſortiti. Corona eñ ſignacl'm eſt quo ſignant̄ in ptē ſorti miniſterij diui. Corana regale decus ſignificat. et ſeruire deo regnare ē. Uñ miniſtri eccleſiie reges eſſe debent. vt ſe et alios regant. quib' petrus ait. Uos eſtis genus electū. regale ſacerdotiū ⁊c̄. Summitas capitis deſup nudatur. vt eorum mens ad dñm libera mōſtret̄. que reuelata facie gloriam dei ꝯtempletur. Summitas eñ capitis eſt eminentia mentis. denudatio capitis eſt reuelatō mentis. Clericus eñ ſecretorū dei nō ignarus eſſe debet. Tondent̄ etiam capili vſq̄ȝ ad reuelationē ſenſuum ſcȝ oculoruȝ et auriuȝ. vt vicia in corde et ope pullulātia ꝯdoceant̄ ꝑcedenda. ne ad audiendū et intelligendum verbum dei prepediatur mēs. p quo ſeruato. reddetur in excelſis corona.

De corona et tonſura.

Tonſure autem eccleſiaſtice vſus a nazareis exortus videtur. qui prius crine ſeruato. deinde ob vite continentiaȝ caput radebant. et capillos in igne ſacrificij ponebāt Hinc vſus inoleuit vt qui diuinis cultib⁹ mancipātur. quaſi nazarei id eſt ſancti crine poſito inueniantur. Sicut ad ezechielē dicitur. Fili hominis ſume gladium acutum et duc ſuper caput tuum et barbā. In actibus etiam apoſtoloꝝ priſcillā ⁊ acquilam hoc feciſſe legimus. Paulus quoq̄ȝ et alij quidam diſcipuli chriſti hoc fecerunt. Recte ergo in quibuſlibet gradibus conſtituti clerici vocantur. quorum nomina ⁊ rationes nominum Iſidorus exponēs ait Cleros et clericos hinc appellatos eſſe credimus. quia Mathias electus eſt ſorte. quem primum per apoſtolos legimus ordinatum. Clerus eni grece. latine ſors vel hereditas dicitur. Ideo ergo dicti ſūt clerici. quia de ſorte ſunt domini. vl' quia deum partem habent. Generaliter vero clerici nuncupati ſunt omnes qui in eccleſia dei ſeruiunt. quoꝝ gradus ⁊ nomina ſunt

Iſi. in li. vſ. ethimo.

hec.hoſtiarius .lector ⁊c̄.

De hoſtiarijs. c

Hoſtiarij idez etia nitores ſunt qui in veteri teſtō electi ſūt ad cuſtodiam templi vt nō ingrederet̄ in illō immundus. Dicti autē hoſtiarij eo ꝙ preſint hoſtijs templi. Ipſi eñ tenētes clauē omnia intus et extra cuſtodiūt. atq͡ʒ inter bonos et malos habentes iudiciū. dignos recipiunt. indignos reſpuunt Vñ ⁊ eis cū ordinant̄ claues eccleſie dant̄ ab epo. Et dicitur eis. Sic agite tanq͡ʒ rationem deo reddituri pro rebus que clauibus iſtis recludunt̄. Hoc officiū dñs in ſua pſona ſuſcepit qñ flagello de funiculis facto vēdētes et ementes eiecit de templo Ipſe enim ſe hoſtiarium ſignificans dicit. Ego ſum hoſtium per me ſi quis introierit ſaluabit̄ et ingrediet̄ et egrediet̄ et paſca inueniet. — *Iſidorus.*

De lectoribus. d

Secundus eſt gradus lectoꝝ. lectores a legēdo ſicut pſalmiſte a pſalmis canendis vocati ſunt. Illi ei predicant ꝑl'is quid ſequant̄. iſti cantant vt excitent ad compunctionē animos audientiuʒ. licet quidam lectores ita miſerabiliter ꝓnunciant. vt quoſdaʒ ad luctū lamentationemq͡ʒ cōpellant. Idē etiā ꝓnunciatores vocant̄ ꝙ porro añ nunciāt. qꝛ tā erit clara eoꝝ vox. vt etiā longe poſitoruʒ aures adimpleant. Ad lectores autem ꝑtinet lectiones ꝓnunciare. ⁊ ea que ꝓphete nunciauerūt ꝑl'is p̄dicare. vt iā ex officio in eccleſia legant ꝓphetias et lectiōes. vñ et ei vidēte populo tradit̄ ab epo codex diuinarū lectionū. et dicit̄ ei. Accipe et eſto verbi dei relator. habiturus ſi fideliter impleueris officiū. ꝑtem cum his qui bene v̄bum dei miniſtrauerunt. Qui ad hūc gradum ꝓuehit̄. litteraꝝ ſcientia debet eſſe inſtructus. vt ſenſum verborum intelligat. vim accentuū ſciat. diſtincte legat. ne confuſione ꝓlationis intellectū auditorib' auferat. Attendat quid indicatiue. quid interrogatiue ſit legendū. vbi ſit in orōne faciēda diſtinctio. Hec eñ male ſeruata. intellectū turbant et alios ad riſum ꝓuocant. auribus et cordi conſulere debet vox lectoris Hoc officiū impleuit xp̄s cū in medio ſeniorum librū Eſaie apiens. diſtincte ad intelligendū legit. ſpiritus dñi ſup me ⁊c̄ Ex q̄ lectorib' datur intelligi qꝛ gratia ſpirituali clarere debent qui alijs verbū dei annūciant. Hic ordo formā et iniciū a ꝓphetis accepiſſe videt̄. quib' dicit̄. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam. — *Iſidorus.*

De exorciſtis. e

Tertius ē ordo exorciſtarū. Exorciſte aūt ex greco in latinū adiurantes vel increpātes vocant̄. Inuocant eñ ſuper cathecuminos et ſuper eos qui habent ſpiritum immundū nomē dñi adiurantes ꝑ eum vt egrediat̄ ab eis. Ad exorciſtaʒ pertinet exorciſmos ꝓmemoriter retinere. manuſq͡ʒ ſuꝑ energuminos et cathecuminos in exorcizādo imponere. Debet aūt habere ſpiritum muudum qui ſpiritibus immundis imperat. et malignū expellere de corde ſuo quem expellit de corpore alieno. ne medicina quā alij facit ſibi ñ ꝓſit. et dicat̄ ei. medice cura teip̄m. Hi cū ordinantur accipiunt de manu epi librum exorciſmorum ⁊ dicitur eis. Accipite ⁊ habetote poteſtatem imponendi manus ſuꝑ energuminos vel cathecuminos. Hoc officio vſus ē dñs qñ ſaliua ſua tetigit aures ⁊ linguam ſurdi et muti dicens. Effeta. qđ eſt adapire. ꝑ hoc docēs nos ſpiritualiter debere apire aures p̄cordioꝝ hoim ad intelligendum. et ora ad cōfidendū. vt pulſo demone: ſpiritusſanctus vas ſuum recipiat. Hoc etiā officio vſus eſt xp̄s cū demoniacos multos ſanauit. Hic ordo a Salomone videtur deſcendiſſe qui quendā modum exorcizandi inuenit quo demōes adiurati ex obſeſſis corporibus pellebantur. Huic officio mācipati exorciſte vocati ſūt De quibus chriſtus in euangelio. Si ego in beelzebub eicio demonia. filij veſtri. ſcʒ exorciſte in quo eiciunt. — *Iſidorus.*

De acolitis. f

Quarto loco ſuccedunt acoliti. Acoliti v̄o grece. latine ceroferarij dicuntur. a deportandis cereis qñ legendū eſt euangelium vel ſacrificiū offerendum. Tunc eñ accēduntur luminaria et deportantur ab eis. nō ad effugādas aeris tenebras cū ſol eo tp̄e rutilet. ſed ad ſignum leticie demonſtrandum. vt ſub typo luminis corporalis. illa lux oſtendat̄ de q̄ legitur. Erat lux vera que illuminat oēm ho. ve. in hūc mūdū. Ad acolitū ꝑtinēt p̄-

paratio luminarium in ſacrario. Ipē cere
um portat. ipē vrceolū cum vino et aq̄ ſug
geſta. ꝓ euchariſtia ſubdyaconis ꝑparat.
Hij cum ordinantur cum edocti fuerit ab
ep̄o qualiť in officio ſuo agere debeant. ab
archidyacono accipiunt candelabrum cū
cereo. et vrceolum vacuū. Hoc officiū do=
minus ſe habere teſtatur dicens Ego ſum
lux mundi. qui ſequitur me nō ambulat in
tenebris. Huius officij formā illi gerebant
in veteri teſtō q̄ lucernas candelabri com=
ponebant et accēdebant igne celeſti. ad il/
luminandas tenebras aquilonares.

De ſubdyaconis. g

## Quint⁹ ē ordo ſub

dyaconoꝝ. Grece hypodyacones vocan=
tur. Quos nos ſubdyacones dicim⁹. Qui
ideo ſic appellantur. q̄a ſubiacent ꝑceptis
et officijs leuitarū. Oblationes em̄ in tem
plo a fidelibus ſuſcipiunt. et leuitis ſuper=
ponendas altaribus deferunt. Hi apd̄ he
breos nathinnei vocabantur. i. in humili/
tate domino ſeruientes. Ad ſubdyaconuꝫ
pertinet calicem et patenam ad altare chri
ſti deferre et leuitis tradere eiſqꝫ miniſtra/
re. Urceolum quoqꝫ et aquamanile et ma
nutergium tenere epiſcopo et preſbiteris ⁊
leuitis pro lauandis ante altare manibus
aquam ꝑbere. His lex continentie imponi
tur. quia altari ꝓpinquantes vaſa corpo/
ris et ſanguinis chriſti portant. Un̄ illud
implere debent. Mundamini q̄ fertis va
ſa domini. Ad hos etiam pertinet tantum
de oblationibus ponere in altari. quantū
ſufficere poſſit populo. nec nō corporales
et pallas ⁊ ſubſtratoria lauare. Hij cū ordi
nantur accipiūt de manu epiſcopi patenā
et calicē vacuum. ab archidyacono vero vr
ceolū cū aquamanili et manuťgium. Hoc
officio vſus eſt dñs quando lintheo ſe pre/
cinxit. ⁊ mittens aquā in peluim. pedes di
ſcipuloꝝ lauit et lintheo terſit.

De dyaconis. h

## Dyaconorū ordo

ſextū tenet locuꝫ ꝓpter ſenarij ꝑfectionem
Hic ordo in veteri teſtamento a tribu leui
nomen accepit vel traxit. Dicunť enim et
leuite. Precepit quippe dñs moyſi vt poſt
ordinationem aaron et filiorum eius. pro
ſus tribus leui ad diuini cultus miniſteria
ordinarentur ⁊ conſecrarentur domino. ⁊
ſeruirent ꝓ iſrael coram aaron et filijs eiuſ
in tabernaculo. Ipſiqꝫ geſtarent arcam et
tabernaculum et omnia vaſa eius. et in cir
cūitu tabernaculi excubarēt. et in trāſpor/
tando tabernaculo ipſi deponerēt rurſum
qꝫ cōponerent. A viginti vero annis et ſu=
pra iuſſi ſunt ſeruire in tabernaculo. quam
regulam in nouo teſtamento ſancti patres
conſtituerunt. qꝛ hec etas ad ferenda one/
ra eſt robuſta. Leuite ergo ex nomine au/
toris vocati ſunt. De leui em̄ leuite exorti
ſunt a quibus in templo miſtici ſacramen=
ti miſteria explebātur. Hij grece dyacōes
latine miniſtri dicuntur quia ſicut in ſacer
dote conſecratio. ita in dyacono miniſterij
diſpenſatio habeť. Ad dyaconum ꝑtinet
aſſiſtere ſacerdotibus et miniſtrare in om/
nibus que aguntur in ſacramentis chriſti
ſcꝫ in baptiſmo. in criſmate. in patena ⁊ ca
lice oblationes quoqꝫ inferre et diſponere
in altari. Componere etiam menſaꝫ domi
ni et veſtire. crucem ferre. ⁊ predicare euā/
gelium et epiſtolam ad populum. Nam ſi
cut lectoribus vet⁹ teſtamentum. ita dya=
conib⁹ nouum predicare preceptū eſt. Ad
ipſum etiam pertinet officium precū et re=
citatio cathecuminorum nominum. Ipſe
premonet aures habere ad dominum. ipē
donat pacem. et ipſe annunciat. Quod au
teꝫ huic ordini a Moyſe ſtatutuꝫ eſt. hoc
etiam in nouo teſtamento repreſentať. cuꝫ
dyacono ſuper leuum humerum ſtola po/
nitur. et caſula in diebus ieiunij complica=
tur. quia quicquid laboris et ſuſtinētie in
hac vita toleratur. quaſi in leua portatur
donec in dextera. id eſt in eternitate requi
es habeatur. Hic ordo ab apoſtolis cele/
bratus eſt. quādo vt legitur in actib⁹ apo=
ſtolorum ſeptem viros plenos ſpiritu ſan/
cto ad hoc officium elegerunt. et oratione
premiſſa manus eius impoſuerunt. Unde
et conſuetudo inoleuit vt in omni matrice
eccleſia ſeptem dyacones circa chriſti arā
quaſi ſeptem columne aſſiſtant. Hi ſunt ſe
ptem angeli tuba canentes in apocalipſi.
Qui quales eſſe debeant apoſtolos docet
thimotheo ſcribens. Hi cum ordinanť ſo=
lus epiſcopus eis manū imponit. quia ad
miniſterium applicantur. ponit eis orariuꝫ
id eſt ſtolam ſuper leuum humerum. vt ꝑ
hoc intelligant ſe accepiſſe iugum domini
ſuaue. quo ad ſiniſtram pertinentia. diui=
no timori ſubijciant. Accipiunt et textum
euangelij. vt intelligāt ſe eſſe ꝑcones euan

gelij chriſti. Hi aũt anteq̃ ordinent̃ ꝓben/
tur vt docet apoſtolus. et ſic miniſtrẽt nul
lum crimen habentes. Hoc officio vſus ẽ
chriſtus. quando poſt cenam ſacramentũ
carnis et ſanguinis diſcipulis diſpenſauit
⁊ qñ apoſtolos dormientes ad orationem
excitauit dicens. Uigilate et orate vt non
intretis in temptationem.

De preſbyteris. i

**Septimus ẽ ordo**
preſbyterorum. Preſbr grece ſenior inter/
pretatur latine Non modo pro etate vl' de
crepita ſenectute. ſed ꝓpter honorem ⁊ di
gnitatem quam acceperunt preſbyteri no/
minãtur. qui morum prudentia et maturi=
tate conuerſationis precellere debẽt in po
pulo. vnde ſcriptum eſt. Senectus vene/
rabilis eſt non diuturna nec annorum nu/
mero computata. Cani enim ſunt ſenſus
hominum et etas ſenectutis vita immacu
lata. Ideo aũt etiam preſbi ſacerdotes vo
cantur. quia ſacra dant. qui licet ſint ſacer
dotes tamen pontificatus apicem non ha/
bent ſicut epiſcopi. q2 ipſi nec criſmate frõ
tem ſignant nec paraclitum dant. quod ſo
lis deberi epiſcopis lectio actuũ aploꝝ de
monſtrat. Unde et apud veteres idez epi/
ſcopi ⁊ preſbri fuerunt. q2 illud eſt nomen
dignitatis non etatis. Sacerdos nomen
habet compoſitũ ex greco et latino. qđ eſt
ſacrum dans ſiue ſacer dux. Sicut eñ rex
a regendo. ita ſacerdos a ſanctificãdo dict⁹
eſt. conſecrat enim et ſanctificat corpus cri
ſti. Antiſtes vero ſacerdos dict⁹ eſt ab eo
ꝙ ante ſtat primus eñ eſt in ordine eccleſie
Ad preſbyterum autem pertinet ſacramẽ/
tũ corporis et ſãguinis domini ĩ altari dei
cõficere. Orationes dicere. et dona dei be
nedicere. Qui cum ordinantur iunguntur
eis manus vt intelligant ſe accepiſſe grati
am conſecrandi. et charitatis opera debe/
re extendere ad omnes. Accipiunt et ſtolã
que vtrunq̃ tenet latus. quia debent eſſe
muniti armis iuſticie contra aduerſa et ꝓ
ſpera. Accipiunt etiam calicem cum vino
et patenam cum hoſtijs. vt per hoc ſciant
ſe accepiſſe poteſtatem placabiles deo ho
ſtias offerẽdi Hic ordo a filijs Aaron ſum
pſit iniciũ. Summos enim põtifices et mi
nores ſacerdotes inſtituit deus per moy/
ſen q̃ ex precepto dei aaron in ſummuz põ/
tificem. filios vero eius vnxit in minores
ſacerdotes. Chriſtus quoq̃ duodecim ele
git diſcipulos prius quos et apoſtolos võ
cauit. quorum vicem gerunt in eccleſia ma
iores pontifices. deinde alios. lxx. et duos
diſcipulos deſignauit. quorum vicem in
eccleſia tenẽt preſbyteri. Unus autem int̃
apoſtolos principes extitit petrus. cuius
vicarius et ſucceſſor eſt pontifex ſummus
Unde dicitur apoſtolicus qui et papa vo
catur ſcilicet pater patrum. Qualis autez
eligi debeat preſbiter. apoſtolus ſcribens
thimotheo oſtendit. vbi nomine epiſcopi
preſbiterum ſignificat. Hoc autem officio
vſus eſt chriſtus cum ſeipſuz in ara crucis
obtulit. idem ſacerdos et hoſtia. et quãdo
poſt cenam panem et vinum in corpus ſu=
um et ſanguinem cõmutauit. Ecce de ſep/
tez eccleſie gradibus breuiter elocuti quid
ad quemq̃ pertineat inſinuauim⁹. Cũ/
q̃ omnes ſint ſpirituales et ſacri. excellen/
ter tamen canones duos tantuz ſacros or=
dines appellari cenſent. dyaconatus ſcili/
cet et preſbiterat⁹. quia hos ſolos primiti/
ua eccleſia legitur habuiſſe. et de his ſolis
preceptum apoſtoli habemus Apoſtoli ei
in ſingulis ciuitatibus epiſcopos et preſbi
teros ordinauerunt. Leuitas etiaz ab apo
ſtolis ordinatos legimus. quorum maxi=
mus fuit beatus ſtephanus. Subdyaco/
nus vero et acolitos procedente tempore
eccleſie ſibi conſtituit.

Quid ſit qđ hic dr ordo. k

**Si autez queritur**
quid ſit qđ hic vocat̃ ordo? Sane dici põt
ſignaculum eſſe. i. ſacrum quoddam. quo
ſpiritualis poteſtas tradit̃ ordinato et of=
ficium. Caracter ergo ſpiritualis vbi fit ꝓ/
motio poteſtatis. ordo vel gradus vocat̃
Et dicunt̃ hi ordines ſacramenta quia in
eoꝝ preceptione res ſacra. id eſt gratia cõ/
fertur quã figurant ea que ibi geruntur.

De nominibus dignitatis vel
officij. l

**Sũt et alia quedã**
non ordinum ſed dignitatum vel officiorũ
nomina. Dignitatis ſimul vel officij nomẽ
eſt epiſcopus. Epiſcopatus autẽ vocabu=
lum inde dictum eſt. ꝗ ille qui epiſcopus
efficitur ſuperintendat curam. ſ. ſubditoꝝ
gerens. Scopin eñ grece. latine intende=
re dicitur. Epi autem grece. latine ſpecula
tores interpretantur. Nam ſpeculator eſt

pꝛepoſitus in eccleſia dictus eo ꝙ ſpecule/
tur atq; ꝓſpiciat populoꝛum infra ſe poſi=
toꝛum moꝛes et vitam. Pontifex eſt prin/
ceps ſacerdotum quaſi via ſequentiuꝫ. ip/
ſe ⁊ ſummus ſacerdotes nuncupat̃. ipſe ei
leuitas et ſacerdotes efficit. ipſe omnes ec/
cleſiaſticos oꝛdines diſponit.

## De quadripartito oꝛdine epiſco= poꝛum. n

Oꝛdo aũt epiſcopo=
rum quadripartitus eſt. ſ. in patriarchis.
archiepiſcopis. metropolitanis. et epiſco/
pis. Patriarcha grece. ſummus patruꝫ in
terpꝛetatur. quia primuꝫ. i. apoſtolicum te
net locum. vt romanus. anthiocenus. ale=
xandrinus. ſed omniuꝫ ſummus eſt roma/
nus. Archiepũs princeps epiſcopoꝝ. Ar
chos eñ grece. latine pꝛinceps dicit̃. Me
tropolite autẽ à menſura ciuitatuꝫ dicunt̃
Singulis eñ ꝓuincijs p̃eminent quoꝛum
autoꝛitati et doctrine ceteri ſacerdotes ſb/
iecti ſunt. Solicitudo eñ toti⁹ ꝓuincie. ip
ſis epis commiſſa eſt. Omnes aũt ſupius
deſignati oꝛdines epi nũcupant̃. Nota ꝙ
archiepoꝝ nomine p̃mates ſupius ſignifi/
caſſe videt̃. et metropolitanoꝛum ꝙs nunc
archiepos dicimus. Hoꝛum aũt diſcretio
a gẽtilib⁹ introducta videt̃. qui ſuos flami
nes. alios ſimpliciter flamineſ. alios archi
flamineſ. alios pꝛothoflamines appellabãt
Sacerdotes enim gentilium flamines di=
cebantur. qui habebant in capite pilleum
in quo erat bꝛeuis virga. deſup habẽs ali=
quid lane. quod cũ p̃eſtũ ferre nõ poſſent
filum tñ in capite ligare ceperunt. Nudis
enim capitibus eis incedere nephas erat.
Unde et a filo quo vtebant̃ flamines di=
cti ſunt. quaſi filamines. Sed feſtis dieb⁹
filo depoſito pillium imponebant ꝓ ſacer/
dotij eminentia. Uates a vi mentis appel/
lati ſunt. cuius ſignificatio multiplex eſt.
Modo eñ ſacerdotẽ. modo ꝓphetã. mo=
do poetam ſignificat. Cantoꝛ vo vocatur
qui vocem modulat̃ in cantu Huius ſunt
duo genera. p̃centoꝛ et ſuccentoꝛ. Pꝛecen
toꝛ ꝗ vocẽ p̃mittit in cantu ſuccẽtoꝛ ꝗ ſub
ſequenter canendo rñdet. Cõcentoꝛ auteꝫ
dicit̃ qꝛ ꝯſonat. Qui autẽ nõ conſonat nec
concinit. ꝯcentoꝛ nõ erit. His bꝛeuiter tra=
ctatis ammonẽdi ſunt xp̃i miniſtri. quate/
nus ſicut excellunt oꝛdinis dignitate. ita p̃
cellant vite ſanctitate. vt plebs eis com=
miſſa. eoꝛũq; diſciplinis edocta. gratanter

eis obediat. et eoꝝ imitatione de die in di/
em ꝓficiat. a quibus diuina ſacramenta ꝑ
cipiunt et miſſarũ ſolennia audiunt. Miſ
ſa aũt dicit̃ vel quia miſſa eſt hoſtia cuius
cõmemoꝛatio fit in illo officio vnð dicitur
Ite miſſa eſt. i. ſequimini hoſtiam ꝗ miſſa
eſt ad celeſtia tendentes poſt eaꝫ. vel quia
miſus celeſtis venit ad conſecrandum do/
minicũ coꝛpus. ꝑ quẽ ad altare celeſte de=
fert̃ hoſtia. Unde et dicit̃ miſſa eſt.

Iſta eſt diſtinctio. xxiiij. h⁹ quar=
ti libꝛi. In qua magiſter poſtꝙ ſupius determinauit
de ſacramentis que oꝛdinant̃ ad remediũ vni⁹ perſo
ne. Hic determinat de ſacramentis in remedium to=
tius eccleſie Et diuiditur in duas partes. Pꝛimo de
terminat de ſacramẽto oꝛdinis. qð oꝛdinatur ad gu=
bernationeꝫ eccleſie. et ſpiritualẽ multiplicationem.
Scðo de matrimonio qð oꝛdinatur ad multiplicatõ
nem fideliũ naturalẽ. Scða ps incipit in. xxvj. diſt.
Pꝛima ps adhuc diuidit̃ in duas ptes. In p̃ma de=
terminat de ſacro oꝛdinis. In ſcða pte de conferẽti=
bus hoc ſacrm̃. et de ſuſcipientib⁹. Scða ps in. xxv.
diſtin. incipit. In pꝛima pte tria facit. Pꝛimo enim
numerũ ſacramentoꝝ oꝛdinũ ꝓponit. Scðo officia
et dignitates que oꝛdines ſequuntur ſubdit. Tertio
quandam ſalubꝛem ammonitionẽ ſubiungit Pꝛima
pars vſq; ibi. Sunt et alia que. Scða vſq; ibi. His
bꝛeuiter tractatis. Tertia vſq; ad finẽ diſ. In ſpecia
li ſnĩa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quaꝝ pꝛi=
ma eſt hec. Septẽ ſacros oꝛdines xp̃us in ſemetipſo
exhibuit et iſtos vniuerſali eccleſie obſeruandos re=
liquit. Hanc magiſter inſinuãs ꝓponit pꝛimo ꝙ ſep
tem ſunt gradus ſiue oꝛdineſ eccleſiaſtici. ſ. hoſtiarij
lectoꝛes. exoꝛciſte. acoliti. ſubdyaconi. dyaconi. et ſa
cerdotes. quoꝛum omnia officia xp̃s in ſemetipſo oñ
dit. et coꝛpi ſuo. ſ. eccleſie hos oꝛdines ſuandos re=
liquit. Sunt aũt ſeptẽ ꝓpter ſeptifoꝛmẽ ſ. gratiam
ſpirituſſancti cuius gr̃e qui non ſunt ꝑticipes ĩdigni
ad gradus eccleſiaſticos accedunt. ꝗ vo pꝛiuſꝙ ad
hos oꝛdines accedant hanc gratiã habent. in ipſa ꝓ
motione ampliorẽ accipiunt. Ex quo patet h⁹ ſacra
menti effectus. Hi aũt oꝛdines ꝓpter ſui dignitatem
dignos requirunt miniſtros. Ex quo patet ſuſcipiẽ=
tiũ conditio. Poſtea dicit ꝙ hos oꝛdines p̃cedit cle=
ricalis tonſura que quidẽ coꝛona regalem dignitatẽ
ſignificat. qꝛ vo in ſummitate capitis nudatio erec=
tionem mentis ad deum ꝑ contẽplationeꝫ deſignat.
vſus aũt hui⁹ tonſure initiũ habuit a nazareis quo=
rum ritus paulus et xp̃iani imitati ſunt. Omnes vo
in oꝛdinibus conſtituti clerici vocant̃. qꝛ in ſoꝛtẽ do=
mini et hereditatẽ ſunt admiſſi. cleros eñ grece ſoꝛs
vel hereditas latine dicit̃. vel qꝛ oẽs diuino ſeruitio
ſunt mancipati. Poſtea de his oꝛdinibus determiat
ſingillatim incipiens ab hoſtiarijs qui ſunt pꝛimi in=
ter oꝛdines gradus de quibus quatuoꝛ determinat
Pꝛimo figuram quia figurati ſunt in veteri teſtamẽ=
to per ianitoꝛes qui cuſtodiebant templum ne ingre
deret̃ in illud immundus. Secundo nominis ratio=
nem ſiue officiũ. dicunt̃ eñ hoſtiarij. qꝛ preſunt hoſti
js templi vt dignos recipiant et indignos excludant
Tertio oꝛdinandi modũ qꝛ in eoꝝ oꝛdinatione dant̃
eis claues ab ep̃o cum determinata foꝛma vboꝝ ꝗ
ep̃s dicit. ſ. Agite tanꝙ deo rõnẽ reddituri ꝓ rebus
ꝗ clauib⁹ iſtis recõdunt̃. Quarto inſtitutionẽ qꝛ cri=
ſtus hoc officiũ exercuit. qñ vendentes et emẽtes de
tẽplo eiecit. Uñ et ipſe de ſe dicit. Ego ſum hoſtiũ ꝑ

qđ hoſtiariū deſignat Poſtea dicit de ſcđo ordine .ſ. lectoꝝ. De quo ſex determinat. Primo nōis rōnem quia dicunt a legendo .q̄ etiā ꝓnunciatores vocant qꝛ ꝓcul auditoꝝ aures eoꝝ vox adimplet. Scđo officium .qꝛ ad eos ꝑtinet ꝓphetias et pſalmos legere et eadē populis p̄dicare. Tertio ordinandi modū in ordinatione librum diuinaꝝ lectionez ab epo accipiunt cū determinata forma verboꝝ .ſ. accipe et eſto xbi dei ꝓlatoꝛ habiturus ſi fideliter adimpleueris partē cū his qui bn̄ xbūʒ dei amminiſtrauerīt Quarto ꝯditionē .qꝛ q̄ ad hūc ordinez aſſumit debet ſcientia lraꝝ eſſe inſtructus vt diſtincte legat et ſic poſſit auditoribus ꝓdeſſe. Quinto inſtitutionē .qꝛ hoc officium xp̄s adimpleuit qn̄ legit illud eſaie. ſpūs dñi ſuper me .vt hr̄ Lu .vj. Sexto p̄figurationē qꝛ prefiguratū et nūciatū eſt hoc officiū in ꝓphis .qb⁹ dꝛ. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocē tuam. Poſtea determinat de tertio ordine .ſ. exorciſtaꝝ. de qb⁹ quinq; determinat. p̄mo nōis rōnem. dicunt ei exorciſte quaſi adiurantes. Scđo officiū .qꝛ ad eos ꝑtinet per exorciſmos ſuos demones ab obſeſſis fugare Unde dn̄t mundi eſſe qui ſpiritibus immūdis imꝑant. Tertio ordinandi modū qꝛ libꝝ exorciſmoꝝ in ordinatōne recipiūt ab epiſcopis cū determinata forma verboꝝ .ſ. Accipite et habetote ptātē imponēdi manus ſuꝑ energuminos et cathecuminos. Quarto inſtitutionē qꝛ dñs hoc officio vſus eſt qn̄ ſaliua oris ſui tetigit aures et linguā ſurdi et muti. ⁊ demoniacos mltos ſanauit. Quinto figuraʒ quia a ſalomone videt hic ordo primitus deſcendiſſe qui quendā moduʒ exorcizandi inuenit que demones adiurati ab obſeſſis pellebant cordibus vnde et hoc officio mancipati exorciſte apud iudeos vocati ſunt Poſtea determinat de quarto ordine ſcʒ acolitorum de quo quinq; determinat. Primo nominis rationem. dicuntur enim acoliti grece ceroferarij latine quia cereos portāt ad ſignum leticie demonſtrandū et ad figurandū veruʒ lumen .ſ. chriſtum. Secundo officium .quia ad eos ꝑtinent luminaria portare et preparare ac ſubdyaconis miniſtrare in preparatiōe vrceoli vini et aque ꝓ eucharistia. Tertio odinādi modū qꝛ candelabrum cum cereo et vrceolū in ordinatione accipiūt. Quarto inſtitutionem quia hoc officio xp̄us vſus fuit cum dixit. Ergo ſum lux mundi. Quinto figuram qꝛ huius figura preceſſit in veteri teſtamento. in his qui lucernas candelabri continebant. Poſtea determīat de quinto ordine .ſ. ſubdyaconoꝝ. de quibus quattuor determinat. Primo nominis rationem. dicunt eñ ſubdyaconi qꝛ dyaconoruʒ p̄ceptis ſubiacent. hi figurati ſunt in veteri teſtamento ꝑ nathinneos de q̄bus dicit paralenesdra ꝙ erant miniſtri leuitarū. vn̄ nathinnei dicuntur quaſi in humilitate domino ſeruientes quod ſubdyaconis conuenit qui ſunt miniſtri leuitarum. Secūdo officium. quia calicem et patenam portant. ꝓpter quod mundiciam habere debent vt impleant illud. mundamini q̄ fertis vaſa domini ſacerdotibus et leuitis miniſtrant et ornamentorū altaris ſpecialē curā hn̄t. Tertio ordinādi modum qꝛ patenā et vacuū calicem accipiūt et vrceoluʒ cum aqua et manutergiū. Quarto inſtitutionem q̄a chriſtus hoc officio vſus eſt qn̄ lintheo ſe precinxit ⁊ mittēs aquam in peluim pedes diſcipuloruʒ lauit et lintheo terſit. Poſtea determinat de ſexto ordine .ſ. dyaconorum qui ſexto loco ponitur ad perfectionez que in eis eſſe debet. De quibus quinq; determinat. Primo nominis rationem .quia de tribu leui nomen traxerunt. dicunt enim leuite. Unde primo in eis figurati fuerunt dicunt eñ grece dyaconi et miniſtri. Scđo officium. quia ipſis ſacerdotibus in ſacramētorum diſpenſatione aſſiſtunt et miniſtrant. noui eñ

teſtamenti predicandi habent officiuʒ. Similiter eñ leuite qui leuo humero ſtolaʒ portant. quia labores huius vite .quā in leua portant ſicut in veteri teſtam̄to. Huic ordini a moyſe ſtatutum fuit que ad tabernaculum pertinebant portare. Tertio conditionem inſtitutionis dyaconi. Apoſtoli eñ elegerunt ſeptez viros plenos ſpirituſſancto Un̄ ſeptē ſolēt eſſe in p̄ncipalibus eccleſijs qui etiā ꝑ ſeptē angelos tuba canentes in apocalipſi ſignificantur .quales aūt eſſe debeant apoſtolus ad thimotheū docet. qui anteq̄ ordinent ꝓbari debent. vt ſi miniſtrent nulluʒ crimen habentes. Quarto ordinādi modū .quia in ordinatione epiſcopus eis manū imponit. Nam et apoſtoli dyaconibus quos elegerunt oratione p̄miſſa manus impoſuerunt. Ponit etiam ſtolā ſupra leuū humerū Accipiunt etiam dyaconi textū euangelij in ordinatione. Quinto inſtitutionē. quia chriſtus hoc officio poſt cenam vſus eſt qn̄ ſacramentū ſui corpis et ſanguinis diſcipulis diſpenſauit. et qn̄ aplos dormientes ad orationem incitauit. nā ad dyaconos ꝑtinet premonere aures ad deū habere. Poſtea determinat de ſeptimo ordine .ſ. preſbiteroꝝ. de quibus ſex determinat. Primo eñ nominis rationē. dicunt eñ p̄ſbiteri .i. ſeniores ꝓpter dignitatē et honorē quez acceperūt .et quia morum prudētia et maturitate cōuerſationis in populo precellere debent. Dicunt eñ ſacerdotes .vel qꝛ ſacra dāt .vel in ſacris ſunt duces vel quia ſanctificant. Antiſtites vero dicuntur quia ante alios debent ſtare. Secundo officiū qꝛ ad ſacerdotes pertinet ad ſacramentū corꝑis et ſanguinis ꝯficere oratiōes dicere .et dona dei benedicere. Tertio ordinandi modū quia in ordinatiōe eis manus inungunt .patenam cum hoſtijs. calice cū vino accipiunt .et ſtolā que tenet vtrunq; latus qꝛ cōtra aduerſa et ꝓſpera armis iuſticie debent eſſe induti ſiue muniti. Quarto figurā. qꝛ hic ordo in filijs Aaron fuit figuratus et .lxxij. diſcipulis quos chriſtus deſignauit quorum vices p̄ſbiteri in eccleſia tenent .tamē inter apoſtolos vnus princeps extitit .ſ. Petrus cuius ſucceſſoꝛ eſt ſummus pontifex qui etiam dicitur papa .i. pr̄ patꝝ. Quinto cōditionem. Un̄ aplus ad Thimotheuʒ oſtendit qualis debeat eligi preſbyter vbi p̄ſbyteꝝ nōie epi deſignat. Sexto officium quia chriſtus hoc officio vſus eſt in ara crucis qn̄ ſeipſuʒ obtulit. ille fuit ſacerdos et hoſtia qn̄ poſt cenam panem et vinum in corpus et ſanguinem ſuuʒ mutauit Poſtea dicit ꝙ ſolum duo ordines dicunt ſacri .ſ. diaconatus et preſbyteratus et hos ſolos primitiua eccleſia habuit. alios vero proceſſu temporis eccleſia ſibi conſtituit. ex quo patet ordinum differētia quia quidā ſunt ſacri quidā nō. Et dicit. ꝙ ordo dꝛ quoddā ſacrum per qđ ſpecialis poteſtas traditur ordinato. et hi ordines dicuntur ſacramenta quia in eis ſacramentum confertur et ſignificatur .ſcilicet gratia. ex quo patet ordinum quedam conuenientia. qꝛ eñ in omnibus huiuſmodi gradib⁹ traditur aliqua poteſtas ſpiritualis .ideo nomen ordinis omnibus conuenit .quia etiam in omnibus confertur et ſignificat ſacramentum .ideo omnes dicūtur ſacri. Poſtea dicit ꝙ quedam ſunt nomina que non ordinem ſed dignitatem vel officium nominant ſicut epiſcopi pontifices patriarche et archiepiſcopi et metropolitani Epiſcopus enim aut pontifex eſt .quia habet alijs intendere et principari quia epiſcopus dicit a ſcopin grece quod latine intendere dicitur vnde etiam epiſcopi grece dicuntur latine ſpeculatores. Nam ſpeculatoꝛ prepoſitus in eccleſia dicitur in eo ꝙ ſpeculari debet mores et vitam populoruʒ infra ſe poſitorum. Pontifex eſt princeps ſacerdotum quaſi via ſequentuʒ. ipſe eñ ſummus ſacerdos nuncupatur. co

ꝙ ſacerdotes et leuitas efficit. Deinde dicit ꝙ ordo epiſcoporum quadri partitus eſt. ſcȝ in patriarchis archiepiſcopis. metropolitanis ⁊ epis. Patriarcha grece ſummus patrum interpretatur. q: primum. id eſt apoſtolicum tenet locum vt Romanus Anthiocenus Alexandrinus. et ſic de alijs. Archiepiſcopus Ꝟo ſummus eſt epiſcoporum. Et dicit̃ ab archos qđ eſt princeps. Metropolitanus dicit̃ a menſura ciuitatum quibus p̃eminet. Ibi nota ꝙ archiep̃orū primates ſupius ſignificaſſe videt̃ et metropolitanorū noĩe quos nũc archiep̃i dicimus. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Que ſunt iſtoꝝ ordinũ officia clare patet ex iam p̃dictorũ ſentẽtia. Hec patet ex p̃miſſis vt ipſamet exprimit ꝓpoſitio. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Miniſtri xp̃i maiores qui precellunt ordinis dignitate etiam precellere debent vite ſanctitate. Cuius rationem aſſerit vt plebs eis commiſſa eoꝝ imitatione ſemper ꝓficiat. Addit etiam hinc vnde dicitur miſſa. quia in ea mittitur hoſtia cuius comememoratio fit in ſacrificio. quia miſſus celeſtis venit ad conſecrandum eã Et tm̃ in ſpeciali.

De ordinatis ab hereticis. a

DI. XXV Soiet etiã q̃ri ſi heretici ab eccleſia p̃ciſi et dãnati poſſint tradere ſacros ordines. et ſi ab eis ordiati redeuntes ad eccleſie vnitatē debeant reordinari? Hanc queſtionẽ ꝑplexã ac pene inſolubilẽ faciunt doctoꝝ verba q̃ plurimũ diſſentire vident̃. Vident̃ eñ q̃daȝ tradere hereticos ſacros ordines dare nõ poſſe nec illos qui ab eis ordinant̃ vident̃ gratiam recipe. Dicit eñ Innocen. arrianoꝝ clericos nõ videri ſuſcipiendos cum ſacerdotij vel miniſterij alicuius dignitate. quibus ſolum baptiſma ratū eſſe ꝑmittit. qđ in nomine patris et filij et ſpiritusſancti ꝑcipit̃. Dicit etiam eos nõ poſſe dare ſpiritumſanctum quem amiſerũt. ⁊ ordinatos ab hereticis caput habere vulneratum. et eum qui honorem amiſit honorē dare nõ poſſe. nec illum aliquid accepiſſe. quoniā in dante nihil erat qđ ille poſſet accipere.

Tradit etiã venientibus ab hereticis per manus impoſitionem laicam tm̃ tribuendam communionem. nec ex his aliquẽ clericatus honorem vel exiguum ſurrogare.

Greg⁹. in. lib iiij. dialogo. Grego. etiam dicit ſacrilegā eſſe arrianorum conſecrationem cum ex eorum manu

Ciprian⁹ martir in ep̃la cõtra hereti. communio percipitur. Ciprianus etiã dicit. Omnia quecunqꝫ faciunt heretici carnalia et inania et ſacrilega eſſe. ⁊ eorũ altaria falſa. et illicita ſacerdotia et ſacrificia ſacrilega. qui more ſymiarū que cum homines non ſint. formā immitant̃ humanam vultum eccleſie catholice et autoritatem ſibi vendicant. cum ipſi in eccleſia non ſint et cum ſint ſacrilegi. ſacerdotium amminiſtrant et altare ponunt. Cum nec ſacrificari oblatio illic poſſit. vbi ſpiritusſanct⁹ nõ ſit. nec cuiqꝫ dominus per eius preces et orationes proſit. qui dominũ ipm̃ volauit

Hieronym⁹ quoqꝫ aſſerit omnia que offeruntur ab hereticis cõtaminata eſſe in cõſpectu domini. quia licet ſancta videantur ſpecie ſui. tamen quia contacta ſunt ab illo q̃ pollut⁹ eſt. poluuntur omnia. Idem. Odit deus ſacrificia hereticorũ et a ſe pijcit. et quotiens in nomine eius congregati fuerint. deteſtat̃ fetorem eorum et claudit nares ſuas. Ideȝ. Illi offerunt panẽ ſacrilegium ⁊c. Leo etiam teſtatur extra eccleſiam nec rata eſſe ſacerdotia nec vera eẽ ſacrificia. Idem etiam dicit. Per crudeliſſimam veſaniam in alexandrina ſede omnẽ ſacramentorũ lumen extinctum. Intercepta eſt ſacrificij oblatio. defecit chriſmatis ſanctificatio. et patricidalibus manib⁹ impiorum. omnia ſe ſubtraxere myſteria. | Hieronimus ſup. aggeum. | Idem ſuper amos. | Iđ ſup. oſee. | Leo ad anatholiũ conſtãtinopolitanũ ep̃m.

His alijſqꝫ teſtimonijs aſtrui vidẽtur ſacramenta eccleſiaſtica precipue corporis ⁊ et ſanguinis. ordinationis et confirmationis per hereticos non poſſe miniſtari.

Autoritates ponit que vidẽtur p̃miſſis obuiare. b

Econtra autē alij ſentire videntur ꝙ ab hereticis etiam preciſis. ſacri ordines ſicut et baptiſmus tradi valeant. nec ab hereticis redeũtes: qui illic ordinati ſunt et baptizati. iterum ordinandi ſunt.. ſicut nec baptizandi. Vñ Auguſti. De hereticis etiam damnatis quod quidã dicunt baptiſma quod accepit non amittit q̃ recedit ab eccleſia. ius dandi qđ accepit amittit. multis modis apparet inaniter dici. Primo quia nulla oſtenditur cauſa cur ille q̃ illud baptiſma amittere nõ poteſt: ius dandi poſſit amittere. Vtrumqꝫ enim ſacramentum eſt. et quadam conſecratione vtrunqꝫ homini datur. illud cũ baptizatus. et illud cum ordinatur. Ideo nõ licet in catholica eccleſia vtrunqꝫ iterari. Nam ſi qñ ex ipſa ꝑte venientes etiam p̃poſiti pro bono pacis correcto ſciſmatis errore ſuſcepti ſunt. et ſi viſum eſt opus eſſe vt eadem officia gererent que agebant. non ſunt rurſus ordinãdi. Sed ſicut bap- | Aug⁹. in lib. contra ep̃lā ad parmenianum.

tiſmus in eis. ita in eis manſit ordinatio in
tegra. q2 in p̄ciſione fuerat viciū quod in
vnitate pacis eſt correctum. non in ſacra/
mentis. que vbicūqꝫ ſunt: ipſa ſunt. Et cū
ipſi expedire videtur eccleſie vt prepoſiti
eorum venientes ad catholicam ſocietatē
honores ſuos ſibi nō amminiſtrent. nō eis
tamen ipſa ordinationis ſacramenta detra
hunt. ſed ſup eos manent. Ideoqꝫ nō eis
manus imponitur. ne non homini. ſed ipſi
ſacramento fiat iniuria. Sicut autē in ba
ptiſmo eſt ius quod per eos dari poſſit. ſic
in ordinatione ius dandi eſt. vtrunqꝫ q̄dē
ad p̄niciē ſuā. Sꝫ aliud ē nō hr̄e. aliud p̄ni
cioſe hr̄e. aliud ſalubriť hr̄e. Idē. De his
q̄ ab eccleſie vnitate ſpati ſunt. nulla iā q̄
ſtio eſt. q̄n habeāt et dare poſſint. ſ p̄nitio
ſe habent p̄nitioſeqꝫ dant. q2 extra vincu/
lum pacis ſunt. neutri ſacramento facien=
da eſt iniuria. Sicut non recte habet q̄ ab
vnitate recedit. ſed tamen habet. ⁊ ideo re
cedenti non redditur. Sicut etiam non re/
cte dat qui ab vnitate recedit. et tamē dat
et ideo qui ab eo accipit. veniēti ad vnita=
tem nō iteratur. Idem. Aliud eſt nō habe
re aliquid. aliud eſt nō iure habere. vel illi
cite vſurpare. Non ergo ideo non ſunt ſa/
cramenta chriſti et eccleſie quia eis illicite
vtantur. non modo heretici ſed etiam om
nes impij. ſed illi corrigendi ſunt et puniē
di. illa aūt ſunt agnoſcenda et veneranda.
Item Greg. Qd̄ dicitis vt qui ordinatus  *Greg. Joh. rauenēſi epo*
eſt iterum ordineť valde ridiculoſum eſt.
Ut enim baptizatus ſemel iterū baptiza=
ri non debet. ita qui conſecratus eſt ſemel
in eodem ordine non valet iterum cōſecra=
ri. His alijſqꝫ autoritatibuſ videť aſſeri in
omnibus impijs. etiam in hereticis p̄ciſis
et damnatis. chriſti ſacramenta permane=
re cū iure dandi. poſſunt em̄ dare. ſed per/
nitioſe. et quibus dederint. nō ſunt iterum
ordinandi. Que premiſſis ex oppoſito ob/
uiare videntur.

## Determinatio premiſſe contra dictionis autoritatum. C

Hec autem quidā
ita determinant. Dicunt enim hereticos
accepta ſacerdotali vel epiſcopali vnctio=
ne ab eccleſia recedētes. baptiſmi quidem
dandi ius retinere. ſed non habere faculta
tē tribuendi ſacros ordines vel ꝯſecrandi/
dominicum corp᷒. poſtq̄ꝫ p̄ciſi et damnati
ſunt ab eccleſia. Sicut degradatus epiſco
pus nō habet poteſtatē largiēdi ſacros or
dines. facultatē tn̄ baptizandi non amiſit
Qd̄ xᵒ Aug᷒. ait. intelligūt dictū de here
ticis qui non ſententia eccleſie ſed prauita=
te ſenſus ſui a fide veritate ac doctrine vni
tate diuiſi ſunt. Qui licet tales ſint: ius ta/
men ordinandi et conſecrandi habent. ⁊ q̄
ab eis ordinantur ante manifeſtam preci/
ſionem. etiam ſi cū eis apte exierint. ⁊ ſen/
tentia eccleſie damnati fuerint. tamen ſi re
dierint iterum ordinandi non ſunt. Et vbi
cūqꝫ legiť de ordinatis ab hereticis q̄ ſer/
uatis eis ordinibus miniſtrare valeāt: vel
iterum ordinādi nō ſint. de huiuſmodi ac=
cipiendū dicunt. Nam poſtq̄ꝫ preciſi fue=
rint et damnati iudicio eccleſie. ius ordinā/
di et conſecrandi eis detractū aſſerunt. vt
degradatis vel excommunicatis. Alij  *Alioꝝ ſnīa.*
vero dicunt ſacramenta ab hereticis et p̄/
ciſis ſm̄ formā eccleſie celebrata. vera eſſe
et rata. quia recedentes ab eccleſia ius dā=
di et conſecrandi non perdiderunt. et qui
ſic ab hereticis ordinanť. cum redeunt ite
rum ordinandi non ſunt. Que vero ab he=
reticis aliterq̄ꝫ in eccleſia fiunt. falſa ſunt ⁊
inania. et qui a talibus ordinari videntur
non munus ſed vulnus accipiunt. Et ſm̄
hanc differentiam varie de his loquuntur
doctores. Quidā xᵒ dicunt eadem ſacra
menta ab hereticis preciſis poſſe celebrari
que a catolicis. ſi ab illis forma eccleſie ſer
uetur. et ab eis celebrata vera eſſe et rata:
q̄ꝫtum ad ſe. quantum vero ad effectū. fal=
ſa eſſe et inania. Et in his qui male tractāt
et in his qui male ſuſcipiunt. ideo irrita et
falſa. q2 quod promittunt ⁊ cōferre credūt
non tribuunt. Damnanda etiā dicuntur
quia illicite dantibus vel accipientib᷒ ſūt
in iudicium. Polluta etiam dicuntur non
q̄ꝫtum ad ſe. ſed propter indignam hereti/
corum tractationem. Ideo Grego. cōmu/
nionem arrij vocat execrationem. et inno=
centius bonoſij ordinationem. damnatio=
nem. non qd̄ ita in ſe ſint. ſed quia male dā
tes vel accipientes tales fecit. Sicut etiā
Hiero. Sacrificia eorum panem luct᷒ vo/  *Hierony. ſuper Oſee.*
cat. nō q̄ꝫtum ad ſe. ſed q̄ꝫtum ad effectum
Nonnulli vero tradunt illos hereticos
qui in eccleſia ordinati ſunt. ius ordinādi
et conſecrandi etiam cum ſeperati fuerint
habere. Qui vero in ſciſmate vł hereſi po
ſiti ab eis ordinati et inuncti fuerunt. illo
iure carent. Ideoqꝫ cum ordinare volunt
vlnus potius infigunt quam gratiam con
ferunt.

De ſymonia vnde dicitur. ⁊ q̄d ſit. d

# De ſymoniacis vo

non eſt ambigendū quin ſint heretici. q̄ tñ ante ſniam degradationis ⁊ ordināt ⁊ conſecrant. Et licet ſymoniaci ꝓprie dicantur qui inſtar ſymonis magi impciabilē gratiam precio conducere volunt. et qui ꝓ miniſterio ſacro precium recipiunt in modū gyezi Gyezite vocandi ſunt. omnes tamē et dantes ⁊ accipientes ſymoniaci dicunt et vtriq̄ eadem ſententia ꝑcelluntur.

De his qui ſcienter a ſymoniacis ordinantur. e

# Differt tamē inter

eos q̄ ordinant a ſymoniacis ſciēter. ⁊ eos qui ignoranter. Qui eñ ſcienter a ſymoniacis ſe ꝑmiſerint conſecrari. imo execrari. eoꝝ conſecratio omnino irrita eſt Qui vero ordinant a ſymoniacis quos cū ordinātur neſciunt eē ſymoniacos. qui ⁊ tunc pro catholicis habent. eorum ordinatio miſericorditer ſuſtinetur.

De his qui dicunt ſe emere corporalia nō ſpiritualia. f

# Si vo aliqui obie-

cerint ſe non conſecratōnes emere. ſed res ipſas que ex conſecratione ꝓueniunt. penitus deſipere probantur. Nam quiſq̄ hoꝝ alteꝝ vendit ſine quo alteꝝ non habetur. neutrum vendere derelinquit.

Diſtinctio ſymoniacoꝝ. g

# Simoniace aūt he

reſis tripartita eſt diſtinctio. Alij eñ ſimoniace a ſimoniacis ordinant. Alij ſimoniace a non ſymoniacis. Alij nō ſymoniace a
Nicola⁹ pa. ſymoniacis. Unde Nicolaus papa. Statuimus decretum de ſymoniaca tripartita hereſi. i. de ſymoniacis ſymoniace ordinātibus vel ordinatis. ⁊ de ſymoniacis ſimoniace a non ſymoniacis. et de ſymoniacis non ſymoniace a ſymoniacis. Symoniaci ſymoniace ordinati vel ordinatores ſm canones a proprio gradu decidant. Simoniaci etiam ſymoniace a nō ſymoniacis ordinati. ſimiliter ab officio remoueantur. Symoniacos vero nō ſymoniace a ſymoniacis ordinatos. miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio permittimus permanere Quod intelligendum eſt de his qui ordinant a ſymoniacis ignorātes eos eſſe ſymoniacos. hos facit ſymoniacos non reatus criminis. ſed ordinatio ſymoniaci.

Alexander papa de his qui violenter a ſymoniacis vel ab hereticis ordinantur. h

# Similiter cū decer

nit alexander papa ſymoniacos omnino damnādos ac deponendos. ſubintelligendum eſt niſi violenter q̄s attractus fuerit De his eñ et a q̄buſlibet hereticis violenter ordinatis dicit Innocen. ꝙ poſſunt habere aliquē colorē excuſatiōis ſi ſtatim diſcedunt ab eis. et peſſimo eorum conciliabulo renunciant.

De etate ordinandoꝝ ita decreuit Nicolaus papa. i

# Sacri inquit cano

nes ſanxerunt vt ſubdyacon⁹ non ordinet an̄. xiiij. annos. nec dyacon⁹ an̄. xxv. nec pſbyter an̄. xxx. Deinde ſi dignus fuerit ad epatū eligi pōt. qd nos etiā pari mō ſuare iubem⁹. Itē Fabian⁹. Si q̄s. xxx. etatis ñ Fabian⁹.
impleuerit annos. nullo mō pſbyter ordinetur et ſi valde ſit dign⁹. qꝛ et ipe dñs. xxx. annoꝝ baptizatus eſt. et ſic cepit docere.

Iſta eſt diſtinctio. xxv. hui⁹ quarti libri. In qua magiſter poſtq̄ ſuperius determinauit de ſacro ordinis. Nūc ꝯñr de hoc ſacrm conferētibus et ſuſcipientib⁹ determinat. Et tria facit Primo eñ inquirit an heretici ſacrm ordinis pñt conferre ſeu dare. Scdo oñdit ſymoniacos fore q̄ dant pecuniam ꝓ ordinibus et etiam qui aliquid ꝓ ordinibus preſumunt accipe Tertio quomodo ignoranter ordinatū a ſymaniaco debeamus miſericorditer tollerare. Primū facit vſq̄ ibi. de ſymoniacis vo. Secundū vſq̄ ibi. Differt tñ intⷬ eos Tertiū vſq̄ ad finē diſ. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarū prima eſt hec. Aliq̄ dicunt ꝙ ſacra ab hereticis ſm formā eccl'ie celebrata ſint vera ⁊ rata. Alij aūt ꝙ ſint falſa et reprobata. Hanc mgr inſinuans querit an heretici ab eccleſia pſciſi pñt ſacros ordines conferre. Et verū ordinati ab eis dñt reordinari. Et dicit hanc queſtionē eſſe difficilem et ꝑplexam. ꝓpter diuerſitatem doctoꝝ opinantiū circa eā Quidā eñ dicūt hereticos nō poſſe ordinare ⁊ ordinatos ab eis nō eſſe in ſuis ordinibus ſuſcipiendos ſed tñ ad laicā communionem. Greg. dicit arrianorum conſecrationem ſacrilegam eſſe. Ciprianus dicit ſacra hereticoꝝ inania et ſacrilega eſſe. Hiero. dicit que offeruntur ab hereticis contaminata eſſe et deo odibilia. Leo papa dicit non eſſe rata ſacrificia ex-

tra eccleſiā nec vera. Poſtea ponit ꝯtrariū opinionē dicentiū ab hereticis ordines tradi poſſe ⁊ ordīatos ab eis nō eſſe iterū ordinādos. qꝛ maxime Aug⁹. dicere videt̃ ſicut ius habet baptizandi ita etiā ⁊ ordinandi. ſed heretici tale ius habent ad ſui pniciē. catholici vero ad ſalutē. Greg. dicit ordinatū ſemel nunꝗ̄ deberi reordinari. Poſtea circa hanc dubitatōē tangit diuerſam opinionē. Quidā enī dicunt hereticos ab eccl'ia p̄ciſſos baptizandi ius habere nō aūt ordinandi. ⁊ autoritates q̄ in ꝯtrarium ſunt dn̄t itelligi de hereticis q̄ ſm ſniam eccl'ie ſunt ab eccl'a p̄ciſi. tales enī ius habent baptizandi. Alij vero dicūt ꝙ ſacr̃a ab hereticis ⁊ p̄ciſis collata ſi ſm formā eccleſie ꝯferant̃ vera eſſe et rata. Alij vero nequaꝗ̄. ⁊ ſm hanc dr̄iam varie de his doctores loquūtur. Alij āt dicunt ſacr̃a ab his collata vera eſſe in ſe ſi forma eccleſie ſeruetur. falſa eſſe ⁊ inania quo ad ſalutis effectum. damnanda eſſe dicuntur hereticorum ſacramēta. qꝛ preſtantibus et accipientib⁹ ſunt in iudiciū. ⁊ ſm hoc pn̄t intelligi vt dicūt autoritates ſupradicte. Alij vero dicunt hereticos in eccl'a ordinatos ius ordinādi habere. eos vero q̄ in hereſi nequaꝗ̄. Poſtea dicit ſimoniacos eſſe hereticos ⁊ aū de gradationem

2a ordines ꝯferre poſſe. Scd'a ꝓpoſitō eſt hec Pro collatione ſacrorū ordinū dantes ⁊ accipientes pecuniam ſimoniaci dicunt̃. et pro tali delicto ambo eadem pena puniunt̃. Hanc magiſter inſinuans dicit ꝙ ſymoniaci ꝓprie dicunt̃ emptores a ſymone mago denominati. vendētes gyeſite ſic dicti a ſeruo elizei. tn̄

3a largo noīe vtriq; dicunt̃ ſimoniaci. Tertia ꝓpoſitio eſt hec Qui ignoranter a ſimoniacis ordinant̃ ipſorum ſuitium miſericorditer tollerat̃. Hanc mgr̃ ponens dicit ꝙ ordinati a ſimoniacis ſcienter ꝯſecrationem irritā hn̄t. Qui vero ſunt ordinati ignorāter poſſunt miſericorditer in ordine ſuſtineri. Et qꝛ poſſet aliquis dicere ꝙ nō emit ſpirituale vt ꝯſecrationem ſed tꝑale emit ſpirituali annexū vt res ipſas q̄ ex ꝯſecratione ꝓueniunt. et ſic non eſt ſymoniacus. Jdeo hoc remouet hic dicens ꝙ qn̄ aliqua duo ſunt cōiuncta nō vnū ſine alio pōt emi vel vendi. Poſtea ponit triplicem diſtin. ſimoniace hereſis dicens. ꝙ quidā ſimoniaci ſimoniace a ſimoniacis odinant̃. Quidam enī ſimoniaci ſimoniace a nō ſimoniacis ordinantur et vtrq; iſtorū ſic ordinatorū ꝓpriū gradū pdit Tertij vero q̄ nō ſimoniace a ſymoniacis ordinant̃ pn̄t miſericorditer tollerari dūmō ignorant eos q̄ ordināt ſimoniacos eſſe. Addit etiā ꝙ cū dr̄ ordinatos ab hereticis vel ſimoniacis eſſe damnandos eſt intelligendum niſi aliquis violenter ab eis ordinaret̃. Ultimo determinat de ſuſcipientibus ordines ꝗtū ad etatē dicens. ꝙ ſubdyaconus ante decimumquartum annum. dyaconus ante. xxv. annum preſbyter aū. xxx annum ordinari non debent. Et tn̄ in ſpeciali.

## De ſacramento coniugij cuius inſtitutio et cauſa oſtenditur. a

DI.XXVI c

Cum alia ſacramenta poſt peccatum et ꝓpter pctm̄ exordiū ſumpſerunt. matrimonij ſacramētū etiā aū pctm̄ legit̃ inſtitutū a dn̄o. nō tn̄ ad remediū ſed ad officium. Refert enim ſcriptura Gen̄. in adam miſſo ſopore. atq; vna de coſtis eius ſumpta. et ex inde muliere formata. virū in ſpū intelligētē ad quē vſū mulier facta eſſet. poſt extaſim ꝓphetice dixiſſe. Hoc nūc os ex oſſibus meis et caro de carne mea. ꝓpter hoc relinquet hō patrem et matrem et adherebit vxori ſue. erunt duo in carne vna.

## De duplici inſtitutiōe ꝯiugij. b

Coniugij aūt inſtitutio duplex eſt. vna aū pctm̄ ad officiū facta eſt in paradiſo vbi eſſet thorus imaculatus ⁊ nuptie honorabiles. ex q̄b⁹ ſine ardore ꝯcipent. ſine dolore perent. altera p⁹ pctm̄ ad remediū facta extra padiſū. ꝓpt̃ illicitū motū deuitandū. Prima vt natura multiplicaret̃. Scd'a vt natura exciperet̃ et viciū cohiberet̃. Nā ⁊ aū pctm̄ dixit ds̄ Creſcite ⁊ multiplicamini. et p⁹ pctm̄ oib⁹ pene hoibus p diluuiū cōſumptis. Cū vero ante pctm̄ iſtitutū fuerit ꝯiugiū ad officiū poſt pctm̄ vero ad remediū ꝯceſſū Aug. teſtat̃ dicēs. Qd' ſanis eſt ad officiū egrotis eſt ad remediū. Infirmitas enī incōtinētie q̄ eſt in carne p pctm̄ mortua. ne cadat i ruinā flagitiorū. excipit̃ honeſtate nuptiarū. Si vero nō peccaſſent p̄mi hoieſ. ſine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipi ac ſucceſſores eorū ꝯuenirēt. Et ſic remunerabile ē aliqd' bonū op⁹. ſic coitus eorū bon⁹ eēt et remunerabil'. Quia vero ꝓpt̃ pctm̄ letal' cōcupiſcentie. lex membris nr̄is inheſit. ſine q̄ carnalis nō fit cōmixtio. rephenſibil' eſt et mal⁹ coit⁹. niſi excuſet̃ p bona ꝯiugij. — Aug⁹. ſuper Gen̄. in li. de nuptijs et cōcupiſcentia.

## Quando ſm preceptum. quādo ſm indulgentiam contractum ſit coniugium. c

Prima iſtitutō habuit p̄ceptū. ſcd'a idulgētiā. didicim⁹ eī ab apl'o hūano generi ꝓpt̃ vitādā fornicatōē indultū eſſe ꝯiugiū. Indulgētia vero qꝛ meliora ñ eligit remediū hꝫ nō p̄miū. a q̄ ſi q̄s declinauerit. meret̃ exitiale iudiciū. Qd' ſm indulgētiā ꝯcedit̃: volūtariū eſt nō neceſſariū. alioqn traſgreſſor eſſet q̄ illud nō faceret. Et pt̄ ſane intelligi illd' ſub p̄cepto dictū hoib⁹ p̄mis aū pctm̄. creſcite et multiplicamini. Quo etiā p⁹ pctm̄ tenebāt̃ vſq; quo eſt facta multiplicatō. poſtq̄ ſm indulgentiā mr̄imonij ꝯctus fuit. Ita etiam p⁹ diluuiū q̄ vniūſum pene humanū gen⁹ deletū ē. ſm p̄ceptū dictū eſt filijs noe. creſcite et multipli. Multiplicato vero homie ſm indulgentiā ꝯcū ē. nō ſm imperiū.

Quibus modis accipiatur idul
gentia. d

Indulgentia autē
diuerſis modis accipiẗ. ſ. pro ↄceſſione pro
remiſſione. ꝓ ꝑmiſſione. Et eſt ꝑmiſſio in
nouo teſtamēto de minoribus bonis et de
minoribus malis. De minoribus bonis ē
cōiugium quod non meretur palmam. ſed
eſt in remediuꝫ. De minoribus malis. i. de
venialibus eſt coitus qui fit cauſa inconti/
nentie. Illud. ſ. coniugium indulgeẗ. i. cō/
cediẗ. Illud vero. i. coitus talis ꝑmittitur
id eſt tolleraẗ ita ꝙ nō ꝓhibetur.

Qđ nuptie ſint bone. e

Fuerunt auteꝫ nō
nulli heretici nuptias deteſtantes qui taci
ani appellati ſunt. hi nuptias omnino dam
nant. ac pares fornicationibus alijſqꝫ cor=
ruptionibus faciunt. nec recipiunt in ſuo=
rum numero: cōiugio vtentem marem vel
feminā. Q aūt res bona ſit coniugium nō
modo ex eo ꝓbatur ꝙ dominus legiẗ con
iugium inſtituiſſe inter primos parentes.
ſed etiam ꝙ in cana galilee nuptijs interfu/
is xp̄s. eaſqꝫ miraculo commēdauit. aqua
in vinum conuerſa. Qui etiam poſtea vi/
rum dimittere vxorem ꝓhibuit. niſi cauſa
fornicationis. Apoſtolus etiam ait. Vir=
go non peccat ſi nubat. Conſtat ergo rē bo
nam eſſe matrimonium. alioquin non eſſet
sacr̄m. Sacramentū eñ ſacrum ſignum ē.

Cuius rei ſacramentum ſit con=
iugium. f

Cuꝫ ergo coniugi=
um ſacramentum ſit. et ſacrū ſignum eſt. ⁊
ſacre rei. ſ. coniunctionis chriſti et eccleſie
ſicut ait apoſtolus. Scriptum eſt inquit.
Relinquet homo patrem et matrem et ad
herebit vxori ſue. ⁊ erunt duo ī carne vna
Sacramentum hoc magnum eſt. Ego au
tem dico. in chriſto et in eccleſia. Vt eñ in/
ter coniuges coniunctio eſt ſm̄ conſenſum
animorum et ſm̄ permixtionem corporuꝫ
ſic eccleſia chriſto copulaẗ voluntate ⁊ na/
tura. quia idem vult cum eo. et ipſe formā
ſumpſit de natura hominis. Copulata eſt
ergo ſponſa ſponſo ſpiritualiter et corpo/
raliter. i. charitate ac conformitate nature
Huius vtriuſqꝫ copule. figura eſt in coniu
gio. Conſenſus enim coniugum copulam
ſpiritualem chriſti et eccleſie que fit ꝑ cha=
ritatem ſignificat. Commixtio vero ſexu/
um. illam ſignificat que fit per nature con=
formitatem.

Qualiter intelligendum ſit illđ
mulier illa non pertinet ad matri=
monium cum qua nō eſt commix
tio ſexuum. g

Inde eſt qđ quidā
doctorum dixerunt. illam mulierem nō ꝑ=
tinere ad matrimonium. que non experiẗ
carnalem copulam. Ait eñ Aug. Nō du/ **Auguſti.**
bium eſt illaꝫ mulierem nō ꝑtinere ad ma=
trimonium. cū qua docetur nō fuiſſe com/
mixtio ſexus. Item leo papa. Cum ſocie/ **Leo papa**
tas nuptiarum ita a principio ſit inſtituta
vt preter commixtionem ſexuū non habe/
at in ſe chriſti et eccleſie ſacramentum. nō
dubium eſt illam mulierem non pertinere
ad matrimonium. in qua docetur non fuiſ
ſe nuptiale myſterium. Item Auguſt. Nō Aug⁹. in li. de
eſt perfectum coniugium ſine commixtio/ ſoliloquijs.
ne ſexuum. Hoc ſi ſm̄ ſuperficiem verboruꝫ
quis acceperit. inducitur in errorem tantū
vt dicat ſine carnali copula non poſſe con=
trahi matrimonium. et inter mariam et io
ſeph nō fuiſſe coniugium vel nō fuiſſe ꝑfe
ctum. quod nephas eſt ſentire. Tanto eñ
ſanctius fuit atqꝫ perfectius. q̄̄to a carna=
li opere immunius. Sed ſuperius poſita ea
ratione dicta intelligendum eſt. non quin
ꝑtineat mulier illa ad matrimonium cum
qua nō eſt permixtio ſexuum. ſed non per
tinet ad matrimonium qđ expreſſam ⁊ ple
nam teneat figuram cōiunctionis chriſti ⁊
eccleſie. Figurat enim illam vnionem chri
ſti et eccleſie que eſt in charitate. Sed non
illam que eſt in nature conformitate. Eſt
ergo et in illo matrimonio typus coniun=
ctionis chriſti et eccleſie. ſed illius tm̄ qua
eccleſia chriſto charitate vnitur. non illius
qua per ſuſceptionem carnis capiti mem=
bra vniuntur. Nec ideo tamen minus ſan
ctum eſt coniugium. quia vt ait Auguſti. Aug⁹. in lib. de bono cōiu
In nuptijs plus valet ſanctitas ſacramen gali.
ti. q̄ꝫ fecunditas ventris. Eſt etiam coniu/
gium ſignum ſpiritualis coniunctionis et
dilectionis animorum qua inter ſe coniu/
ges vniri debent. Vnde apoſtolus ait Vi
ri diligite vxores vr̄as et corpora veſtra.

Iſta eſt diſtinctio .xxvi. hui⁹ quarti libri. In quã mgr̃ poſtq̃ ſuperius determinauit de ſacro ordinis. qḋ ꝑtinet ad ſpũalem eccl'e m̃tiplicationem. Hic determinat de matrimonio quod pertinet ad eius multiplicationem naturalem. Et diuidit hic tractat⁹ in q̃nq̈ ꝑtes. In p̃ma determinat de matrimonio in ſe. In ſcḋa de eius cã efficiente. In tertia de eius fine. In quarta de eius bonis. In quinta de eius cauſis materialibus .ſ. ꝑſonis ꝯtrahentibus Prima ꝑs durat a p̃ncipio diſtin. iſtius vſq̈ ad .xxvij diſ. que incipit. Poſt hec aduertendũ. Scḋa vſq̈ ad finem .xxx. diſ. quaſi vbi dicit. Expoſito que ſit efficiẽs. Tertia vſq̈ ad .xxxj. diſ. que incipit. Poſt hec de bonis coniugij. Quarta ab inde vſq̈ ad .xxxiiij. diſtin. que incipit. Nunc ſupeſt attendere. Quinta vſq̈ ad .xliiij. diſtin. que incipit. Poſtremo de conditione reſurrectionis. In p̃ſenti diſtinctione tria fac̃. Primo tempus ⁊ locum inſtitutiõis huius ſacramẽti demõſtrat. Scḋo m̃rimonium cõdemnãtes reprobat. Tertio eius myſticã ſignificationẽ recitat. Primum vſq̈ ibi. Fuerũt nõnulli heretici. Scḋm vſq̈ ibi Cũ ergo ꝯiugiũ. Tertiũ vſq̈ ad finẽ diſtin. In ſpẽali ſententia mgr̃i ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹. quarũ p̃ma eſt hec. Coniugij ſacr̃m fuit in ꝑadiſo añ peccatum ſolũ ad officiũ p̃mo inſtitutũ nũc ſecũdario in remedium. Hanc mgr̃ inſinuãs ꝓponit p̃mo hoc ſacramentum añ peccatũ inſtitutũ fuiſſe qñ Adam dixit. Hoc nũc os ex oſſib⁹ meis. ⁊ nihilominꝰ poſt pctm̃ inſtitutũ. ⁊ ſic duplex ẽ er⁹ inſtitutio. Differt aũt p̃ma a ſcḋa. q2 p̃ma facta eſt in ꝑadiſo. ſcḋa extra ꝑadiſum Itẽ p̃ma facta eſt ad officiũ nature multiplicãde. ſecũda ad remediũ ꝯcupiſc. Item p̃ma fuit in p̃ceptũ neceſſitatis. Secunda fuit voluntaria a tꝑe multiplicati generis humani. ⁊ eſt accipienda ſꝫm indulgentiam. q̃nq̈ ꝓ remiſſione. q̃nq̈ ꝓ cõceſſione. q̃nq̈ ꝓ ꝑmiſſione. Hic aũt ꝓ ꝑmiſſione accipit. permittit autem cõiugiũ non quaſi malũ: ſed quaſi min⁹ bonum. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Heretici dicti Taciani in hoc ꝑniciose errant q̈ nuptias condemnãt. Hãc magiſter ponens condemnat errorem damnantiũ ⁊ deteſtantiũ nuptias. oſtendens q̈ bona res ſit m̃rimonium ꝑ hoc q̈ xp̃s interfuit nuptijs. ⁊ p̃cepit vxorẽ a viro non dimitti. Unde apl's ad Eph. ait. Uiri diligite vxores v̄ras ſicut ꝓpria corpora v̄ra. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Electorũ eccleſia non ſolũ iũgitur xp̃o ſpũaliter: ſed etiam vere ⁊ corporalit. Hanc magiſter inſinuans dicit q̈ matrimoniũ eſt ſignum coniunctionis xp̃i ⁊ eccleſie in conformitate nature et ſignum vnionis in charitate. Que duo m̃rimonium carnali copula ꝯſummatũ ꝑfecte ſignificant. Eſt tñ ꝑfectum matrimoniũ in quo eſt conſenſus animorũ ſine carnali copula. Deficit tñ ab hac ꝑfecta ſignificatione. licet q̈dam autoritates videnẗ dicere tale ñ fore verum ⁊ perfectũ matrimoniũ. Matrimonium eñ tale .ſ. vbi eſt tm̃ ꝯſenſus aĩoꝝ eſt ſignũ dilectionis. qua coniuges inter ſe vniri debent. Aug⁹. enĩ dicit. Plus valet ſanctitas ſacramenti q̃ fecunditas ventris. Et tm̃ in ſpẽali.

## Que ſunt conſideranda in coniugio. a

DI. XXVII

**Poſt hec aduer**tendũ eſt q̈d ſit ꝯiugiũ. ⁊ que ſit efficiens cauſa coniugij. ⁊ cauſa ꝓpter quam cõtrahi debeat. ⁊ que ſint bona coniugij. ⁊ quõ ꝑ ea excuſet̃ coitus carnalis. que ſint legitime ꝑſone ad m̃rimoniũ. Sunt ⁊ alia plura in m̃rimonio conſiderãda que ſub compendio ꝑſtringemus.

## Quid ſit coniugiũ. b

**Sunt ergo nuptie** vel m̃rimonium viri mulieriſq̈ coniũctio maritalis inter legitimas ꝑſonas indiuiduam vite ꝯſuetudinem retinens. Ad indiuiduam ꝯſuetudinem vite ꝑtinet q̈ abſq̈ cõſenſu alterius neuter ꝯtinentiam ꝓfiteri poteſt vel orõni vacare. ⁊ q̈ inter eos dũ viuunt vinculũ coniugale ꝑmanet. vt alij ſe copulare nõ liceat. ⁊ vt inuicẽ alter alteri exhibeat quod q̈ſq̈ ſibi. Hac autem deſcriptione: legitimorũ ⁊ fideliũ tm̃ m̃rimoniũ includit.

## De cõſenſu q̈ efficit cõiugiũ c

**Efficiens autẽ cau**ſa matrimonij eſt conſenſus. nõ q̈libet: ſꝫ ꝑ v̄ba expreſſus. nec de futuro: ſed de p̃ſenti. Si eñ ꝯſentiũt in futurũ dicẽtes. Accipiã te in virum. ⁊ ego te in vxorem: non eſt iſte conſenſus efficax matrimonij. Item ſi conſentiant mente ⁊ nõ exp̃mant verbis v'l alijs certis ſignis. nec talis conſenſus efficit matrimoniũ. Si autem v̄bis explicant qḋ tamen corde non volunt ſi non ſit coactio ibi vel dolus. obligatio illa v̄borũ q̈b⁹ ꝯſentiunt dicentes. accipio te in virũ. ⁊ ego te ĩ vxorem. matrimoniũ facit.

## Autoritatibus ꝓbat q̈ ſolus conſenſus facit m̃rimonium. d

**Q𝔲 aũt conſenſus** matrimoniũ faciat ſubditis ꝓbat̃ teſtimonijs. Ait eñ Iſidorus. Conſenſus fac̃ matrimonium. Item Nicolaus papa. Sufficiat ſolus ſꝫm leges eorum conſenſus. de q̈rum coniunctionibus agit̃. Quis ſolus ſi forte in nuptijs defuerit. cetera etiã cum ipſo coitu celebrata fruſtrant̃. Itẽ Ioh. chryſoſto. Matrimoniũ q̈dem nõ facit coitus ſed volũtas. ⁊ ideo non ſoluit illud ſeꝑatio corporis. Item Amb. Non defloratio virginitatis facit coniugiũ: ſed pactio coniugal. Ex his apparet q̈ conſenſus .i. pactio coniugalis m̃rimoniũ facit. ⁊ extunc cõiugiũ eſt. etiam ſi nõ p̃ceſſit vel ſecuta eſt copula carnal.

Nico. papa.

Ioh. Chryſ. ſuꝑ Mat.

Ambro.

## Qñ incipiat eſſe coniugiũ. e

Q enim ab ipſa deſponſatione in qua pactio coniugal' exp̄mitur ↄiuges ſint ſanctoꝝ teſtimonia ꝓbant. Ait eñ Amb. Cũ iniciaꝛ coniugiũ cõiugij nomen aſciſciꝛ. cum coniungiꝛ viro coniugium eſt. nõ cũ viri admixtione cognoſciꝛ. Item Iſid. Coniuges verius appellantur a p̄ma deſpõſationis fide. q̃uis adhuc int' eos ignoreꝛ coniugalis concubitus. Item Aug⁹. Coniunx vocaꝛ ex p̄ma deſponſationis fide quam cõcubitu non cõgnouerat. nec fuerat agniturus. nec ꝑierat. nec mendax manſerat ↄiugis appellatio. vbi nõ fuerat nec futura erat carnis vlla commixtio ꝓpter qδ fidele coniugiũ: ambo parentes xp̄i vocari meruerũt. non ſolũ illa mꝛ: ſed etiam ille pater eius. ſicut cõiunx mr̄is ei⁹ vtrũq3 tñ mente ⁊ nõ carne. Ex his euidenter inſinuaꝛ q͛ ex tempe quo intercedit cõſenſus voluntarius ac maritaꝛ qui ſol⁹ cõiugium facit. veri coniuges ſunt ſponſus ⁊ ſponſa.

Amb. li. de v̾ginibus

Iſid. in libro ethimo.

Aug⁹. li. de bono ↄiugij.

## Scd̃m quoſdam nõ eſt cõiugium ante carnalem copulã. ſed ſponſi et ſponſe ſunt. f

Quidã tamen aſſerũt verũ coniugiũ nõ contrahi ante traductionem ⁊ carnalem copulã. nec veri coniuges eſſe aliquos anteq3 int'cedat cõmixtio ſexus. ſed a p̄ma fide deſponſatiõis vir ſpõſus. ⁊ mulier ſponſa ẽ nõ cõiunx. Spõſos aũt ⁊ ſponſas coniuges frequent' appellari dicunt. non q2 ſint: ſed q2 futuri ſunt. cuius rei ſpõſionem inuicem fecerũt. ⁊ ſm̃ h' verba p̄miſſarũ autoritatũ intelligẽda fore tradunt.

## Qua ratione vtunꝛ. g

Q vero inter ſpõſam ⁊ cõiugẽ plurimũ inter ſit. ex eo aſtruunt. q2 licet ſponſe ante carnalem copulam inconſulto vel nolente ſponſo mõaſterium eligere. quo facto. ſponſo etiam licet aliam ducere. Coniugatus v̾o vel cõiugata nec ↄtinentiã niſi ex cõmuni cõſenſu ſuare valet. nec monaſteriũ petere: niſi vterq3 continentiã parit' ꝓfiteatur. Q v̾o liceat ſpõſe monaſterium eligere autoritatib⁹ ſanctorum ꝓbaꝛ. Ait eni3 Euſebi⁹ papa. Deſpõſatam puellam non licet parentib⁹ alij viro tradere. tñ licet ſibi monaſteriũ eligere Itẽ Greg⁹. Decreta legalia deſponſatã ſi conuerti voluerit nullo penitus cenſuerũt dãno multari. Refert etiã Hiero. q͛ machorius inter xp̄i heremitas p̄cipuus. celebrato nuptiali conuiuio cũ veſpere thalamu3 eſſet ingreſſurus ex vrbe egrediens tranſmarina petijt ⁊ heremi ſolitudinem ſibi elegit. Beatus etiam Alexius ſili' ex nuptijs diuina gratia vocatus ſponſam deſeruit. ⁊ nudus xp̄o familiari cepit. His autoritatibus ⁊ exemplis liquet licere ſpõſis ſine cõſenſu ſuarũ ſponſarũ ⁊ econuerſo ↄtinentiã ꝓfiteri.

Q ſpõſa põt monaſterium eligere nõ exquiſito ſpõſi conſenſu

Euſe. pa.

Grego.

Exẽpla poſt

## Qδ cõiugatus vel coniugata nequeant cõtinentiam ꝓfiteri ſine alterius conſenſu. h

Hoc aũt cõiugatis nullatenus licet. Non eñ põt vir melioris vite ꝓpoſitũ ſumere ſine vxoris cõſenſu. ⁊ econuerſo. Unde Greg⁹. ſcribẽs theutiſte patricie. Sunt qui dicunt religionis g̃tia coniugia debere ſolui. Unde ſciendum eſt. q2 ⁊ ſi hoc lex humana conceſſit. tñ lex diuina ꝓhibuit. Si v̾o vtriſq3 conueniat cõtinentem vitam ducere. hoc q̃s audeat accuſare. Sic eñ multos ſanctorũ nouimus cũ ſuis coniugibus ⁊ p̄us continentem vita3 duxiſſe. ⁊ poſt ad ſancte eccl'ie regimia migraſſe. Si v̾o continentiam quam vir appetit mulier non ſequiꝛ. aut quam vxoꝛ appetit vir recuſat. coniugiũ diuidi nõ poteſt. q2 ſcriptum eſt. Mulier p̄tãtem ſue carnis non habet: ſed vir. Similiꝛ ⁊ vir poteſtatẽ ſue carnis nõ habet: ſed mulier. Idẽ Agathoſa latrix p̄ſentium queſta eſt virũ ſuu3 contra voluntatem ſuam in monaſterium eſſe conuerſum. qua ꝓpter experientie tue p̄cipimus: vt diligenti inquiſitione diſcutias. ne forte eius voluntate conuerſus ſit. vel ipa mutare ſe ꝓmiſerit. ⁊ ſi hoc reperieris ⁊ illũ in monaſterio ꝑmanere ꝓuideas. ⁊ hanc ſicut promiſit mutare vitã compellas. Si v̾o nihil hoꝛum eſt. nec quondam foꝛnicationis crimen propꝛ quod licet vxorem dimittere. predictam mulierem cõmiſiſſe cognoueris. ne illius conuerſio: vxoris relicte in ſeculo fieri poſſit perditiõis occaſio. volumus vt maritum ſuum illi etiam ſi iam tonſoꝛatus eſt reddere debeas. omni excuſatione ceſſante. quia niſi foꝛnicati

onis cauſa virū vxorem dimittere nulla ratio conceditur. Poſtq̄ eñ copulatiōe coniugij viri ⁊ mulieris vnū corp⁹ efficit̄. nō pōt ex pte ꝯuerti. ⁊ ex pte remanere in ſeculo. Itē ex. viij. ſynodo. Si q̄s coniugat⁹ cōuerti ad monaſteriū velit. non eſt recipiendus niſi p̄us a ꝯiuge caſtimoniā ꝓfitente fuerit abſolutus. Tales ergo tunc ſine culpa ſequunt̄ xp̄m relicto ſeculo. ſi habēt ex pari voluntate caſtitatis conſenſum. Itē Si vir ⁊ vxor diuertere ꝓ ſola religioſa inter ſe conſenſerint vita. nullatenus ſine conſenſu ep̄i fiat. vt ab eo ſingularit̄ ꝓuiſo cōſtituantur loco. Nam vxore nolente vel al

Augusti. tero illoꝝ etiam ꝓ tali re matrimoniū non ſoluit̄. Item Aug⁹. Si abſtines ſine vxoris voluntate. tribuis ei fornicandi licētiā

Nico. papa. ⁊ peccatū illius tue imputabit̄ abſtinētie. Item Nicolaus papa. Scripſit nob Thaberga regina: regia ſe velle dignitate vl' copula exui. ⁊ ſola vita p̄uata eſſe contentam deſiderare. Cui ſcripſimus. nō hoc alit̄ fieri poſſe: niſi eandem vitam vir eius Lotharius elegerit. Ex his pt3 q̄ ꝯiugati ſine cōmuni ꝯſenſu mōaſteriū eligere. continētiam ꝓfiteri vel habitum religionis ſumere non valēt. ⁊ ſi fecerint: reuocari debent. Spōſi v̄o p̄nt ſine cōmuni ꝯſenſu mōaſterium eligere. Vñ videtur inter ſponſum et ſponſam coniugium nō eſſe. Ideoq̄ aſſerit a p̄ma fide deſponſatiōis ꝯiuges appellari: non re p̄ſentium: ſed ſpe futuroꝝ. q2 ex fide quam ex deſponſatiōe ſibi inuicem debent. poſtea efficiunt̄ cōiuges. Premiſſas aūt autoritates q̄bus aſſerit̄ q̄ conſenſus mr̄imonium facit. ita intelligi volūt vt ꝯſenſus vel pactio coniugalis non añ coitum faciat mr̄imoniū: s3 in coitu. Sicut eñ defloratio v̄ginitatis non facit mr̄imoniū niſi p̄cedat pactio cōiugalis. ita nec pactio coniugalis anteq̄ aſſit copula carnal'. Ex pactione ergo coniugali ſponſi ⁊ ſpōſe fiūt ante coitum. In coitu v̄o efficiunt̄ ꝯiuges Facit eñ pactio coniugalis vt q̄ prius erat ſponſa. in coitu fiat coniunx.

### Reſponſio ad p̄dicta cū determinatione ſuperiorū. i

**His aūt ita reſpon**dem⁹. Fit aliq̄n deſpōſato vbi eſt cōpromiſſio viri ⁊ mulieris de contrahēdo mr̄imonio. non eſt aūt ibi conſenſus de p̄ſenti. ⁊ eſt deſponſatio habens ꝯſenſum de p̄ſenti. i. pactionem coniugalem que ſola facit cōiugium. In illa ergo deſponſatione vbi eſt pollicitatio contrahendi mr̄imonium. ſpōſi tantū ⁊ ſponſe fiūt: non coniuges. ⁊ talibus ſponſis licet ſine cōmuni conſenſu continentiā ꝓfiteri ⁊ mōaſteriū eligere. In ea v̄o deſponſatione vbi eſt ꝯſenſus de p̄ſenti ꝯiugiū ꝯtrahit̄. ⁊ ab illius deſpōſatiōis p̄ma fide veri cōiuges appellant̄. Scd̄m hāc diſtinctionem deſponſatōis: de ſponſis varie loquunt̄ doctores.

### Quō accipiat̄ ſponſa in ſupradictis capitul'. k

**Aliquādo eni ſpō**ſas vocant q̄ talem habuerūt deſpōſationē vbi fuit pactio coniugalis de p̄nti. ⁊ ille vere coniuges ſunt. Vñ Greg⁹. Si q̄s vxorē deſpōſauerit vel ſubarrauerit quamq̄ poſt moduz p̄ueniente die mortis eius nequerit eam ducere in vxorem. tñ nulli de conſanguinitate eius licet accipe eam in cōiugio. ⁊ ſi inuentum fuerit factum. ſepet̄ omnino

Q ſpōſas dimiſſas ali⁹ coniugat⁹ nō pōt ducere.

Item Julius papa. Si quis deſpōſauerit vxorem ⁊ ſubarrauerit. ⁊ vel p̄ueniēte die mortis. vel irruentibus q̄buſdā cauſis eā non cognouerit. nec frater eius nec vll⁹ de conſanguinitate eius eandem ſibi tollat in vxorem vllo vnq̄ tempe. Item Gregori⁹. Qui deſpōſatam ꝓximi ſui puellā ceperit in coniugiū. anathema ſit ip̄e ⁊ omēs conſentientes ei. q2 ſm legem dei mori decernitur. Nam diuine legis mos eſt ſpōſas appellare ꝯiuges. vt in euāgelio. Accipe mariam ꝯiugē tuā. Et in Deut̄. Si q̄s alteri⁹ ſponſam in agro vel quolibet loco oppreſſerit vel adduxerit in domū ſuā: moriat̄. q̄a vxorem ꝓximi ſui violauit. non que iā vxor erat: ſed que a parentibus vxor fieri debebat. Ex his colligit̄ q̄ ſponſe q̄dam coniuges ſunt ante cōmixtionem ſexuū. Sed forte illud mouet qd̄ in fine capituli dicit̄. non q̄ iam vxor erat: s3 q̄ vxor fieri debebat Qd̄ nō ita intelligi debet q̄ſi vxor vere nō fuerit. ex quo pactio coniugal' interceſſit: s3 q2 nondū traducta fuerat. nec res vxoria interceſſerat. ſ. concubitus ꝯiugal'.

Juli⁹ pa.

Grego.

### Qd̄ aliter accipit̄ in his alijs capitulis ſponſa. l

**Hec etiā ſponſa eſt** que ſic viro deſponſata eſt. vt nō interceſſe

rit ꝯſenſus de pn̄ti: ſʒ ſponſio futuri. Scd̄m
*Ex concilio thiburienſi* quem modū illud decretū intelligit̄ Si q̄s
ſponſam filij oppreſſerit. ⁊ poſt filius eiꝰ eā
duxerit. pater poſtea nō habeat vxorē: nec
mulier virū. filius qui patris facinus igno
rauit aliam ducat. Si coniunx illa fuiſſet:
qđ vtiqʒ foret. ſi in ſponſalibus pactio con
iugalis interceſſiſſet. non ꝑmitteret̄ ſponſo
aliam ducere. Mechis aūt pena nō nubē
di ex rigore infligitur vt alij terreant̄ Idē
ex eodem. Quidam deſponſauit vxorem ⁊
dotauit. ⁊ cum ea coire non potuit. quam
clanculo frater eiꝰ corrupit ⁊ grauidā red-
didit. Decretū eſt vt q̄uis nupta non po-
tuerit eſſe legitimo viro deſponſatā tamen
fratri frater habere non poſſit. ſed mechus
⁊ mecha fornicationis quidem vindictaʒ
ſuſtineant. licita vo eis coniugia nō negen
tur. De illa deſponſatione hoc intelligi de-
bet vbi non fuit conſenſus coniugalis de
p̄ſenti. alioq̄n nō liceret eis alia ſortiri con-
iugia. Scd̄m hoc etiā illud intelligi debet.
*Ex concilio tholetano* Statutū eſt a ſacro ꝯuentu vt ſi q̄s ſpōſaʒ
alterius rapuerit publica pn̄ia mulctetur.
⁊ ſine ſpe ꝯiugij maneat. ⁊ ſi ip̄a eidē crimi
ni ꝯſentiēs nō fuerit. licentia nubendi alt̄i
nō neget̄. Apparet hāc fuiſſe deſpoſatam ſi
ne pactione coniugali de p̄ſenti. ⁊ ideo nō
fuiſſe coniugem. cui viuente ſponſo alt̄i nu
bendi licentia nō negat̄ Sunt eñ quedam
nuptialia pacta de futuro ex q̄bus ſpōſi et
ſponſe vocant̄. nec exinde coniuges ſunt.
Et eſt pactio quedam coniugal' de pn̄ti: q̄
ſponſum ⁊ ſponſam etiam coniuges facit.
⁊ vtraqʒ pactio deſponſatio vel ſponſalia i
terdum dicunt̄. ꝓprie tn̄ ſponſalia dicuntur
q̄dam ſolennia pacta nuptialia.

**Quare nō ſtati tradant̄ ſpōſe. m**

**De nuptialibꝰ pa-**
*Auguſti.* ctis vbi eſt tm̄ ſponſio futuri. Ait Augꝰ.
Inſtitutū eſt vt iam pacte ſponſe non ſtati
tradant̄ ne vilem habeat maritus datam:
quam ſuſpirauit ſpōſus dilatam.

**Que ſpōſa ſit vidua mortuo ſpō-ſo et que non. n**

**Et ē ſciendū q̄ illa**
ſpōſa q̄ tm̄ in futuro eſt pacta: mortuo ſpon
ſo nō remanet vidua. q2 non fuerat vir eiꝰ.
vn̄ ſi q̄s eā duxerit ad ſacros ordines con-
ſcendere nō ꝓhibet̄. q2 nō duxit viduam.
Vidue eñ maritus eque ſicut bigamus ſa
cerdos fieri ꝓhibet̄. Ex tali aūt copula nul
lus arcet̄ a ſacris ordinibus.

**Qui alterius ſponſam eo mortuo ducit. ad ſacros ordines accedere poteſt. o**

**Secunduʒ hoc in-**
telligendū eſt qđ ait Pelagius papa de il-
*Pelagius papa* lo qui mortuo ſponſo eius ſponſam ducit
in vxorē. Nihil eſt inq̄t. q̄tū ad hunc arti
culū attinet. qđ ei obuiet de canonicis inſti-
tutis q̄n ad ſacros ordines ꝓmoueri vale-
at. Si vo talis ſponſa fuiſſet inter quam ⁊
ſpōſum eius ꝯſenſus de pn̄ti interceſſiſſet.
eo mortuo vidua remanſiſſet. cui copulatꝰ
in coniugio vlterius ad ſacros ordines nō
accederet cū viduā duxerit. Non eſt g̊ am
bigendū q̄n ſolus de p̄ſenti conſenſus con-
iugiū efficiat. ⁊ exinde veri ꝯiuges appellē
tur. Ideo poſt taleʒ ꝯſenſum ſi q̄s alij ſe co
pulauerit. etiā ſi carnis cōmixtio illic ſeq̄t
ad p̄orem copulā reuocandus eſt.

**Iſta ē diſtictio. xxvij. huiꝰ quar-**
ti libri. In qua mgr̄ poſtq̄ ſuperius determiauit de
ſacro matrimonij ſm̄ ſe q̄tum ad eius inſtitutioneʒ
Hic determinat de eo q̄tum ad eius cauſam efficien
tem. Et tria facit. Primo ei quid ſit mr̄imoniuʒ diffi
nit. Scd̄o qualis debeat eſſe conſenſus matrimonij
ſubdit. Tertio que ſponſalia coniugiū faciūt ſubiun
git. Primū vſqʒ ibi. Efficiens aūt cauſa matrimonij
Scd̄m vſqʒ ibi. De nuptialibus pactis. In ſpeali ſen
tentia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. quarū
p̄ma eſt hec. Quicunqʒ alicui ꝑ matrimonium legiti-
me copulatur ſine alterius conſenſu ab eo nō ſepera
tur. Hanc magiſter ponens diffinit matrimoniuʒ di
cens. q̄ eſt viri ⁊ mulieris maritalis coniūctio inter
legitimas ꝑſonas indiuiduam vite conſuetudineʒ re
tinens. Ad quam indiuiduaʒ conſuetudinem ꝑtinet
mutua debiti redditio. ⁊ q̄ vnus ſine altero cōtinen
tiam vouere non pōt. nec ſe alteri altero viuēte copu
lare. Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Cauſa efficiens mr̄imo-
nij eſt mutuus conſenſus ꝑ verba de p̄ſenti realit̄ ex
preſſus. Hanc magiſter ponens dicit q̄ cauſa effici-
ens matrimonij eſt conſenſus cordium ꝑ verba de p̄
ſenti expreſſus. aliter matrimoniū fieri non pōt. Et
hoc confirmat magiſter ꝑ multas autoritates q̄ di-
cunt coniugiū eſſe poſt talem conſenſum. etiaʒ ſi car
nalis copula non ſequat̄. Poſtea dicit quoſdaʒ dice-
re añ carnalem copulam ſponſalia eſſe ⁊ nō ꝯiugiū.
⁊ alias dici ſponſas ⁊ alias coniuges ſponſas ⁊ non
ꝯiuges q̄ ſit dr̄a inter ſponſas ⁊ ꝯiuges. Ex hoc ꝓ
bat q̄ ſponſus inuita ſponſa poteſt monaſteriū elige
re ⁊ ecōuerſo. ꝯiugatus vel coniugata non pōt. Au
toritates tn̄ aliquando vocant ſpōſos cōiuges. q2 fu
turi ſunt ꝯiuges. Tertia ꝓpoſitio ē hec. Si quis cū
ſponſa vidua contrahit ꝑ hoc bigamiaʒ nō incurrit
Hanc magiſter inſinuans diſtinguit de ſponſalibus

dicens ꝙ ſponſalia de futuro coniugium non faciũt ſponſalia ꝟo de pñti coniugiũ faciũt. qđ ꝓbat p mꝫ-ta iura .ſ. ꝙ quedam ſunt ſponſalia de futuro ⁊ quedam de pñti. ꝓbat etiam ꝙ iſta ſponſalia differũt. qꝛ poſt ſponſalia de futuro licet ſpõſos ad ſacros ordines aſcendere. nõ aũt poſt ſponſalia de pñti. Et tm̃ in ſpẽali.

## Si conſenſus de futuro cum iuramento faciat coniugiũ. a

DI. XX VIII b

**H**Ic queri debꝫ Utrũ conſenſus de futuro addito etiã iuramento coniugiũ efficiat. vt ſi quis ꝓmittat vel etiam iuret alicui ſe vſqꝫ ad tps placitũ illã ducturꝫ. ⁊ illa ꝓmittat vel iuret ſe illi nupturã. nũqđ talis ſpõſio eos ꝯiuges fecit? Si mutato propoſito alt̃ vel vterqꝫ ad alienã copulã tranſit nunqđ ob ꝑorem ſpõſionẽ iuramẽto ſb-nixam: ſecunde federatiõis pactum ſcindetur? Conſidera qꝛ longe aliud eſt ꝓmittere ⁊ aliud facere. qui ꝓmittit: nõdũ fac̃. Qui ẽ ꝓmiſit ſe in vxorem ducturũ aliquã. nõdum eam duxit vxorem. ⁊ que ſpopondit ſe nupturam nondum nupſit. Quomõ ergo coniuges appellari poſſunt qui nondũ contrahunt: ſed in futuro ſe contracturos iurando ꝓmittũt? Item. Si ex vi iuramẽti ad futurꝫ ptinentis mox efficiuntur coniuges. cur iurant in futuro ſe facturos qđ i preſenti efficiuntur? Itẽ Si ex quo iurant mox efficiuntur cõiuges. tũc rem hanc efficiunt quam iurant ſe facturos. Ideo dico qꝛ cõiugium tunc nõ fuit. ſed futurũ ꝓmittitur. Si vero ille poſt vxorem duxit et illa marito nupſit. coniugiũ vtrinqꝫ fuit. et non poteſt diſſolui. Precedens ergo mendacium vel piuriũ. penitentia eſt corrigendum. ſed cõiugium ſequens non eſt diſſoluendũ. Non autẽ ſic eſt quando iuramentum cõiugij preſentis cõſenſus ateſtatione firmat̃. quia poſt talem conſenſum ſi quis alij ſe copulauerit. etiam ſi ꝓlem ꝓcreauerit. irritum debet fieri. ⁊ ipẽ ad priorem copulam reuocari.

## Que videntur obuiare p̃miſſis nouellarum inſtitutio. b

**P**remiſſe autẽ ſententie videtur obuiare illud qđ leges tradunt. Si qs tactis diuinis ſcripturis iurauerit mulieri ſe eam legitimã vxorẽ habiturũ. vel etiam ſi in oratorio tale ſacramentũ dederit. fit illi legitima vxor. q̃uis nulla dos. nulla alia ſcriptura interpoſita ſit. Sed hic oſtendit̃ quid fieri vl' eſſe debeat. nõ quod tunc fiat. Non eñ p illud iuramẽtum tunc fit vxor. ſed fieri debet. quia iuramentum eſt. Poteſt et de illo iuramento h̃ dictum intelligi vbi de preſenti cõſentiunt ac ſe inuicem ſuſcipiunt. Illi etiã ſententie qua dictum eſt ſolũ cõſenſum facere coniugiũ. videtur obuiare quod euariſtus papa ait. Aliter legitimũ non fit cõiugiũ niſi ab his qui ſup feminã dñationem habere videntur. ⁊ a quibus cuſtoditur vxor petatur. ⁊ a pentibus ſponſetur ⁊ legibus dotetur. ⁊ a ſacerdote vt mos eſt benedicatur ⁊ a panimphis cuſtodiat̃ ac ſolenniter accipiatur. Itẽ. Ita legitima ſcitote eſſe connubia. Aliter vero pſumpta. nõ coniugia ſed adulteria vel fornicationes ſũt niſi voluntas ꝓpria ſuffragata fuerit ⁊ vota ſuccurrerint legitima. Hoc autem nõ ita intelligendũ eſt tanq̃ ſine enumeratl non poſſit eſſe legitimum cõiugiũ. ſed qꝛ ſine illis non habet decorem et honeſtatẽ debitam. In huius eñ ſacramenti celebratione ſicut in alijs quedam ſunt ptinentia ad ſubſtantiã ſacramenti. vt conſenſus de preſenti. qui ſolus ſufficit ad contrahendum matrimonium. quedam vero ptinentia ad decorem et ſolennitatem ſacramenti. vt pentũ traditio ſacerdotũ benedictio et hmõi. ſine quibus legitime fit coniugium. quantum ad virtutem non quantum ad honeſtatem ſacramẽti. Sine his ergo non quaſi legitimi coniuges. ſed quaſi adulteri vel fornicatores cõueniunt vt illi qui clanculo nubũt et vtiqꝫ fornicatores eſſent niſi eis ſuffragaret̃ voluntas verbis expreſſa de preſenti. que legitimum inter eos facit matrimonium. Nam et conſenſus occultus đ preſenti per verba expreſſus coniugium facit. licet non ſit ibi honeſtus contractus. ſed matrimonium non ſancit cõſenſus qui in occulto fuit. Si enim alter alterum dimiſerit non cogitur iudicio eccleſie redire. et commanere quaſi cum coniuge. quia non poteſt probari teſtibus contractus qui in occulto eſt factus. Et ſi ipſi qui in occulto ſibi conſenſerunt. eundem conſenſum voluntarie in manifeſto ꝓfiteantur. tunc vtiqꝫ ꝓpria volũtas ſuffragatur. et legitima vota ſuccurrũt ad ſanciẽdũ ꝯiugiũ qđ pri⁹ occulte fuerat ꝯctũ. Volũtas ẽ ꝟbis exp̃ſſa i occulto ad h̃ ſuffragat̃ vt fiat ꝯiugium. manifeſte ꝟo exp̃ſſa ſuffragat̃ vt ſanciat et roboret ac liberũ ſit ecclĩe đ hoc iudicare ſi expedierit.

Determĩatio

Que ad neceſſitatem. q̃ ad decorẽ ptinent ſacri.

De qua re ſit conſenſus ille. an de
carnali copula. an de cohabitatio
ne. an de alio. c

# Hic queritur cũ cõ

ſenſus de pñſenti matrimoniũ faciat: cuius
rei ꝯſenſus ſit ille: an carnalis copule: an co
habitationis: an vtriuſqꝫ? Si cohabitatio
nis conſenſus matrimoniũ facit. tũc frater
cum ſorore: pater cuꝫ filia põt ꝯtrahere ma
trimonium. Si carnalis copule. tunc inter
Mariã ꝛ Joſeph nõ fuit ꝯiugiũ. Propo
ſuerat enĩ Maria in ꝟginitate manere: ni-
ſi deus aliter facere iuberet. ſꝫm qd vidꝛ an
gelo dixiſſe. Quõ fiet iſtud qm̃ virũ non co
gnoſco. i. me non cogniturã ꝓpoſui. Neqꝫ
enĩ qꝛ virũ tũc nõ cogñſcebat. neceſſe erat i-
quiri quõ poſſet hr̃e filiũ: ſed qꝛ ſe nũqꝫ co
gnituram ꝓpoſuerat. Dicit enĩ Beda ꝙ in
ꝟginitate manere diſpoſuerat. Si ḡ ꝯ ſuuꝫ
ꝓpoſitum poſt conſenſit in carnalem copu
lam videt̃ facta voti rea: mẽte ꝛ ſi nõ ope-
re violata. Dicamus ḡ ꝙ conſenſus coha-
bitationis vel carnalis copule non facit cõ
iugiũ: ſed conſenſus coniugal' ſocietatis ꝟ
bis ſꝫm pñſens tempus expreſſus. vt cũ vir
dicit. Ego accipiam te in meam. non domi
nam. non ancillã: ſed coniugem. Quia enĩ
non ancilla vel dña dat̃. ideo nec de ſũmo
nec de imo a pñcipio formata eſt: ſed de la-
tere viri ob coniugalẽ ſocietatẽ. Si de ſum
mo fieret. vt de capite. videret̃ ad domina
tionem creata. Si ꝟo de imo: vt de pedibꝰ
videret̃ ad ſuitutem ſubijciendã. Sed qa
nec in dñam nec in ancillam aſſumit̃. facta
eſt de medio. i. de latere. qꝛ ad coniugalem
ſocietatem aſſumit̃. Cum ḡ ſic conueniunt
et dicat vir. accipio te in meam coniugem
et dicat mulier. accipio te in meum virum
his ꝟbis vel alijs idem ſignificantibꝰ ex-
pmitur ꝯſenſus. nõ copule carnal' vl' coha-
bitationis corpalis: ſed coniugal' ſocietatis.
Ex qua oportet eos cohabitare. niſi forte
cauſa religionis pari voto corpaliter ſepa-
rent̃ vel ad tempus vſqꝫ in finem.

Beda ſup lucam

Ecce in quam rem fuit ille conſenſus

Quare de latere viri formata ſit mlr

Iſta eſt diſtinctio. xxviij. huius
quarti libri. In qua mgr̃ poſtqꝫ oſtenſum eſt ꝙ con-
ſenſus eſt cauſa efficiens matrimonij. Hic ꝟo oſten-
dit qualis debeat eſſe conſenſus qui mr̃imoniũ facit
Et tria facit. Primo inquirit vtrũ conſenſus de futu
ro iuramento confirmatus verũ facit matrimonium
Scd̃o ſubdit quid parentum traditio ꝛ ſacerdotum
benedictio faciũt ad matrimoniũ. Tertio ſubiungit
quõ ꝟbis quibus contrahit̃ mr̃imonium non expri-
mitur conſenſus copule carnalis. Primũ facit a pñn-
cipio diſtin. vſqꝫ ibi. Premiſſe autẽ ſnĩe. Scd̃m vſqꝫ
ibi. Hic querit̃ cum conſenſus. Tertiũ ꝟo vſqꝫ ad fi
nem diſtinctõis. In ſpeciali ſententia mgr̃i ſtat ĩ tri-
bus ꝓpoſitionibꝰ quarũ pma eſt hec. Nõ tenet mr̃i-
moniũ qd ꝑ ꝯſenſum de futuro contrahit̃. licꝫ fuerit
etiã iuramento ſtabilitũ. Hanc magiſter inſinuans
querit pmo. Utrum conſenſus de futuro firmatꝰ iu-
ramento faciat verum mr̃imonium? Et oſtendit p-
mo ꝙ non. qꝛ ꝑ talia verba ꝓmittitur futurus con-
ſenſus nõ pñs exhibet̃ ꝛ ꝑ iuramentũ nihil aliud fit
ꝙ confirmatio ꝓmiſſionis ſuꝑ contracto faciendo.
vñ ſi alter vel vterqꝫ ſic ꝓmittentiũ ad aliam copulã
tranſierit coniugiũ verũ fit. ꝛ nõ põt diſſolui. nec ꝑ
pcedentẽ ſponſionem impedit̃. Poſtea obijcit in cõ-
trariũ huiꝰ ꝑ quandã legẽ. Et rñdet ꝙ lex illa loqui
tur de iuramento adhibito ꝟbis de pñti. vel lex di-
cit poſt iuramentũ de futuro mr̃imoniũ fieri debere
nõ ante fore. Scd̃a ꝓpoſitio eſt hec. Parentũ tradi
tio ꝛ ſacerdotis benedictio ad iſtius ſacramenti ꝯti-
nent ſolennitatẽ. ſed conſenſus mutuus ad ipiꝰ per-
tinet realitatẽ. Hanc mgr̃ inſinuans dicit ꝙ quia ſu-
pradictum eſt in precepenti diſtinctione ꝙ ſolus cõ-
ſenſus facit mr̃imonium. Obijcit in contrariũ dicen
do mr̃imoniuꝫ nõ eſſe ſi nõ interueniat dos ꝛ benedi
ctio ꝛ ſolẽnis traditio. Et rñdet mgr̃ ꝙ talia ſunt de
honeſtate ꝛ ſolennitate ſacramenti. occultus enĩ con
ſenſus ꝑ verba de pñſenti expreſſus facit mr̃imonium
ꝙuis tñ eccleſia talem conſenſum iudicio non ꝓſeqt̃
Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Illis ꝟbis quibus mr̃imo-
nium contrahit̃ conſenſus copule carnalis ꝛ cõiuga
lis non expmit̃. Hanc mgr̃ inſinuans querit. In qd
debeat eſſe conſenſus faciens matrimoniuꝫ. an in co
habitationem. Si ſic. tunc frater ꝛ ſoror eſſent con-
iuges. ſi ꝟo in carnalem copulam. tunc inter beataꝫ
ꝟginem ꝛ Joſeph non fuiſſet matrimoniũ ſeu con-
iugium. Et reſpondet dicens ꝙ conſenſus ille debet
eſſe in coniugalem ſocietatem. in cuius ſocietatis ſi-
gnum mulier nõ de capite nec de pedibus: ſed de la-
tere viri formata fuit. Et tñ in ſpẽali.

Coactio excludit conſenſum con D. XXIX
iugalem. a

# Oportet autez

conſenſum coniugalem liberum
eſſe a coactione. Coactus enĩ cõ
ſenſus qꝫ nec ꝯſenſus appellari debet. coniu
gium non facit. ſicut teſtat̃ vrbanus papa Urbanus
ſcribens ſancio regi arroganum in h ꝟba. papa
De neptis tue coniugio quam te cuidã mi
liti daturum neceſſitatis inſtãte articulo ſb
fidei pollicitatione confirmaſti. hoc equi-
tate dictante decreuimus vt ſi illa ſ virũ illũ
omnino vt dicit̃ renuit. ꝛ in eadem volun-
tate perſiſtit. vt viro illi ſe prorſus deneget
nupturam. nequaqꝫ eam inuitam ac renitẽ
tem eiuſdem viri cogas cõiugio copulari.
Idem. Si verũ eſſe conſtiterit quod nobis
legati iordanis pñcipis retulerunt. ſ. ꝙ ipſe
coactus ꝛ dolens filiam ſuam flentem et ꝑ
viribus renitentem rainaldo deſpõſauerit
quoniã legum ꝛ canonum autoritas talia

ret. in cuius ſententiā fidei diceret̄ ꝯſenſiſſe
Non in hereticorū ſectam: ſed in integrita-
tem fidei quam ille hereticus ſe mentiebat̄
habere. Error ṽo fortune cōſenſum nō ex-
cludit. Que em̄ nubit pauperi putās illuꝫ
eſſe diuitem. non pōt renūciare p̄ori condi
tioni q̄uis errauerit. Nec error qualitatis
vt ſi quis ducat vxorem meretricē vel cor
ruptam quam putat eſſe caſtam vl' ṽgineꝫ
nō pōt eam dimittere.

## De cōiugio Marie et Joſeoh. b

# Premiſſis aliquid

addendum eſt de mō illius ꝯſenſus. qui in
ter Mariā ⁊ Joſeph interceſſit. Sane cre
di poteſt non ſolū Mariā ſed etiā Joſeph
apud ſe diſpoſuiſſe ṽginitatem ſuare vel-
le: niſi deus aliter iuberet. eoſq̄ ſic conſen
ſiſſe in ꝯiugalem ſocietateꝫ. vt vterq̄ de al
tero reuelante ſpū ſancto intelligeret q̄ ṽgi
nitatem ſuare vellet. niſi deus alit̄ inſpira
ret. ſed illam voluntatem ṽbis nō expreſſe
rant. poſtea ṽo expreſſerunt ⁊ in virgini-
tate p̄manſerunt. Conſenſit ḡ Maria ī ma
ritalem ſocietatem: ſed nō in carnalē copu-
lam. niſi de eadem ſpecialiter deus p̄cipet.
cuius etiam conſilio in maritalem cōſenſit
copulam. q̄z ṽginitatem ſuare volebat. et
ideo nō aliter conſenſiſſet in coniugaleꝫ ſo
cietatem: niſi familiare dei conſiliū habuiſ
ſet. De qua Aug⁹. ſic ait. Beata maria ꝓ-
poſuit ſe ſuaturam votum ṽginitatis in
Copula ergo maritalis que eſt inter infideles coniugium eſt legitimum. ſed nō ratum. Legitimū q̄a eſt inter legitimas perſonas. ſed non ratum. quia ſine fide. Coniugium vero fideliū eſt legitimum ⁊ ratum. ſi tamen legitime ſunt perſone. Qꝫ autem legitima ſit infidelium coniunctio Auguſti. teſtatur dicens. Uxor legitima ſocietate cōiuncta ſine vlla culpa relinquitur ſi cum viro chriſtiano pmanare noluerit. Ex hoc etiam probat̃ φ infideli ad fidem conuerſo apoſtolus conſuluit infidelem non dimittere. Quod nō faceret. ſi nō eſſet inter eos legitīum cōiugium Legitimū eſt qđ legali inſtitutione vel prouincie moribus nō contra iuſſionē domini contrahitur.

Aug⁹. in lib. de fide et operibus.

# DI. XL

Iſta ē diſtictio. xxxix. huiꝰ quarti libri. In qua mgr̄ poſtꝙ̄ ſupius determiauit de impedimentis mr̄imonij q̄ faciūt ꝑſonā ſimplicit̄ illegitimā. Hic determiat de impedimēto qḋ facit eā illegitimā reſpectu alterius ꝑſone. Et tria facit. Primo eīm oſtendit ꝙ diſpar cultꝰ ꝑſonas illegitimas facit ad contrahendū. Scḋo declarat vtrū duox īfideliū mr̄imonialit̄ cōiunctorū vnus ad fidē ꝯuerſus poſſꝫ relinquere nō ꝯuerſum. Tertio quō duox infideliū nō poſſit eſſe verū mr̄imoniū. Pria ps vſqꝫ ibi. Huic aūt vidr̄ obuiare. Scḋa vſqꝫ ibi. Sed hoc nō eſt itelligendū. Tertia vo vſqꝫ ad fi. di. In ſpēali ſentētia mgr̄i ſtat in tribꝰ ꝓpoſitōibꝰ quarū pma ē hec. Diuerſe religionis ꝑſone ad ꝯtrahēdū ſil̄r mr̄imonialit̄ ſunt illegitime. Hāc mgr̄ ponēs ꝓponit pmo ꝙ mr̄imoniū ꝯtrahi nō pōt ab his q̄ ſunt diuerſe religiōis Diſpar eīm cultus facit ꝑſonas illegitimas ad cōtrahendū. qḋ pluribꝰ autoritatibꝰ ꝓbat. Poſtea obijcit in cōtrariū ꝑ aplm̄ q̄ dicit. ꝙ ſi qs hꝫ vxorē infidelē ⁊ hec ꝯſentit habitare cū iſto. nō dimittet illā. ⁊ ſil̄r dicit de mlr̄e. Et rn̄det ꝙ qꝛ illud dictū eſt. ſ. ꝙ qui ſunt diſpares in cultu ꝯtrahere nō pn̄t intelligēdū ē de ill̄ q̄ exiſtūt in diſpari religiōe cultu ſeu fide. q. ſ. ſic manētes ꝯtrahere nō pn̄t. Qḋ apl's ait intelligēdū eſt de ill̄ q̄ vniꝰ infidelitatis fuerūt qn̄ coniuncti ſunt poſtmodū vnꝰ ſine altero ad fidē ꝯuerſus ē. qn̄ eīm ſic ē. ſi infidel̄ cū cohabitare ꝯſentit. tunc ſuadet apl's fideli vt eā nō dimittat. qm̄ forte ꝑ fidelē ſaluāda eſt. pōt tm̄ licite fidel̄ infidelē dimittere. etiā cohabitare volentē. qꝛ ipā infidelitas eſt q̄dam fornicatō ſpūalis ꝓpter quā pōt vxoꝛ dimitti ſicut ꝓpter fornicationē coꝛpalem. q̄ oīa autoritatibꝰ ꝓbat. Ex his infert ſcḋam ꝓpoſitionē q̄ eſt. Fidel̄ vir pōt licite infidelē vxorē dimittere ⁊ ecōuerſo. ptꝫ ex pmiſſis Poſtea q̄rit. vtrū ꝓpter aliud vitiū ꝙ̄ infidelitatē poſſit dimitti? Et rn̄det ꝙ vir ſine crimīe pōt vxorē dimittere ⁊ ecōuerſo vxoꝛ virū ꝓpter quaſdā ꝯcupiſcentias q̄ aberrare faciūt aīam a lege dei. ⁊ nō ſolū propter infidelitatē. qḋ autoritatibus ꝓbat. Poſtea q̄rit ſi fidel̄ infidelē dimittat. vel infidelis a fideli recedat. vtrū liceat fideli aliā ducere. Et arguit ꝑ autoritates ad vtrāqꝫ ꝑtem. ⁊ cōtrarietates diſſoluēs dic̄. ꝙ ſi fidel̄ dimittat infidelē volentē ſecū cohabitare ſine contumelia ſaluatoꝛis nō pōt alterā ducere ea viuente. Si vo infidel̄ diſcedat ⁊ dimittit fidelē volētem ſecum habitare non tenet̄ ſequi diſcedentē: ſed licet ei alterā ducere. hoc aūt intelligendū eſt de illis q̄ in infidelitate coniuncti ſunt. ſed ſi vterqꝫ ad fidelitatem cōuerſus eſt. vel ſi vterqꝫ fidelis exiſtēs matrimonio cōiunctus ⁊ poſtea alter illoꝛū a fidelitate diſceſſerit ⁊ fidelem derelinq̄t. nō debet dimiſſus diſcedentem infidelem ſequi. tamen illa viuente non pōt aliam ducere. qꝛ inter eos fuit ꝯiugiū ratū qḋ diſſolui non pōt. Tertia ꝓpoſitio ē hec. Cōiugiū īfideliū minime eſſe ratū. patꝫ ex hoc ꝙ omīs eoꝛū ꝯactio veriſſime eſt pctm̄. Hāc mgr̄ inſinuās dicit inter infideles nō eſſe ꝯiugia. qꝛ eoꝛū copula nō eſt rata cuꝫ ſolui poſſit. nec eoꝛū cōiugia eſſe legitima. cū nō ſint ex fide. omne aūt qḋ nō eſt ex fide: pctm̄ eſt. ſm̄ apl'um Hoc idē etiā oſtēdit ꝑ Augu. Mgr̄ aūt dicit ꝙ inter infideles eſt legitimū mr̄imoniū. qꝛ eſt inter legitīas ꝑſonas. ſed non eſt ratū. qꝛ non eſt cū fide. qḋ ꝑ autoritates ꝓbat. Coniugiū aūt fideliū eſt legitimum ⁊ ratum: ſi legitime ſint ꝑſone. Et ſoluit dicendo ad autoritatē beati Augu. Coniugiū aūt infideliū verū eſt: ſed nō habet illud triplex bonū qḋ excuſat coitū nec meret̄ pmium. Exponit etiā illud apoſtoli. Omne qḋ nō ex fide eſt: peccatū eſt. Et tm̄ in ſpēali de ſententia huius diſtinctiōis.

## De cognatione carnali et ſpūali et prius de carnali. a

DI. XL

Nunc ſupereſt de cognatione aliq̄d dicere. Eſt autem cognatio alia carnal̄ alia ſpūalis. Primū de carnali cognatiōe ⁊ affinitate inſpiciamus. Cognati g̊ vl̄ affines in ſeptimo gradu vel infra copulari non debent. Vn̄ Gre. Progeniem ſuā vnūquēqꝫ vſqꝫ ad ſeptimā obſeruare decernimꝰ generationē. ⁊ q̄diu ſe agnoſcunt affinitate ꝓpinq̄s. ad ꝯiugalem copulā accedere denegamus. qḋ ſi fecerint: ſepent̄. Itē Nicola. papa. De ꝯſanguinitate ſua nullus vxorē ducat vſqꝫ poſt generatiōꝫ ſeptimā vl̄ quouſqꝫ parentela cog̊ſci pōt. Itē. Nulli ex ꝓpinq̄tate ſui ſanguinis vſqꝫ ad ſeptimū gradum vxores ducāt. His autoꝛitatibꝰ alijſqꝫ pluribꝰ ꝯſanguineoꝛū ꝯiunctiōes ꝓhibentur vſqꝫ ad ſeptimū gradum. Grego. epiſ gallie. Nico. papa.

## De computatione graduum conſanguinitatis. b

Quomodo autem gradus cōſanguinitatis computandi ſint: Iſidorus oſtendit ſic. Series ꝯſanguinitatis ſex gradibus dirimit̄ hoc mō. Filius ⁊ filia qḋ eſt frater ⁊ ſoroꝛ. ſit ipe trūcus Illis ſeoꝛſum ſeiunctis: ex radice illiꝰ trunci egrediunt̄ iſti ramunculi. nepos ⁊ neptis primus. pronepos ⁊ ꝓneptis ſcḋus. abnepos ⁊ abneptis tertius. adnepos ⁊ adneptis quartus. trinepos ⁊ trineptis quintꝰ trinepotis nepos ⁊ trinepotis neptis ſextꝰ Attende ꝙ ſex g̃dus tm̄ ponit Iſi. qꝛ truncum inter g̃dus nō cōputat. Alij vo qui ſeptem g̃dus ponuut truncū inter g̃dus cōputant. varie nanqꝫ cōputant̄ g̃dus cōſanguinitatis. Alij eīm pr̄em in pmo g̃du. filios in ſcḋo ponūt. Alij pmum g̃dū filios appellāt. negantes g̃dū cōgnatōis inter pr̄eꝫ ⁊ filiū eſſe. cum vna caro ſint pater ⁊ filius Autoꝛitates g̊ q̄ ꝯſanguinitatis cautelam vſqꝫ in ſeptimū g̃dum ꝓhibēt. pr̄eꝫ ponūt in pmo gradu. Ille vo que vſqꝫ ad ſextum g̃dum ꝓhibent. pmū g̃dū filios appellant. atqꝫ ita fit vt eedem ꝑſone ſm̄ hanc diuerſitatem inueniant̄ in ſexto ⁊ ſeptimo gradu. Pr̄em vo in pmo g̃du ponit: q̄ fratres dicit eſſe ſcḋm g̃dum. Hoc modo computat Zacharias papa inquiens. Parētele gra-

Iſido.

Zacharias aliṫ cōputat.

dus aliter cõputamus. Ego ꝛ frater meus vna generatio ſumus. pͥmumqꝫ gradũ effi=cimus. Rurſus filius meus ꝛ fratris mei fi=lius ſcđa generatio ſunt. ꝛ ſecundũ gͣduꝫ fa=ciũt ad hũc modũ cetere ſucceſſiões. Inter illos vͦo q̄ ſex cõputãt gͣdus: ꝛ illos q̄ ſeptẽ cõputant gͣdus. nulla in ſenſu exiſtit diuer=ſitas. Quis in numero gͣduum varietas vi=deatur. Ultima vͦo generatio ſi a fratribꝰ ſumat initiũ numerandi ſeptima inuenit̃.

## Quare ſex gradus cõputant̃. c

**Quare vo ſex com**putet Iſið. ipſe aperit dicens. Cõſanguini=tas dum ſe paulatim ꝓpaginũ ordinibꝰ di=rimens vſqꝫ ad vltimũ gradũ ꝓtraxerit et ꝓpinquitas eſſe deſierit. tunc pͥmum lex in matrimonij vinculũ eam recipiet. ꝛ quodã modo incipiet reuocare fugientẽ. Iđ autẽ vſqꝫ ad ſextum generis gradũ cõſanguini=tas conſtituta eſt. vt ſicut. vj. etatibꝰ mun=di generatio ꝛ homis ſtatꝰ finit̃. ita ꝓpinq̄=tas generis tot gradibus terminet̃. In hiſ ſex gradibus oīa ꝓpinquitatũ noīa ꝯtinẽ=tur. vltra quos nec affinitas iueniri nec ſuc=

Quare ſeptẽ

ceſſio põt amplius ꝓpagari. Scđm alios ſeptem gͣdus ideo computant̃: vt ita poſt ſeptem gradus ſpõſus ſponſe iungat̃. ſicut poſt hãc vitã q̄ ſeptem diebꝰ agitur ecclia

De diſpenſa=tiõe Gre. er=ga anglos

xp̄o iunget̃. His aũt occurrit illud qđ Gregꝰ. Auguſtino anglorũ ep̄o a quo re=quiſitus fuerat. quota generatione debeãt copulari. reſcribit ſic. Quedam lex rhoma=na pmittit. vt ſiue fratri vel ſororis ſeu duo=rum fratrũ germanorũ ſeu duarũ ſororum filius ꝛ filia miſceant̃. Sed experimẽto di=

Iohes Chry=ſoſt. Cõſtan=tinopolitanꝰ ep̄s.

dicimus ex tali coniugio ſobolẽ non poſſe ſuccreſcere. Un̄ neceſſe eſt vt quarta vel quinta generatio fideliũ licenter ſibi cõiun=gatur. Sed poſt mltũ tpis idẽ Gregꝰ. a fe=lice meſſine ſicilie pͥſule reqͥſitus. vtrũ Au=guſtino ſcripſerit vt angloꝝ quarta gene=ratione contracta mr̄imonia nõ ſoluerent̃. inter cetera talem reddidit rationẽ. Quod ſcripſi Auguſtino angloꝝ ep̄o. ipi etiã an=glorũ genti que nup ad fidem venerat: ne a bono quo cepat metuendo auſteriora rece=dere. ſpecialit̃ ꝛ non generalit̃ me cognſcas ſcripſiſſe. Nec ideo hec eis ſcripſi vt poſtqꝫ in fide fuerint ſolidati. ſi infra ꝓpriam con=ſanguinitatem inuenti fuerint: nõ ſepentur aut infra affinitatis lineã. i. vſqꝫ ad ſeptimã generationem iungant̃.

Iſta eſt diſtinctio. xl. huius quar=ti libri. In qua mgr̄ poſtqꝫ ſupius determiauit de i=pedimentis matrimonij diſparis cultus quod red=dit pſonam illegitimaꝫ ad contrahendũ reſpectu ali=cuius pſone ꝓpter diſtantiã ad ipam. Hic determi=nat de impedimentis mr̄imonij q̄ faciũt pſonã illegi=mam ad contrahendũ reſpectu alicuiꝰ pſone ꝓpter ꝓpinq̄tatem ad ipam. Et tota ſnĩa mgr̄i v̄ſatur in hac diſtin. circa hoc. ſ. q̄ cognatio carnal̃ ꝛ ſpũalis mr̄imoniũ impediũt. Sentẽtia in hac diſtinctiõe ſtat in iſta ꝓpoſitiõe. Cognatio quedam dicitur carnal̃. q̄dam vͦo ſpũalis. ꝛ infra quartũ gradum nõ poſſũt cognati inire mr̄imoniũ. vt dicit decretal̃. Hanc ma=giſter inſinuans ꝓponit pͥmo de cognatiõe ꝛ affini=tate eſſe dicendũ. de q̄bus duabꝰ ſubdit q̄ cognati ꝛ affines in ſeptimo gradu ꝛ infra copulari nõ debẽt qđ p autoritates ꝓbat. Poſtea dicit q̄ gradus ꝯſan=guinitatis a diuerſis diuerſimode cõputãt. Quidã em̄ vt Iſi. cõputat ſex gradus. ipm em̄ ꝯſanguinita=tis truncũ inter gradus non cõputat. qꝛ inter patrẽ ꝛ filiũ negat eẽ ꝯſanguinitatis gradus: ſcꝫ cũ quaſi ſint vna caro. Si ergo ſuppoſito filio ꝛ filia fratre et ſo=rore q̄ſi trunco. in pͥmo nepos ꝛ neptis. in ſcđo ꝓne=pos ꝛ ꝓneptis. in tertio abnepos ꝛ abneptis. in q̄r=to adnepos ꝛ adneptis. in quinto trinepos ꝛ trine=ptis. in ſexto trinepotis nepos ꝛ trineptis neptis. Alij vͦo q̄ p̄rem in pͥmo gradu ponũt. inter p̄rem q̄=dem ꝛ filiũ ponunt eſſe cognatiõis gradũ. Et hi ſe=ptem gradus computant. ꝛ q̄uis varij in nũero gra=duũ inueniant̃. nulla tñ exiſtit diuerſitas q̄tũ ad ter=minũ: ſꝫ tñ q̄tũ ad initiũ. Poſtea mgr̄ aſſig̃t hꝰ cõ=putatiõis gͣduũ rõem. Ultimo opponit in ꝯtrariũ p Grego. q̄ ſcribens Augu. anglicorũ ep̄o a quo req̄ſi=tus fuerat quota generatione deberẽt cõnubia fieri dicit q̄ pñt licite fieri in quarta ꝛ q̄nta generatione. Sed ad hoc rñdet ipm dictũ Grego. qui dicit ſe hoc non generalit̃ dixiſſe: ſed ſpecialit̃ cõceſſiſſe genti an=glicorũ qui nup ad fidem venerunt: ne a bono qđ in=ceperant metuendo auſteriora: recedant. quibus tñ poſtea in fide ſolidatis dicit hoc non licite: imo ſi in=fra conſanguinitatis lineam ꝓpriam aut affinitatis lineam ꝓpriam ſeptimã. ſ. generationem inuẽti fue=rint copulati nõ ſepant̃. His dictis mgr̄i addo ex di=ctis doctorũ aliorũ q̄ mgr̄i ſententia de gradibꝰ cõ=ſanguinitatis dudum habita p ſummum pontificem eſt remota. Et tñ in ſpẽali.

## De gradibus affinitatis. a

DI. XLI

**Nunc de affini**tate videndum eſt. de qua Gre=gorius ait. Porro de affinitate quam dicitis parentelã eſſe q̄ ad virum ex pte vxoris: ſeu que ex parte viri ad vxoreꝫ ptinet. manifeſta ratio eſt. qꝛ ſi ſm diuinã ſententiam ego ꝛ vxor mea ſumus vna ca=ro. profecto mihi ꝛ illi mea ſuaqꝫ parente=la ꝓpinquitas vna efficitur. Quo circa et ſoror vxoris mee in vno ꝛ pͥmo gradu eri=mus. filius vͦo eiꝰ ſecundo gradu erit a me. nepꝰ vͦo in tertio. Idqꝫ vtriqꝫ in ceťis agẽ=dũ eſt in ſucceſſiõibꝰ. Uxorẽ vͦo ꝓpiq̄ cuiꝰ cũqꝫ gͣdus ſit. ita me oportꝫ attẽdere. quẽ=

admodum ipſius q̄ʒ gradus aliqua femina
proprie ꝓpinquitatis ſit. Quod nimirum
vxori mee de ꝓpinquitate viri ſui in cūctis
cognationis gradibus cōuenit obſeruare.
Qui vero alioꝛſum ſentiunt antichriſti ſunt.
*Ex concilio maciensi* Item Julius papa. Equaliter vir coniūga
tur conſanguineis ꝓprijs ⁊ conſanguineis
vxoris. Item Iſidorus. Sane ꝯſanguini-
tas que in ꝓprio viro conſeruanda eſt. etiā
in vxoris parentela de lege nuptiarū cuſto
dienda eſt. q2 conſtat eos duos fuiſſe i car-
ne vna. Jdēq3 cōmunis eſt illis vtraq3 parē
tela. Item Julius papa. Nullū in vtroq3
ſexu pmittimus ex ꝓpinquitate ſui ſangui
nis vel vxoris vſq3 in ſeptimum generatio
nis gradum vxorem ducere. vel inceſti ma
cula copulari. quia ſicut non licet cuiq3 de
ſua conſanguinitate chriſtiano. ſic nec de
conſanguinitate vxoris ꝯiugem ducere ꝓ
*In concilio medensi* pter carnis vnitatem. Item Greg⁹. De af
finitate conſanguinitatis p gradus cogna
tionis placuit vſq3 ad ſeptimam generatio
nem obſeruare. Nam ⁊ hereditas rerum p
legales inſtrumentorū diffinitiones ſanci-
ta. vſq3 ad ſeptimū gradum heredum ꝓtē-
dit ſucceſſionem. Non enī eis ſuccederent:
niſi de ꝓpagine cognatōnis deberetur. His
autoritatib⁹ inſinuatur. ⁊ que ſit affinitas. et
vſq3 ad quem gradum ſit obſeruanda .ſ. vſq3
ad ſeptimū.

Varie traditiões de affinitate. b

# Sed alij videntur
concedere in q̄nta generatione inter affines
contrahi coniugiū. ⁊ in quarta etiam ſi cō-
tractum fuerit non ſepari. Ait enī Fabia-
*Fabian⁹ pa.* nus papa. De ꝓpinquis qui ad affinitatē
p virum ⁊ vxorem veniūt. defuncta vxo-
re vel viro in quinta generatione iungantur
In quarta ſi inuenti fuerint non ſeparentur.
In tertia vero ꝓpinquitate non licet vxorē
alterius accipe poſt obitum eius. Equali-
ter vir iungatur in matrimonio eis q̄ ſibi cō-
ſanguinei ſunt. ⁊ vxoris ſue conſanguineis
poſt mortem vxoris. Ecce hic conceditur in
q̄nta vel quarta ꝓpinquitate affiniū fieri
*Julius papa* ꝯiugiū. Julius etiā papa ait. Statutū eſt
vt relictā pr̄is vxoris ſue. relictā fr̄is vxo-
ris ſue. relictā filij vxoris ſue. nemo ſibi in
matrimoniū ſumat. relictam vxorem conſan
guineorū vxoris ſue vſq3 in tertiā ꝓgeniē
nemo in vxorem ſumat. In q̄rta vero ⁊ quī-
ta ſi inuenti fuerint non ſeparentur. Ecce q̄ʒ
varie de affinitatis obſeruatione loquuntur
autores. Alij enī vſq3 ad ſeptimū gradum
eam obſeruari ſanciūt. Alij vero in quīto vel
quarto matrimonia contracta nō diuidūt.
Sed illi veritatis rigorem. iſti miſericordie diſ-
penſationem videntur ꝓponere. Pōt enim
eccleſia diſpenſare in copula affinium vſq3
ad tertium gradum. ſicut Greg⁹. diſpenſa
uit in quarto gradu conſanguinitatis. Il-
lud aūt non eſt p̄tereundum quod Grego. *Grego.*
Venerio epiſcopo ſcripſit. Sedē apoſto
licam conſulere decreuiſti. ſi mulier copu-
la nuptiali extraneo viro ꝯiuncta cog̃tioni
eius ptineat. ſi eo defuncto cognatio mane
at vel ſub alio viro cognatōis vocabula diſ
ſoluantur. vel ſi ſuſcepte ſoboles poſſunt legi
time ad p̄oris viri cognationis tranſire co
pulam. Si vna caro fuerit. quō aliq̄s eo-
rum poteſt ꝓpinquus vni ptinere: niſi pti
neat alteri? Hoc minime poſſe fieri creden-
dum eſt. Porro vno defuncto. in ſuperſti-
te affinitas non deletur. nec alia copula con-
iugalis affinitatē copule p̄oris ſoluere va
let. ſed nec alterius coniunctionis ſoboles
placet ad affinitatis p̄oris viri conſortium
tranſire. Si quis ergo ſacrilego ⁊ temera-
rio auſo in defuncto querit ꝓpinquitatem
extinguere. vel ſub altero affinitatis voca-
bula diſſipare vel ſuſceptas ſoboles alteri⁹
copule ꝓpinquitati p̄oris credit legitīe ſo-
ciari. hic negat dei verbum validum eſſe qđ
dixit. Erunt duo in carne vna. Ecce hic ꝓ
hibet ſi mortuo p̄mo viro vxor eius alij nu
pſerit. filios de ſecundo viro genitos duce
re vxores de cognatione p̄oris viri. quia fi-
lij mediante matre ad cognationem p̄oris
viri ptinent. cum quo mater eorū vna ca
ro extiterat. Hoc idem etiam Innocenti⁹ *Innocē. pa.*
papa ait. Si qua mulier ad ſecūdas nupti
as tranſierit ⁊ ex eis ſobolem genuerit. nul
latenus poteſt ad conſortiū cognatiōis pri
oris viri ptingere. Hoc autem obſeruandū
eſt vſq3 ad ſeptimū generis gradum. ſed ma-
xime vſq3 ad tertiū ⁊ quartum. ſicut ſupra
poſitum eſt.

Si coniugiū ſit inter eos qui nota
conſanguinitate diuiduntur. c

# Et eſt ſciendū q̄ ec
cleſia infra p̄dictos gradus conſanguinita
tis coniunctos ſepat. Si autem ignorāter
coniuncti fuerint in conſpectu eccle ⁊ poſt-

Quid ſit: Fornicatio. Stuprum. Adulterium. Inceſtus. Raptus.

modum ꝓbata conſanguinitate eiuſdez iudicio ſeparan. Queritur vtrum copula illa coniugiū fuerit. Quibuſdam videt̄ nō fuiſſe coniugiū. q: non erant legitime ꝑſone: ſed tamen de crimine excuſant̄ ꝑ ignorantiam. ⁊ quaſi coniugiū reputat̄. quia bona fide ⁊ ꝑ manum eccleſie conuenerūt. Unde ⁊ filij eoꝝ legitimi habentur. Alij vero dicunt fuiſſe coniugiū licet nō eſſent legitime ꝑſone. quia talium coniunctiones vocant canones coniugia. vbi de ꝑſonis agitur quarum teſtimonio conſanguineoꝝ ſit dirimenda coniunctio. Unde Urbanun papa. Si duo viri vel tres conſanguinitatem iureiurando firmauerint. vel ipſi forte confeſſi fuerint: coniugia diſſoluant̄. Si vero neutrum contigerit epiſcopi eos ꝑ fidem chriſti obteſtentur. quatinus palam fateantur ſi ſe re cognoſcunt conſanguineos. Si ſe iudicio epiſcoporum ſegregauerint in alia mrimonia non ꝓhibeant̄ cōtrahere. Idem. Notificamus tibi vt cum tres vel duo ex ꝓpinquioribus eius qui accuſant̄ hanc ꝓpinquitatem iuramento firmauerint. vel ſi duo vel tres ex antiquioribus ianuenſibus: quibus hec ꝓpinquitas eſt nota qui bone fame et veraci teſtimonij ſint. remoto amore. timore ꝑcio ⁊ omni malo ſtudio. ꝑdicta firmauerint. ſine mora cōiugia diſſoluant̄. Conſanguineos vero extraneoꝝ nullus accuſet. vel conſanguinitatem in ſynodo computet ſed ꝓpinqui ad quoꝝ noticiam ꝑtinet Si aūt ꝓgenies tota defecerit. ab antiquioribus ⁊ veracioribus quibus ꝓpiquitas tota nota ſit. epiſcopus canonice requirat. et ſi inuenta fuerit: ſeparentur. Ecce quibus accuſantibus ⁊ teſtificantibus dirimenda ſit conſanguineoꝝ coniunctio que ↄiugiū vocat̄.

*Quibus ꝑſonis teſtificantibus ſint diuidenda coniugia.*

*Urbanus pa.*

*Richario ianuenſi epo*

*Fabianus pa.*

## Diſtinctio vtilis. D

Hic dicendū eſt ꝙ aliud eſt fornicatio. aliud ſtuprū. aliud adulterium. aliud inceſtus. aliud raptus. Fornicatio licet ſit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem. tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarū vel meretricum vel ↄcubinarū. Stuprū ꝓprie eſt virginum illicita defloratio. Adulterium eſt quaſi alieni thori violatio. vnde adulterium dicit̄ quaſi alterius thori acceſſio. Inceſtus eſt conſanguinearū vel affiniū abuſus Unde inceſtuoſi dicuntur qui conſanguineis vel affinibus ſuis abutunt̄. Raptus admittit̄ cum puella violenter a domo patris educit̄. vt corrupta in vxorem habeat̄. ſiue puelle ſiue parentibus vis illata conſtiterit. Hic morte mulctat̄. ſed ſi ad eccleſiam cuz rapta cōfugerit. ꝑuilegio eccleſie mortis impunitatem meret̄. Attendendum eſt etiaz illud Alexandri qui ait. Ex frater ſoror ve vxoris tue cognati dicuntur equiuocationis iure fit. ⁊ neceſſitate vulgaris appellationis potius quam vlla cognationis cauſa. Uxor eniz fratris fratriſſa potius quam cognata vocat̄. Mariti frater leuir dicitur. Duorum fratrum vxores ianitrices vocantur quaſi eandem ianuam intrantes. Uiri ſoror glos appellatur. Sororis aūt vir non habz ſpeciale nomen: nec vxoris frater.

*Quid ſit fornicatio.*

*Quid ſit ſtuprum.*

*Quid ſit adulterium*

*Quid ſit inceſtus*

*Quid ſit raptus*

*Alexan. pa.*

Iſta eſt diſtictio. xlj. huius quarti libri. In qua mgr̄ poſtquam ſuperius determinauit de impedimento conſanguinitatis. Hic determinat de impedimento affinitatis. Et tria facit. Primo enim oſtendit ꝙ affinitas matrimoniuz impedit contrahendum ⁊ contractum diſſoluit. Secundo quedaz vitia diſtinguit. Tertio nomina affinitatū adiungit. Primum facit vſqz ibi. Hic dicendū eſt. Scdm vſqz ibi. Attendendū eſt etiam illud Alexandri. Tertiuz vero vſqz ad finē diſtinctiōis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaꝝ ꝑma eſt hec. Qui infra affinitatis gradum ꝓhibitū coniungunt̄ habita noticia ab inuicem ſepant̄. ⁊ eoꝝ filij legitimi habeant̄. Hanc mgr̄ inſinuans proponit primo quid ſit affinitas dicens ꝙ eſt parentela que ad virū ex parte vxoris ⁊ ad vxorem ex parte viri ꝑtinet. Quia eñ vir ⁊ vxor vna ſunt caro rōnabiliter ꝓpinquitas ⁊ parentela vnius efficit̄ alterius vt ſit vna vtriuſqz. vnde vir ⁊ ſoror vxoris ſunt in ꝑmo gradu. filij vero ſororis ſunt in ſecūdo gradu a viro. neptis vero in tertio gradu. ⁊ ſic deinceps. Dicit eñ ꝙ affinitas vſqz ad ſeptimū gradū generatiōis matrimonium impedit. ſicut ⁊ ↄſanguinitas. quod autoritatibus probat. Poſtea obijcit in contrariū ꝑ autoritates que dicūt ꝙ inter affines pōt coniugiū ↄtrahi in quarta ⁊ quinta generatione. Et reſpondet ꝙ autoritates ſunt intelligende ſcḋm miſcḋie diſpenſationem. pōt tamen etiaz diſpenſari in copula affiniū vſqz ad tertium gradum ſicut etiā Greg. diſpenſauit in quarto gradu ↄſanguinitatis. Poſtea querit vtruz affinitas maneat quando vis tranſeat matrimoniuz. vt ſi mulier alicui viro copulata ad cognationem eius pertineat vtrum eo defuncto mrīmonium maneat vel diſſoluat̄. Et determinat ꝑ plures autoritates ꝙ maneat affinitas matrimonio tranſeunte: que affinitas impedit matrimonium ad ꝑdeterminatos gradus acſi matrimonium ꝑmaneret. Poſtea dicit ꝙ coniunctos infra ꝑdictos gradus conſanguinitatis vel affinitatis eccl'a ſepat. Querit etiam ſi ignoranter in conſpectu eccleſie coniunguntur ⁊ poſtmodū conſanguinitate ꝓbata eiuſdem iudicio eccleſie ſeparant̄ vtrum illa copula fuit coniugiū? Et reſpondet ꝙ quidam dicunt ꝙ nō erant perſone legitime. ideo non fuit coniugium. Excuſatur tñ ꝑ ignorantiam a crimine. q: bona fide ⁊ per manum eccleſie conuenerūt. Unde ⁊ filij eoruz legitimi habent̄. Alij vero dicunt fuiſſe coniugium: quia non

fuerunt pſone legitime. quia canones tales coniun-
ctiones legitimas vocant. Addit etiã quorũ teſtimo
nio hec coniunctio ſit diuidenda. ⁊ dicit ꝙ ꝑ tres vl
duos ex ꝓpinquioribus q̃ iuramento confirmãt hoc
verũ eſſe quod dicunt. vel ſi ꝓgenies tota deficeret
ꝑ antiquiores quibus tota ꝓpinquitas nota ſit aſſer
tum fuerit ꝙ affines ſint. ſine mora ſepandi ſunt. qđ
autoritatibus ꝓbat. Secũda ꝓpoſitio eſt hec. Que
2a ſit differentia inter ſtuprũ. adulteriũ. inceſtum ⁊ for
nicationem. hec littera dat ſufficientem explanatio-
nem. Hanc inſinuans diſtinguit diuerſa peccata. ſ.
fornicationem. ſtuprum. adulteriũ. inceſtuz ⁊ raptũ
dicens. ꝙ q̃uis fornicatio ſit genus omĩs illiciti coi-
tus qui fit extra vxorem. tamen ſpecialiter intelligẽ
da eſt abuſus viduarum vel meretricũ vel concubi-
narum. Stuprum vero eſt virginum illicita defloratio
Adulterium eſt alieni thori violatio Inceſtus vero
eſt conſanguinearũ vel affiniũ abuſus. Raptus vero
eſt cum puella violenter de domo patris educitur vt
3a corrupta in vxorem habeat. Tertia ꝓpoſitio ẽ hec.
Ut cautius fiant coniugia ponit mgr̃ quedam affini-
tatum nõia. que inſinuans dicit ꝙ frater vxoris ⁊ ſo
ror eius dicunt cognati viri ꝓpter nominũ carẽtiaz
vxor vero fratris dicit potꝰ fratriſſa ꝙ̃ cognata. Fra
ter vero mariti dicitur leuir. vxores vero duorũ fratrũ
ianitrices vocant. quaſi eandem ianuam intrantes.
Soror vero viri vocatur glos. vir autem ſororis non
habet ſpeciale nomen. nec vxoris frater. Et dicitur
notanter quedam affinitatum nomina. quoniã nõia
ſingulariũ affinitatum non ſunt impoſita ꝓpt occul
tas rerũ ꝓprietates non latentes. ſed circũloquunt
alijs nominibus. ideo neceſſe eſt vnum nomen plu-
ra ſignificare. vt inquit philoſophus. Et tñ in ſpẽa-
li de ſententia huius diſtinctionis.

De ſpũali cognatione. a

D.XLII. **De parentaliũ**
graduum famoſa queſtione ali-
quid licet minus ſufficienter di-
ximus. Jaz de ſpũali cognatione addamꝰ
que etiã pſonas impedit vt non ſint legiti-
me ad ineundas nuptias. Tria q̃daz ſunt
conſanguinitas. affinitas ⁊ ſpũalis germa-
nitas. Conſanguinitas eſt inter eos qui iũ
guntur ſm lineam generiſ. Affinitas inter
eos qui genere quidem non ſunt coniuncti
ſed mediante genere ſunt ſociati. vbi gtia.
Uxor filij fratris mei que non eſt de gene-
re meo ꝑ ipm qui ẽ de genere meo mihi af-
finis facta eſt ⁊ ego illi. Spũalis ꝓximitas
eſt inter compatrem ⁊ cõmatrem. ⁊ int̃ eos
quorũ vnus alterũ de ſacro fonte leuauit:
vel in cathezizatione aut confirmatione te
nuit. Eſt etiam inter filios eiuſdem homis
carnales ⁊ ſpũales.

Qui ſint filij ſpũales. b

**Spũales filij ſunt**
quos de ſacro fonte leuamus vel in cathe-
zizatione ſeu confirmatiõe tenemus. Filij
etiã ⁊ filie ſpũales eorũ ſunt. qui trine mer-
ſionis vocabulo eos ſacro baptiſmate tin-
gunt. Dicit etiam ſpũalis filia ſacerdotis:
que ⁊ peccata ſua confitet. Unde Sima- Sima. pa.
chus papa. Omnes quos in penitẽtia ſu-
ſcipimꝰ ita noſtri ſpũales ſunt filij. vt ⁊ ipi
quos vel nobis ſuſcipientibus vel ſub tri-
ne merſionis vocabulo mergentibꝰ vnda
baptiſmi regenerauit. Silueſter etiam am- Silue. pa.
monet vt ad ſuam filiam penitentialem nul
lus ſacerdos accedat. qꝛ ſcriptuz eſt. Oẽs
quos in penitentia accepimus ita noſtri fi-
lij ſunt vt in baptiſmo ſuſcepti. quorũ oim
flagitioſa eſt commixtio. Et autem compa
ter ⁊ cõmater ſibi iungi nequeant. nec pat
ſpũalis. nec mater filie vel filio ſpũali. ex cõ
cilio Maguntinenſi docet. De eo qđ int- In concilio Maguntĩ.
rogaſti ſi aliquis filiolam ſuã duxerit vxo
rem. ⁊ de eo qui concubuit cum matre ſpiri
tuali. ⁊ de eo qui filium ſuum baptizauit ⁊
vxor eius eum de fonte ſuſcepit: hac cau-
ſa vt diſcidium fieret coniugij. ſi poſt in ta
li copula poſſunt ꝑmanere ſic reſponden-
dum eſt. Si filiolam aut cõmatrem ſuaz ali
quis in coniugiũ duxerit: ſepandos eſſe iu
dicamus: ⁊ graui penitentia plectendos.
Si vero coniuges legitimi vel vnus vel am
bo ex induſtria hoc fecerint vt filiũ ſuuz de
fonte ſuſciperent. ſi innupti manere volue-
rint bonum eſt. Sin autem: grauis peniten
tia inſidiatori iniungat ⁊ ſimul maneant. ⁊
ſi p̃uaricator cõiugij ſupuixerit. acerrima
penitentia mulctet. ⁊ ſine ſpe ꝯiugij mane-
at. Ex his apparet ꝙ aliquis filiolam ſuam
vel cõmatrem non poteſt ſibi copulare nu
ptialiter. ⁊ ſi p̃ſumptum fuerit: ſeparandi
ſunt. Qui autem legitime ꝯiuncti ſunt: non
iden ſepandi ſunt. quia alter eorũ inſidio-
ſe filium de fonte leuauit. Quod etiam Ni
colaus confirmat dicens. Noſſe deſideras Nico. papa.
vtrum mulier que viri filium ex alia femĩa
genitum de ſacro fonte leuauerit: poſtmo-
dum poſſit cum eodẽ viro copulari. Quoſ
ideo cõiungi poſſe decreuimus. qꝛ ſm ca-
nones ſacros niſi amborũ ꝯſenſu nulliꝰ re-
ligionis obtentu debet coniunx dimittere
cõiugem. cũ aplˢ p̃cipiat. Nolite fraudari
inuicem: niſi forte ex conſenſu ad tpus ⁊c̃.
Ideo. Dictuz eſt nobis quaſdam femĩas Ex cõcilio ca bilonenſi
deſidioſe. q̃ſdam vero fraudulenter vt a vi-
ris ſuis ſeparent. ꝓprios filios coram epi-
ſcopis ad ꝯfirmandũ tenuiſſe. Unde nos
dignũ duximus. vt ſi qua mulier filiũ ſuũ
deſidia aut aliqua fraude coram epiſcopo

tenuerit ad ꝯfirmandū ꝓpter fallaciaꝫ vel
fraudem. q̄ꝺiu viuat penitentiā agat. tm̄ a
Johānes papa anſelinocene eccl'e epo. viro ſuo nō ſepetur. Item Joh. pa. Ad li=
mina ſancti Petri homo noīe Stephanus
veniens noſtro p̄ſulatui innotuit q̄ filium
ſuū in extremo vite poſitum nondū bapti=
ſmi vnda lotum. abſentia ſacerdotū cogen
te baptizauit. eūq̄ ꝓprijs manib⁹ ſuſcepit.
atq̄ ꝓ hmōi negocio: reuerentia tua prefa
tum hominē a ſua coniuge iudicauit eē ſe=
parandum. Quod fieri nullatenus debet:
dicente ſcriptura. Quos deus cōiūxit ho=
mo non ſepet. Et dn̄s non dimittere vxo=
rem: niſi cauſa fornicatiōis iubet. Et nos
tanta autoritate freti dicimus dimittendū
eſſe ⁊ inculpabile iudicandū qḋ neceſſitas
intulit Nam baptizandi opus laicis fide
libus: ſi tn̄ neceſſe fuerit libere conceditur.
Vn̄ ſi ſupradictus hō filiū morientē aſpi=
ciens ne aīam ꝑpetuo ꝑire dimitteret. vn=
da baptiſmi lauit. vt eum de ptāte mortis
eriperet bn̄ feciſſe laudat̄. Ideoq̄ ſue vxo
ri ſibi iam olim legitime ſociate impune dū
vixerit iudicamus manere coniunctū. nec
ob hoc ſepari debere. His alijſq̄ pluribus
autoritatibus edocet̄ coniuges nō eſſe ſe=
parandos ſi poſt legitimā copulam alt̄ al=
terius filium de fonte leuauerit. vel in con=
firmatione tenuerit.

Quid p̄miſſis obuiat. c

His autē obuiare
Deuſdedit papa. videt̄ quod Deuſdedit papa ait. Peruenit
ad nos dyaconus ſanctitatis veſtre epl'am
deferens q̄ q̄dam viri ⁊ mulieres preteri=
to ſabbato paſcali ꝓ magno populi incur=
ſu neſciētes filios ſuos ſuſcepiſſent de laua=
cro. Cupis ḡ ſcire an ꝓpter hoc debeāt vi=
ri ac mulieres ad ꝓprium vſum redire vel
non? Nos ṽo hac re meſti. p̄orum inquiſi
uimus dicta. ⁊ inuenimus in archiuis. id
eſt in armarijs apoſtolice ſedis. iā talia cō
tigiſſe in pluribus eccleſijs. quaruꝫ epiſco
pis ab hac apoſtolica ſede volentibus ſci=
re vtrū viri ac mulieres redirent ad ꝓp̄um
thoꝝ. Beate mēorie ſancti p̄res Juli⁹ pa
pa. Innocenti⁹ ⁊ Celeſtinus cuꝫ epiſcopo
rum plurimorū conſenſu in apoſtolorū p̄n
cipis eccleſia preſidentes talia reſcripſerūt
⁊ confirmauerūt. vt nullo modo ſe in con=
iugio reciperent viri ac mulieres quicūq̄
hac ratione ſuſceperūt natos. ſed ſepararēt
ſe. ne ſuadente diabolo tale vitium inuale=
ſcat. Item. Si quis filiaſtrum vl' filiaſtraꝫ
ſuam ante epiſcopū tenuerit ad confirma=
tionem. ſeparet̄ ab vxore ſua. ⁊ aliā nunq̄
accipiat. Hec aūt vel ad terrorē dicta ſunt:
nō q̄ ita eſſet faciendū: ſ ne illud fieret ſum
mope cauendū. vel de ill' eſt intelligenduꝫ
q̄ p̄us filios ſuos viciſſim de fonte ſuſcepe=
rūt. q̄ fierent ꝯiuges. Premiſſis aūt auto
ritatibus omnino ꝯſentiendū eſt. vt ſiue ꝓ
prium ſiue tm̄ viri filiū. mulier de fonte ſu=
ſceperit nō ideo a viro ſeparet̄. Qḋ de vi=
ro ſil'r oportet intelligi.

De copula ſpūalium vl' adoptiuo
rum et naturaliū filiorū. d

Q autē ſpirituales
vel adoptiui filij naturalibus copulari ne=
queant Nicolaus papa teſtat̄ ita inq̄ens. Nicolaus pa. ad ꝯſulta bulgarorū.
Ita diligere debet hō eum q̄ ſe ſuſcepit de
ſacro fonte ſicut patrem. Inter fratres ⁊ fi
lios ſpūales ḡtuita ⁊ ſancta cōmunio eſt. q̄
dicenda nō eſt conſanguinitas: ſ habenda
ſpūalis ꝓximitas. vn̄ inter eos arbitror nō
poſſe fieri legale ꝯiugiū. q2 nec inter eos q̄
natura ⁊ eos q̄ adoptione filij ſunt: venerā
de leges mr̄imonia ꝯtrahi ꝑmittūt. Item.
Si inter eos nō ꝯtrahit̄ mr̄imoniū q̄s ad=
optio iūgit. q̄nto poti⁹ a carnali oportet in=
ter ſe ꝯtubernio ceſſare. q̄s ꝑ celeſte ſacr̄m
regeneratio ſancti ſpūs vincit.

Si filij qui an̄ paternitatē vel poſt
nati valent cōiungi. e

Hoc autē quidam
volūt intelligere de illis tm̄ filijs. q̄bus cō=
patres facti ſunt. De alijs ṽo q̄ an̄ compa= De copula filioꝝ q̄ an̄ cōpaternitateꝫ vl' p⁹ nati ſūt. Urban⁹ pa.
ternitatem vel poſt geniti ſunt cōcedunt q̄
legitime ⁊ licite pn̄t. Quibus videt̄ cōſen=
tire Urbanus ſecūdus dicēs. Sup q̄bus
ꝯſuluit nos tua dilectio. hic vid3 reſpon=
dendū. vt ⁊ baptiſmus fit: ſi inſtāte neceſſi
tate femina puerū in noīe trinitatis bapti=
ſauerit. ⁊ q̄ ſpūalium parentū filij vel filie.
ante vel poſt compaternitatē genite pn̄t le=
gitime ꝯiungi. p̄ter illam ꝑſonāꝫ qua com=
patres effecti ſunt.

Paſcalis papa. f

Paſcalis ṽo ſecun
dus. poſt cōpaternitatē genitos copulari

ꝓhibet ſcribēs regino epo. Poſt ſuſceptũ filiũ de fonte vel filiã ſpũalem ꝗ ex cõpatre vel ex cõmatre fuerint nati matrimonio iũ-

Ex triburien ſi ꝯcilio gi non poſſunt. Illud etiam notandum eſt qꝺ in tribarienſi concilio legit. Si ꝗs ſue ſpũalis cõmatris filiam fortuitu ⁊ ita ꝯtingente rerũ caſu in coniugiũ duxerit. maturiori ſuato ꝯcilio habeat atqꝫ legitimo cõnubio honeſte opam det.

Si quis ducere poſſit duas cõmatres alterã poſt alteram. g

# Solet etiam queri

Nicolaꝰ pa. Coſtan. epo. ſi cõmatrem vxoris poſt eius obitũ ꝗs ducere valeat? De hoc Nicolaus pa. ſic ſcribit. Sciſcitatur a nobis ſanctitas vr̃a: ſi ꝗs duas cõmatres habere valeat vnam poſt alterã? In quo meminiſſe debes ſcriptum eſſe. Erũt duo in carne vna. Cum ḡ cõſtet ꝙ vir ⁊ mulier vna caro efficiuntur. reſtat virum cõpatrem conſtitui mulieri cuiꝰ aſſumpta vxor cõmater erat. ⁊ ideo virũ illi femine non poſſe ꝯiungi que cõmater eiꝰ erat

Ex triburien ſi ꝯcilio cum qua idem fuerat vna caro effectꝰ. Huic aũt illud contrariũ videtur. Qui ſpũalem habet cõpatrem cuius filiũ de lauacro acceperit. ⁊ vxor eius cõmater nõ eſt. licet ei defuncto compatre ſuo eius viduã ducere in vxorem. quos nulla generatio ſpũalis ſecernit. Item ex epl'a Paſcalis pape. Poſt vxoris obitũ cũ cõmatre vxoris coniugio copulari. nulla ratio vel autoritas vider ꝓ

Determinatio hibere. Non enĩ ꝑ carnis vnionē. ad vnionem ſpũs tranſit. Sed ſciendũ eſt ꝙ autoritas Nicolai de illo ait ꝗ vxori ſue debitum reddidit poſtq̃ cõmater illiꝰ extitit. Alie vero autoritates de illo agũt cuiꝰ vxor poſtq̃ a viro ſuo derelinquitur illiꝰ cõmater efficitur. nec poſt cõpaternitatē a viro ſuo agnoſcitur. vel de viro potiꝰ agunt. cuiꝰ vxor añ defungitur q̃ ab eo agnoſcatur.

Si vir et vxor poſſint ſimul tenere puerũ. h

# Solet etiam queri

Si vxor cum viro ſimul debeat in baptiſmo

Urbanus papa ſuſcipe puerũ? De hoc Urbanꝰ ait ꝙ vxor cum marito in baptiſmo ſimul nõ debeat ſuſcipe puerũ: nulla autoritate vider vel reperitur ꝓhibitum. ſed vt ip̃a puritas ſpũalis paternitatis ab oĩ labe ⁊ infamia conſeruetur immunis. decreuimꝰ vt vtriqꝫ ſit ad h̃ aſpirare nõ p̃ſumant. q2 vero piaculare flagitium cõmiſit ꝗ duabꝰ cõmatribꝰ vel ſororibus nupſit. magna pnĩa debet ei iniungi.

De ſecũdis et tertijs nuptijs et deinceps. i

# Sciendũ eſt etiam

ꝙ nõ ſolũ p̃me vel ſcꝺe nuptie ſunt licite: ſꝫ etiã tertie ⁊ quarte non ſunt damnãde Un̄ Augꝰ. Scꝺas nuptias oĩno licitas aplus cõcedit. De tertijs aũt ⁊ q̃rtis: ⁊ de vltra pluribꝰ nuptijs ſolent hoĩes mouere queſtionez. Si quis audeat diffinire quod nec aplm video diffiniſſe. Ait enĩ. Si dormierit vir eius cui vult nubat. Nõ dicit p̃mus vel ſcꝺs vel tertius vel quotuſlibet: nec nobis diffiniendũ eſt qꝺ nõ diffinit aplus. vñ vt breuiter reſpondeã nec illas nuptias debeo dãnare. nec eis verecũdiam numeroſitatis auferre. nec ꝫ humane verecũdie ſenſum audeo dicere. vt q̃tiēs voluerit nubãt nec ex meo corde p̃ter p̃ſcripture autoritatem quotaſlibet nuptias damnare. Idem teſtatur Hiero. Ego nunc libera voce exclamo nec dãnari in eccl'a bigamã imo nec trigamã: ⁊ ita licere q̃nto ⁊ ſexto quemadmodũ ſcꝺo marito nubere. Apl's tñ bigamos a ſacerdotali honore excludit. Sed h̃ nõ facit ꝓ vitio bigamie. imo ꝓ ſacri virtute. vt ſit vna vnius ſicut vnica vnici. Illꝺ tamē ceſarienſis ꝯcilij vider innuere bigamiaz eſſe pctm̃. Preſbyterũ inq̃t in nuptijs bigami prãdere nõ ꝯuenit. q2 cũ pnĩa bigamꝰ indigeat. ꝗs erit p̃ſbyter ꝗ talibꝰ nuptijs poſſit p̃bere ꝯſenſum? Sꝫ h̃ de illo intelligi põt: ꝗ p̃me vxori inſidiatus putatur deſiderio ſcꝺe vel ꝓ ſignaculo ſacri illud dicitur qꝺ in bigamo nõ ſuatur. Amb. etiã dic. ꝙ p̃me nuptie tm̃ a dño ſunt inſtitute. ſcꝺe vero ſunt ꝑmiſſe. ⁊ p̃me nuptie ſb̃ bñdictiõe dei celebrantur ſublimiter. Scꝺe vero etiã in p̃ñti carent glã.

Aug. li. de viduitate.

Amb. ſuper eplam ad corinth.

Iſta eſt diſtĩtio. xlij. huiꝰ quarti libri. In qua mgr̃ poſtq̃ ſuperius egit de ĩpedimẽto ꝓpinquitatis carnalis. Hic aũt agit de impedimento ꝓpinq̃tatis ſpũalis. Et q̃tuor circa hoc facit. Primo enĩ oñdit quõ ꝯſanguinitas ⁊ affinitas etiam cognatio ſpũalis impediũt mr̃imoniũ. Scꝺo quõ ex baptiſmo ⁊ ꝯfirmatione cognatio q̃dã ꝯtrahitur ꝓpter qꝺ mr̃imoniũ iuſte diſſoluitur. Tertio quõ vir ⁊ vxor licite de baptiſmo puerũ ſimul leuare non pñt. Quarto quõ tertie vel q̃rte nuptie nec ꝓhibite nec damnabiles exiſtũt. Primũ facit a p̃n. di. vſqꝫ ibi. Spũales filij ſunt. Scꝺm ab inde vſqꝫ ibi. Solet etiã q̃ri. Tertium vſqꝫ ibi. Sciendũ etiam. Quartũ vſqꝫ ad finem

diſtin. In ſpēali ſnīa mgr̄i ſtat in q̄tuoꝛ ꝓpoſitōibus quaꝝ pma eſt hec. Mr̄imonium impediūt ꝯſanguinitas et affinitas ꝛ etiam ſpūalis germanitas. Hanc mgr̄ inſinuans ꝓponit pmo poſt pdicta dicenduꝫ eē de cognatōe ſpūali. q̄ etiam reddit pſonas illegitīas ad contrahendū. Diſtinguit aūt tria que ꝓpinquitatem dicūt ꝛ mr̄imonium impediūt. ſ. ꝯſanguinitateꝫ ꝛ affinitatem ꝛ ſpūalem ꝓpinq̄tatem. Et dicit Conſanguinitas eſt int̄ eos q̄ iungunt̄ ſm lineā generis. Affines aūt ſunt q̄ nō generatōe ſunt ꝯiūcti: ſed mediante ꝯiūctiōe carnali ſunt ſociati. Sꝫ ſpūal̄ ꝓpinq̄tas d̄ illa q̄ eſt inter cōpatrē pueri carnalē ꝛ cōmatrem ſpūalem. ꝛ inter illos quoꝝ vnus alterū de ſacro fonte leuauit. aut in cathezizatiōe vel in ꝯfirmatione tenuit. ꝛ inter filios eiuſdem hoīs carnales ꝛ ſpūales. Scd̄a ꝓpoſitio eſt hec. Dūtaxat ex duob⁹ ſacris. ſ. baptiſmo ꝛ ꝯfirmatiōe ſpūalis cognitio oritur ex q̄ mr̄imonij contractus diſſoluit̄. Hanc magiſter inſinuās dicit ꝙ ſpūales filij ſunt quos de ſacro fonte leuamus vel quos in ꝯfirmatiōe tenemus. Dicitur filius vel filia ſpūalis ipſi⁹ ſacerdotis q̄ vel que ei ſua peccata confitet̄. vl̄ quā baptiſat. qḋ autoritatibus ꝓbat. Poſtea dicit ꝙ cōmat̄ ꝛ pater ſibi in matrimonio coniūgi nō pn̄t. vt pr̄ ſpūalis filie ſpirituali. nec mat̄ ſpūalis filio ſpūali. ꝛ ſi factū fuerit debēt ſepari. Si aūt poſt legitimū mr̄imoniū contractū alt̄ ꝯiuglum inſidioſe. ſ. vt ab alio ſeparet̄ filiū de ſacro fonte leuauerit aut in confirmatiōe tenuerit. non ꝓpter hoc ſunt ſepandi. q̄ auteꝫ hoc fecerit: pnīa caſtigandus eſt. Obijcit tn̄ ꝯtra hoc mgr̄ ꝑ q̄ſdā autoritates q̄ expſſe dicūt eos q̄ de lauacro natos ſuſceperūt ſepandos eſſe. Mgr̄ aūt ſoluit illa dicta eſſe ad terroꝛē: vt ſine ope teneant. nō aūt ꝙ ita ſit faciēdū. vel ille autoritates loquunt̄ de ill̄ qui pus ꝙ coniuges fierent filios ſuos vel viroꝝ de fonte ſacro ſuſceperunt. Poſtea dicit ꝙ filij ſpūales vel adoptiui alicuius naturalib⁹ filijs nō pn̄t cōiungi in mr̄imonio. qḋ autoritatibus ꝓbat. Quidā tn̄ volūt tm̄ intelligere de ill̄ filijs q̄bus cōpatres facti ſunt. De ill̄ xo q̄ an̄ compaternitatē vel poſt geniti ſunt cōcedunt ꝙ licite ꝛ legitime coniungi poſſunt. ꝛ ꝓ his facit autoritas Urbani pa. Quedā tn̄ autoritas dicit etiaꝫ p⁹ compaternitatē genitos copulari nō poſſe. Poſtea q̄rit vtrum quis cōmatrem vxoris ſue poſt ei⁹ obituꝫ in vxoꝛē ducere poſſit? Et rn̄det ꝙ nō. qḋ autoritatibus confirmat. Obijcit tn̄ cōtra hoc ꝑ q̄ſdam autoritates quarū dat intelligentiā. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Uir ꝛ mulier vxoꝛ eius nō poſſit licite puerū de baptiſmo ſuſcipe. Hāc inſinuās q̄rit. Si vxoꝛ ſimul cū viro debeat in baptiſmo puerū ſuſcipe? Et reſpōdet ꝑ autoritatē Urbani pape ꝙ nō. Quarta ꝓpoſitio eſt hec. Tertie ꝛ quarte ꝛ quinte nuptie nō ſunt damnande. tn̄ pme ſunt ſolenniter venerande. Hāc eīn ꝓpoſitionem mgr̄ inſinuās dicit. ꝙ nō ſolum prime nuptie ſunt licite: ſed etiā ſecunde nuptie ꝛ tertie quarte ꝛ q̄nte damnande non ſunt. Qḋ etiam autoritatibus ꝓbat. Q aūt apl̄s bigamos a ſacerdotali honoꝛe excludit. hoc nō facit ꝓ tāto vitio bigamie: ſed ꝓ ſacri ſignaculo. qḋ ibi nō ſuat̄. Un̄ etiā prime nuptie ſub bn̄dictione celebrant̄. Et tm̄ in ſpēali.

### De reſurrectionis et iudicij cōditione. a

D.XLIII.

p Poſtremo de conditiōe reſurrectiōis ꝛ mōreſurgentiū. necnō ꝛ de iudicij ꝛ miſcdie q̄litate breuiter differendū eſt. Oībus q̄ſtionib⁹ q̄ de hac re moueri ſolent ſatiſfacere nō valeo. reſurrecturā tn̄ carnē oīm q̄cunq; nati ſunt atq; naſcent̄ ꝛ mortui ſunt ꝛ morient̄ nullaten⁹ ambigere debet xp̄ianus. Ait eīn Eſaias. Reſurgēt mortui. ꝛ reſurgent q̄ erant in ſepulchris. Et apl̄s. Nolum⁹ vos igno. fra. de doꝛ. vt nō cō. ſic̄ ꝛ ceteri q̄ ſpeꝫ nō hn̄t. ſcꝫ reſur. Hoc eīn vob di. in ver. do. q: nos q̄ vi. qui re. ſu. nō p. eos qui doꝛ. Qm̄ ipſe do. in iuſſu ꝛ in vo. ar. ꝛ in tu. dei deſcē. de ce. ꝛ moꝛ. qui in xp̄o ſunt re. pmi. Deinde nos q̄ vi. qui relin. ſi. ra. cum illis in nu. ob ui. xp̄o in aera. ꝛ ſic ſemp cum dn̄o erimus His xbis ꝛ veritas reſurrectōnis ꝛ cauſa atq; ordo reſurgētiū pclariſſime inſinuat̄.

### De voce tube. b

|| Cauſa eni reſurrectionis mortuoꝝ erit vox tube q̄ in aduentu iudicis ab oībus audiet̄. ꝛ cuius xtute excitabunt̄ mortui. ꝛ de monumētis reſurgent. Unde ꝓpheta. Dabit voci ſue vocē xtutis. i. effectum reſuſcitandi mortuos. Et Johes euangeliſta ait. Uenit hora in q̄ oēs qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei. ꝛ ꝓcedent q̄ bona fecerūt in reſurrectionem vite. qui xo mala egerunt in reſurrectionē iudicij. Si xo querit̄ cuius vel qualis erit vox illa? Apl̄s dicit ꝙ erit archangeli. i. ipſius xp̄i: q̄ eſt pnceps archangeloꝝ. Uel vox erit alicui⁹ vel pluriuꝫ angeloꝝ. Eadēq; d̄ tuba. q: erit māifeſta: ꝛ nouiſſima: q: p⁹ eā nō erit alia. Hec tuba (vt ait Aug⁹.) ē clamoꝛ: de quo d̄ in euāgelio. Media nocte clamoꝛ fact⁹ eſt. ecce ſpōſus venit exi. obuiā ei. Tube nomīe aliqḋ euidēs ꝛ pclarū ſignum intelligit̄. Qḋ vox archangeli ꝛ tuba dei ab aplō d̄. et in euāgelio vox filij dei. ꝛ clamoꝛ appellatur. qḋ ſignū mortui audiēt ꝛ reſurgent. Aug. de eſſa no. et ve. teſ.

### De media nocte. c

Media autē nocte dicit̄ vētur⁹. vt ait Aug⁹. Nō ꝓ hora temporis: ſ q: tūc veniet cū nō ſperat̄ Media ĝ nocte. ſ. cum valde obſcurū erit. i. occultum: veniet. Dies eīn dn̄i ſicut fur in nocte ita veniet. Pōt tn̄ non incongrue intelligi medie noctis tpe vētur⁹. q: vt ait Caſſio. Hoc tpe pmogenita egypti pcuſſa ſunt. qn̄ etiam ſponſus venturus eſt. Plurib⁹ etiaꝫ locis conteſtant̄ autoꝛes ꝙ aduentus xp̄i Caſſio. ſuper octonariū.

dies dicit̃ dñi. non ꝓ qualitate tp̃is: ſ; reꝝ q; tunc cogitationes ⁊ ꝯſilia ſingulorum patebūt. Unde in Daniele. Uetuſtus dierum ſedit. ⁊ libri aperti ſunt coram eo. Libri ſunt ꝯſcientie ſingulorū. que tūc aperiētur eis vel alijs. ⁊ tunc implebit̃. Nihil occultum qđ non reuelet̃. Aduenīete autē ſummo iudice. nō ſolū aeris tenebre illuminabunt̃: ſed abſcōdita cordiū manifeſtabūtur. Uirtute ḡ diuina fiet vt cuiq; opa ſua bona vel mala cuncta in memoriā reuocentur. ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernātur. vt accuſet vel excuſet hoīem ꝯſcia. eaq; teſte damnet̃ vel ſaluet̃.

*De libris qui tūc apti erūt.*

*Grego.*

## De memoria electorū ſi tunc precedentia mala teneat. d

Hic querit̃ vtruz electis tunc aſſit memoria p̄cedentiū malorum ſicut bonoꝝ: Quedā autoritates vident̃ bonos tradere nō habituros tūc memoriam p̄cedentiū malorū. i. peccatorum vel tormentorū. Ait enī Eſa. Ego creo celos nouos ⁊ terram nouā. ⁊ nō erūt in memoria p̄ora. ⁊ non aſcendēt ſup cor: ſ; gaudebitis in eternum. Itē. Obliuioni tradite ſunt anguſtie p̄ores: ⁊ abſcondite ab oculis noſtris. Que de futuro exponens Hiero. ait. Obliuioni tradent̃ p̄ora mala. quia forſitan in futuro p̄ſtine conuerſatōnis memoria omnino delebit̃ ſuccedentib⁹ bonis eternis. ne ſit pars maloruz p̄oris anguſtie memorari. Sed hec ⁊ his ſimilia pñt accipi ſic: vt non excludant memoriā p̄cedētiū malorū: ſed ex ea moleſtiam ⁊ leſionez amoueant. Nō enī eoꝝ memoria ſanctos ꝯtriſtabit: vel eorū beatitudinem obfuſcabit: ſ; ḡtiores deo reddet. Unde ſup pſal. lxxxvij. ait Greg⁹. Quō ineternū miſericordias dñi canit: qui miſerie nō meminit. Quō autem plena beatitudo: ſi memoria reatus mentē tangit. Sed ſepe leti triſtium meminimus: ⁊ ſani dolorū meminimus ſine dolore. ⁊ inde ampli⁹ leti ⁊ ḡti ſumus. Ex his apparz q; ſi p̄orum malorū memoriam ſancti habebūt in futuro. nō eis tñ erit ad penā vel glorie derogationem: ſ; ad gratiarū actionem.

Si vero querit̃ vtrū peccata que fecerūt electi ꝓdeant tunc in noticiam oīm. ſicut mala damnandorū omibus erunt nota. Nō legi hoc expreſſum in ſcriptura. Unde nō irrationabiliter putari poteſt peccata hic ꝑ penitentiam tecta ⁊ deleta. illic etiam tegi alijs. Alia vero cunctis propalari.

## De his qui viui reperient̃. e

Queri ſolet vtruz illi quos viuos inueniet xp̄s nunq; omnino morituri ſunt: an ip̄o temporis puncto quo rapientur obuiam chriſto: ad immortalitatem mira celeritate ſint trāſituri. Nō enim dicendū eſt fieri non poſſe. vt per aera in ſublime portent̃. in illo ſpacio ⁊ moriantur ⁊ reuiuiſcant. Ad hunc autē ſenſum quo eſtimemus illos in paruo ſpacio ⁊ paſſuros mortem ⁊ accepturos immortalitatem apoſtolus nos vrgere videtur vbi dicit. Omēs in xp̄o viuificabimur. Et alibi. Quod ſeminas non viuificatur: niſi prius moriatur. Cur aūt nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo ſeminari. atq; ibi ꝓtin⁹ immortalit̃ ⁊ incorruptibilit̃ reuiuiſcere. cum credam⁹ in ictu oculi futuram reſurrectiōz ⁊ in mēbra ſine fine victura. tanto velocitate reditturū antiquiſſimorū cadauerū puluerem. Sed vellem de his poti⁹ audire doctiores. Si ergo ſanctos q̄ reperient̃ chriſto veniente viuētes eiq; obuiam rapient̃ crediderim⁹ in eodem raptu de mortalibus corpibus exituros. ⁊ ad eadē mox immortalia redituros. nullas in verbis apoſtoli patiemur anguſtias. generaliter accipientes illud quod dictum eſt. Omēs quidem reſurgemus. ſ. tam boni q̄ȝ mali: ſ; non oēs immutabimur. ſ. in ſolennitate reſurrectōis. De hoc etiam Ambro. ait. In ip̄o raptu eorum qui viui reperient̃ mors erit ⁊ reſurrectio. vbi anima quaſi ꝑ ſoporem egreſſa de corpore. eidem in momento reddatur. Econtra vero ſcribens ad Marcellam Hiero. teſtari videt̃. dicens quoſdam in fine ſeculi adueniente xp̄o non eſſe morituros: ſ; viuos repertos in immortalitatem repente mutandos. Horū autem quod veri⁹ ſit. non eſt humani iudicij diffinire.

*Ambro.*

## Quō intelligitur xp̄s iudex viuorum et mortuorū. f

His autē adijciendum eſt dupliciter intelligi quod dicitur. Chriſtus iudicaturus viuos et mortuos.

Aut enim viui accipiunť q̃ in aduẽtu eius viui reperienť. licet in raptu moriantur. et mortui q̃ ante deceſſerant. vel viui et mortui q̃ accipiunť iuſti ⁊ iniuſti.

## Quõ omnes incorrupti. g

## Cũq3 ex predictis

ſane credi valeat omẽs reſurrecturos. credendum eſt etiã ꝙ omnes reſurgent incorrupti. nõ vtiq3 impaſſibiles. q2 morte͂ pati entur eternam: ſed ſine diminutõe mẽbrorꝫ oĩa humani corpis habituri mẽbra. nec tñ glĩa ac ſpecie impaſſibilitatis induenť.

Iſta ẽ diſtinctio. xliij. hui⁹ quarti libri. In qua mgr̃ poſtq3 ſuperius egit de ſacramẽtis. Hic agit de reſurrectione ⁊ gloria reſurgentiũ ad quam ſacramenta ꝑducunt. ⁊ etiam ꝑ oppoſitũ de reproborum pena. Et circa hoc tria facit Primo eñ oſtendit reſurrectionis veritatem ⁊ eius temp⁹. Secundo ſubdit ſanctos hr̃e memoriã eorũ que. ſ. h̃ ſuſtinuerũt. Tertio annectit electorũ peccata nõ publicari que hic confeſſi fuerũt. Primũ facit a principio diſtinctõis vſq3 ibi. Hic querit vtrũ electis. Secundũ vſq3 ibi. Si vo querit. Tertiũ vſq3 ad finẽ diſtinctionis. In ſpẽali ſententia mgr̃i ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quarũ ꝑma eſt hec. Iuxta fidem orthodoxam ⁊ puram debemus credere omnem carnẽ reſurrecturam eſſe. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit ꝑmo reſurrecturã futuram eſſe ⁊ fideles q̃ in chriſto dormierũt reſurgent. qđ autoritate apoſtoli ꝓbat. Poſtea dicit ꝙ cauſa reſurrectiõis eſt vox tube. cuius virtute excitabunť mortui. que q̃dẽ vox dicitur tuba. q2 eſt omnibus manifeſta. dicit autẽ nouiſſima q2 poſt eam non eſt alia. q̃ quidem vox alibi clamor ⁊ alibi vox filij dei appellatur. Vox aũt illa erit chriſti vel vnius vel plurimorũ angelorꝫ. Poſtea oſtẽdit reſurrectionis tempus occultum eſſe ⁊ ignotũ. ꝓpter quod medie nocti compať cum dicit ſponſus media nocte venturus. Scđa ꝓpoſitio eſt hec. Et ſi ſancti ꝑmorũ malorꝫ memoriã habeant. hoc tñ nõ erit eis ad glorie derogationem: ſed magis ad gaudium et grãrumactionem. Hanc mgr̃ inſinuans querit vtrũ electi habeant memoriã ꝓcedentiũ malorum. Et reſpondet ꝙ habeant malorũ ꝓteritorũ memoriam. ex quo tñ in nullo ꝯtriſtabunť. nec eis erit ad penã vel glorie minorationẽ vel derogationẽ: ſed grãrumactionem. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Electorũ peccata ꝑ penitentiam hic deleta ibi nõ erunt alijs manifeſta. Hanc mgr̃ inſinuans ſubdit. ꝙ etiam illo mõ peccata tegunť que hic ꝑ penitentiã ſunt deleta. ita ꝙ nullis manifeſtabunť. Alia vo cunctis ꝓpalabuntur. Poſtea dicit ſibi incertum eſſe vtrũ aliq̃ ſine morte ad iudicium ꝑuenient. ſicut videť dicere Hiero. De illis q̃ in aduentu viui rapienť xp̃o obuiam. vel vtrũ illi qui viui reꝑienť ſubito morianť. ⁊ ſic ad reſurrectionem tranſeant. qđ magis videť velle apl̃s. Vltimo dicit licet omnes reſurgant incorrupti. i. cũ membrorum integritate. non tñ omẽs reſurgent impaſſibiles in glĩam. Et tñ in ſpẽali.

## De etate et ſtatura reſurgentiũ. a



## Solent autem

nonnulli percontari ⁊ querere: an in eadem etate ⁊ ſtatura corporis omnes reſurrecturi ſint? Quidaꝫ putauerunt omñes reſurrecturos ſc̃m menſuram etatis ⁊ ſtature chriſti. Ideo q2 apl̃s ait. Donec occurramus omnes in virum ꝑfectum in menſuram etatis plenitudinis chriſti. Sed his verbis non eadem reſurgentibus aſſignať ſtatura: ſ3 etas. Oẽs eñ in eadeꝫ etate reſurgẽt in qua xp̃s mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit. cuiuſcũq3 etatis mortui fuerint. Virũ aũt poſuit non vt diſtingueret ſexum: ſed vt ſignificaret ꝑfectionẽ virium quam tũc habebũt. ſed non omẽs eandem ſtaturã corporis obtinebunt. Vñ Aug⁹. (Aug. in li. de ciui. dei) Non ait in menſuram corpis vł ſtature: ſ3 etatis. q2 vnuſquiſq3 ſuam recipiet menſuram corpis quam vel habuit in iuuẽtute: etiam ſi ſenex obijt. vel fuerat habiturus ſi añ eſt defunctus. Etas vo erit illa ad quã ꝑuenit xp̃s. ſ. iuuenilis. vt circa. xxx. ãnos Triginta enim duum annorũ ⁊ trium mẽſium erat etas chriſti in qua mortuus eſt ⁊ reſurrexit. Non eſt autem fas dicere ꝙ ĩ reſurrectione accedat corpi magnitudo quã nec habuit hic nec erat habiturũ diu viuẽdo. nec maiora corpora redigenda ſunt ad modum dominici corpis. Periret eñ multum de illis corporibus. cũ nec peritur⁹ ſit capillus. vt ait dominus. Capillus de capite veſtro nõ ꝑibit.

## Q resurget quicquid fuit de ſubſtantia et natura corpis et in eadẽ parte corpis. b

## Non eñi perit deo

terrena materies de qua mortaliũ creatur caro: ſed in quemlibet puluerem cineremue ſoluatur in quoſlibet alitus auraſq3 diffugiat. ⁊ in quãcũq3 aliorũ corporũ ſbſtantiam. vel in ipa elementa vertatur. in quorumcũq3 animaliũ vel hominũ cibũ carnemq3 mutetur. illi aĩme in puncto temporis redit. que illam carnem ꝑmitus vt homo fieret creſceret. viueret. animauit. Ipſa g̊ terrena materies que diſcedente aĩma fit cadauer: non ita reſurrectione reparabitur vt ea que dilabuntur. ⁊ in alias atq3 alias rerum ſpecies vertuntur. quamuis ad corpus redeant vnde dilapſa ſunt. ad eaſdem

q̄ꝫ corporis ptes vbi fuerūt redire neceſſe ſit. Alioquin ſi capill' redit quod tā crebra tonſura detraxit. ſi vnguibus quod totiēs depreſſit exectio. inmoderata ⁊ indecēs cogitantibus reſurrectiōem carnis. ⁊ ideo nō credentibus occurrit infirmitas. Sꝫ quemadmodum ſi ſtatua cuiuſlibet ſolubil' metalli igne liqueſceret: vel contereꝉ in puluerem; vel confundereꝉ in maſſam. ⁊ eam vellet artifex rurſum ex illius materia ⁊ quantitate reparare. nihil intereſſet ad eius integritatem que particula materie cui mēbro ſtatue reddereꝉ. dum tñ totū ex quo conſtituta fuerat reſtituta reſumeret. Ita de' mirabilit' atqꝫ ineffabilit' artifex de toto quo caro noſtra extiterat. eam mirabili celeritate reſtituet. nec aliq̄d attinebit ad eius reintegrationem: vtrum capilli ad capillos redeant ⁊ vngues ad vngues. an q̄cq̄d eorū perierat muteꝉ in carnem ⁊ in ptes alias reuoceꝉ: curante artificis ꝓuidentia ne quid indecens fiat. Indecorū q̄ppe aliq̄d ibi non erit. ſed quicq̄d futuꝝ eſt hoc decebit. quia nec futuꝝ eſt. ſi nō decebit.

Cōgrua ſimi-tudo p exemplum ſtatue.

Q sancti ſine omni deformitate reſurgent. c

Aug. ſ eodē.

Hoc autē in corporibus ſanctorū intelligendū eſt. de quibus conſequenꝉ adiūgit. Reſurgent ḡ ſanctoꝝ corpora ſine vllo vitio. ſine vlla deformitate. ſicut ſine vlla corruptiōe onere difficultate. in q̄bus tanta facilitas quāta felicitas erit. ꝓpter quod ⁊ ſpūalia dicta ſunt. cū ꝓculdubio corpora ſint futura: non ſpiritus. Ex his apparet q̄ vna erit etas oim reſurgētium. ſ. iuuenilis. ſtatura vo diuerſa. ſcilicet quam q̄ſqꝫ habuerit in iuuenili etate. vl' erat habiturus ſi añ eſt defunctus. Nec de ſb̄a qua hois caro creaꝉ aliq̄d pibit: ſ; oim particulaꝝ ante diſperſarū collectione reintegrabiꝉ naturalis ſb̄a corporis. Sāctorumqꝫ corpa ſine omni vitio fulgida ſicut ſol: reſurgent. p̄ciſis cūctis deformitatib' quas hic habuerūt.

Si mali tunc habeant quas hic habuerunt deformitates. d

De reprobis autē queri ſolet an cū deformitatib' hic habitis reſurgant? Hoc aūt Aug'. nō aſſerit; ſ; du-

Aug. ſ euch

bium relinquit ita inq̄ens. Quicūqꝫ ab illa pditōis maſſa q̄ p adam facta eſt non liberanꝉ p xp̄m. reſurgent q̄dem etiam ipſi vnuſquiſqꝫ cū ſua carne. ſ; vt cuꝫ diabolo eiuſqꝫ angel' punianꝉ. Utrū vo ipi cum vitijs ⁊ deformitatibus ſuorū corporū reſurgant quecūqꝫ in eis geſtarūt inq̄rendo laborare q̄d opus ē. Nō eñ fatigare nos dꝫ incerta eorū habitudo vel pulchritudo q̄rum erit certa ⁊ ſempiterna damnatio. Ecce non diffinit an tunc habeant deformitates q̄s hic habuerūt reproborū corpora.

Q non conſumunꝉ corpa que tūc ardebunt. e

Si vo queritur de corpibus malorū quō in igne ardeāt ⁊ nō ꝯſumanꝉ Aug'. varijs exemplis aſtruit ⁊ ſempiternis ignibus ea ardere ⁊ non cōſummi illa cōbuſtione. ſicut anim' cui' preſentia corp' viuit ⁊ dolorē pati pōt ⁊ mori non pōt. Hoc eñ erit tūc in corpib' dānatorū. q̄d nūc eſſe ſcim' in animis omniū.

Si demones corpali igne cremantur. f

Queri etiam ſolet an demones corpali igne ardeant? Ad q̄d Aug'. r̄ndens ait. Cur non dicam' q̄uis miris veris tñ modis etiam ſpūs incorporeos poſſe pena corpalis ignis affligi. ſi ſpiritus hoim etiam ipi incorpei ⁊ nūc potuerunt includi corpalibus mēbris. ⁊ tūc poterunt corpoꝝ ſuorū vincul' inſolubilit' alligari. Gehenna illa q̄ ſtagnum ignis et ſulphuris dicta eſt. corpeus ignis erit. ⁊ cruciabit damnatorū corpa hoim vl' demonū ſ; ſolida hoim. aerea demonū. Unus enim vtriſqꝫ ignis erit. vt veritas ait. De q̄ igne ſi quæriꝉ. qualis vel vbi ſit? Aug'. ſic reſpōdet. Ignis eternus cuiuſmodi ſit: ⁊ in qua mūdi vel reruꝫ pte futurus ſit. hoiem ſcire arbitror neminē niſi forte cui ſpūs diuinus oſtendit.

Aug'. ſuper Geneſim

Qualis vel vbi ſit ille ignis.

Si aīe ſine corpibus ſentiūt igneꝫ corpalem. g

Cum autem cōſtet animas igne materiali in corporibus cruciandas: queri ſolet. an interim ante reſurrectionem corporum anime defunctorum

Julianus. reprobor͞u materiali igne cremenẽ? De h͞ Julianus toletane eccleſie epiſcopus Gregorij dicta ſecutus ita ſcripſit. Si viuentis homis incorporeus ſp͞us teneẽ in corpore: cur non poſt mortem etiam corpeo igne teneatur? Teneri aũt p ignem ſp͞um dicim⁹: vt in tormentis ignis ſit. videndo atq͞ ſentiendo. Ex autem non ſolum videndo: ſ͞ etiam experiendo anima ignis tormentuz pa-tiatur. ex euangelio colligitur vbi veritatis voce diues mortuus dicitur in inferno ſepultus. cuius anima q̄ in igne teneaẽ inſinuat cum Abraaz depcatur dicens. Mitte Lazarum vt intingat ex. di. ſ. m a. vt re. lin. m. q2 cru. in hac flamma. Dum ḡ peccatorem diuitem damnatum in ignibus veritas phibet. quis ſapiens reprobor͞u aĩmas teneri i ignibus neget? Precipue cũ humanam animam corporis ſimilitudinem h͞re

Auguſti. ſup Gẽn. doceat Aug⁹. ita inquiens. Profiteri animam habere poſſe ſimilitudinem corporis ꝛ corporalium omnino membror͞u quiſq͞s renuit. poteſt negare animam eſſe q̄ in ſomnis videt vel ambulare ſe vel ſedere vł huc atq͞ illuc greſſu vel etiam volatu ferri. hoc ſine quadam ſimilitudine corporis non fit. Proinde ſi hanc ſimilitudinem etiã apud inferos gerit. non corpalem: ſ͞ corpori ſimilem. ita etiam in locis videtur eſſe non corporalibus: ſed corporalium ſimilibus ſiue in requie ſiue in dolorib⁹. In Caſſiani etiã voluminibus legitur q̄ non ſint ocioſe. neq͞ nihil non ſentiant. cum diues ille in inferno ſe flamma cruciari clamat. Unde pbatur animas defunctor͞u non ſolũ ſuis ſenſibus non puari: ſ͞ nec iſtis affectibus ſcilicet ſpe triſtia. gaudio ac metu carere. et ex his q̄ ſibi in illo generali examine reſeruantur eas quedam iam incipe pguſtare.

### De abortiuis fetibus et monſtris. h

Illud etiaz inueſtigari oportet. ſi a bortiui fetus ꝛ mõſtra reſurgent ꝛ qualia. De quo Auguſti. ita ait

Au. i ench. Occurrit de abortiuis fetib⁹ queſtio: qui iam nati ſunt in vteris matrum. ſed nõ ita vt iam poſſint renaſci. Si enim reſurrecturos eos dixerimus. De his qui iaz formati ſunt tolerari poteſt vtcunq͞ quod diciẽ.

Attende Informes vero quis non procliuius perire arbitretur. ſicut ſemina que concepta ſunt non fuerunt. Scrupuloſe quidem inter doctores queri ac diſputari poteſt. quãdo incipit homo in vtero viuere. an ſit quedam vita occulta que nond͞u motibus viuentis appareat? Negare enĩ vixiſſe puerperia: q̄ ideo membratim excecanẽ, vt eijciantur ex vteris pregnanti͞u. ne matres etiam ſi mortua ibi relinquanẽ occidant. impudẽtia nimia videtur. Ex quo autem incipit hõ viuere ex illo vtiq͞ iam mori poteſt. mortuuſ vero vbicunq͞ illi potuit mors euenire quõ ad reſurrectionem non ptineat. repire nequeo. Neq͞ enim ꝛ monſtra qua naſcunẽ ꝛ viuunt q͞tumlibet cito moriantur aut reſurrectura negabuntur: aut ita reſurrectura credenda ſunt. ſed potius correcta eoruz emendataq͞ natura. Abſit enim vt illum bimembrem quem nuper natum in oriente fratres fideliſſimi qui eum viderunt retulerunt. Et ſanctus Hiero. ſcriptum reliquit. ꝛ vnum hominem duplicem ac non poti⁹ duos: quod futurum erat. ſi gemini naſcerentur reſurrecturos eſtimemus. Ita ꝛ cetera que nimia deformitate monſtra dicuntur. ad humane nature figuram reſurrectione reuocabunẽ. De mõſtris. De bimẽbre.

Iſta ẽ diſtinctio. xliiij. hui⁹ quarti libri. In qua mgr̃ poſtq͞ determinauit de veritate reſurrectionis ꝛ eius conditionibus. Hic determĩat de conditione reſurgentium. Et duo facit. Primo ĩ veſtigat in qua etate reſurgent. Secundo quomodo oẽs reſurgent in pfecta oĩm mẽbroꝝ integritate. Primũ vſq͞ ibi. Non enim perit. Secunduz vſq͞ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia mgr̃i ſtat ĩ duabus ppoſitionibus quaruz pma eſt hec. Abſq͞ vlla ambiguitate omnes homines reſurgent in perfecta etate qua xp̃s reſurrexit: ſed non in eadem ſtatura. Hanc magiſter inſinuans dicit q̄ omnes homines reſurgent in etate qua xp̃s reſurrexit. ſed nõ in ſtatura xp̃i. ſed quilibet in ſtatura ſua reſurget quaz prius habuit in iuuenili etate Uel quam ſi ante obijt habiturus erat circa. xxx. annum. Secunda propoſitio eſt hec. Et ſi generaliter omnes reſurgent cum omni membrorum integritate. ſpecialiẽ tñ electi abſq͞ vllo vitio reſurgẽt ꝛ deformitate Hãc mgr̃ ponẽs dicit q̄ oẽs hoĩes cũ mẽbror͞u integritate reſurgent. In quodcũq͞ enĩ element͞u tranſeat materia corpis hũani. illi corpori reddeẽ vbi prius fuit aĩmata. Ita tamen q̄ non tota materia reddeẽ illi parti. ſed tota toti corpori reddetur ordinata ſine omni indecentia Sicut enĩ ſtatua alicui⁹ ſolubilis metalli igne liqueſceret vel contereretur in puluerem. vel confunderetur in maſſam. ꝛ eam vellet artifex rurſum ex illius materia ꝛ quantitate reparare nihil intereſſet ad eius integritatem que materie particula redderetur illi vel illi membro ſtatue. dum tamen totum ex quo cõſtituta fuerat reſtituta reſumeret. ſic in reſurrectiõe nihil intereſt que pars materie ex qua corpus cõſtiterat ad particulaz corporis redeat. ex quo nihil de materia peribit. ſed tota materia toti corpi ſine vlla indecentia reddetur. Ultimo gloriam corpoꝝ reſurgentium ponit di. q̄ corpora ſanctor͞u reſurgẽt ſine

vlla incorruptione. q2 incorruptibilia ⁊ impaſſibilia
ſine vlla oneris difficultate. q2 erũt ſubtilia ⁊ agilia
Et addit mgr̃ ſine vicio ⁊ deformitate. quia erunt ſi
cut ſol fulgida ſine vlla corruptione ⁊c̃. Et addit ma
giſter ꝙ damnati etiam cum membris ſuis reſurgẽt
incorrupti ⁊ cum integritate membrorũ. Utrũ autẽ
reſurgent cum deformitatibus quas p̃us habuerũt
Aug⁹. non vult determinare· nõ eñi ſm ipm̃ debet
animos fatigare incerta eorũ habitudo ſeu pulchri-
tudo quorũ eſt certa ⁊ eterna damnatio. Ulĩo que-
rit vtrum abortiui fetus ⁊ monſtra reſurgent? Et re
ſpondet dicens de abortiuis. ꝙ ſi aliqñ vixerunt: re-
ſurgent, alioqñ non. De monſtris etiaꝫ dicit ꝙ reſur
gent: ſed non monſtra. q2 monſtra fetus ⁊ abortiui
reſurgent abſq3 deformitate ⁊ mõſtruoſitate. Et tñ
in ſpẽali.

## De diuerſis animarum receptacu lis. a

DI. XLV

PReterea ſcien
dum eſt ꝙ omnes aĩme ( vt ait
Aug⁹) cum de hoc ſeculo exie-
rint diuerſas habent receptiones. bone ha
bent gaudium. male vero tormenta. Sꝫ cuꝫ
facta fuerit reſurrectio. ⁊ bonorũ gaudium
amplius erit. ⁊ malorũ tormenta grauiora
quando cum corpore torquebunt̃. Ex his
oſtendit̃ ꝙ maius erit gaudium ſanctorũ
in reſurrectiõe ⁊ poſt: q̃z fuerit ante. ⁊ ꝙ di
uerſa receptacula habebunt aĩme ſanctorũ
De quibus idem Aug⁹. ait. Temp⁹ qđ int̃
hominis mortem ⁊ vltimã reſurrectionem
interpoſitũ eſt. animas abditis receptacul̃
continet. ſicut vnaqueq3 digna eſt vel req̃e
vel erumna pro eo quod ſortita eſt in carne
dum viueret.

Au. ſup Jo.

Aug. de ver bis apoſtoli.

## De ſuffragijs defunctorũ. b

Neq3 negandũ eſt
vt ait Aug⁹. defunctorũ aĩmas pietate ſuo
rum viuẽtiũ releuari. cum ꝓ illis ſacrificiũ
mediatori offertur vel elemoſyne fiũt in ec-
cleſiã. Sed hec eis tñ ꝓſunt q̃ cũ viuerent
hec ſibi vt poſtea poſſent ꝓdeſſe meruerũt
Eſt eñ quidam viuendi modus nec tã bo-
nus vt non requirat iſta poſt mortem. nec
tam malus vt ei non ꝓſint iſta poſt mortẽ.
Eſt vero talis in bono vt iſta non requirat.
⁊ eſt rurſus talis in malo. vt nec his vale-
at. cũ h̃ vita tranſierit: adiuuari. Quo cir-
ca hic omne meritum comparat̃ quo poſ-
ſit poſt hanc vitam quiſpiam grauari vel

Aug. Ienc

Quibus pro ſint oroes et elemoſyne et ſacrificium et hmõi.

releuari. Nemo autem ſperet quod hic ne-
glexit cum obierit apud deum promereri.
Non ergo iſta que pro defunctis commen
dandis frequentat eccleſia illi apoſtolice
ſunt aduerſa ſententie qua dictum eſt. Om
nes ſtabimus ante tribunal chriſti. vt refe-
rat vnuſquiſq3 ſm ea que per corp⁹ geſſit.
ſcilicet bona vel mala. quia etiam hoc meri
tum ſibi quiſq3 cum in corpore viueret cõ-
parauit. vt poſſent ei iſta ꝓdeſſe. Nõ enim
omnibus proſunt. ⁊ quare? Non niſi pro-
pter differentiam vite quam quiſq3 geſſit ĩ
corpore. Cum ergo ſacrificia ſiue altaris ſi
ue quarũcunq3 aliarũ elemoſynaruꝫ ꝓ ba-
ptizatis omnibus offerunt̃. ꝓ valde bonis
gr̃arum actiones ſunt. ꝓ non valde malis
ſunt ꝓpiciationes· Sed pro valde malis.
⁊ ſi nulla ſunt adiumenta mortuoꝝ. tamen
qualeſcunq3 viuorum conſolationes ſunt.
Quibus vero proſunt. vel ad hoc proſunt.
vt ſit plena remiſſio. vel certe vt tollerabi-
lior ſit ipſa damnatio. Orationibus g̊ ſan-
cte eccleſie ⁊ ſacrificio ſalutari ⁊ elemoſy-
nis que pro eõrum ſpiritibus offeruntur.
non eſt dubium mortuos adiuuari. vt cuꝫ
eis miſericordius agatur a domino: q̃z eo-
rum peccata meruerunt. Hoc enim a patri
bus traditum tota obſeruat eccleſia. Ut ꝓ
eis qui in communione corporis ⁊ ſangui
nis domini defuncti ſunt. cum ad ipſum ſa
crificium loco ſuo commemorentur oretur
ac pro illis quoq3 id offerri commemoret̃.
Non eſt ergo ambigẽdum iſta prodeſſe de
functis. ſed talibus qui ita vixerunt ante
mortem: vt poſſint eis hec vtilia eſſe poſt
mortem. Nam qui ſine fide operante ꝑ di
lectionem eiuſq3 ſacramentis de corpe exie
runt. fruſta illis a ſuis huiuſmodi pietatis
officia impenduntur. cuius dum hic eſſent
pignore caruerunt. non miſericordiam ſibi
theſaurizantes: ſed iram. Non ergo mor-
tuis noua merita comparantur cum ꝓ eis
aliquid boni operantur ſui. ſed eorum pre-
cedentibus conſequentia iſta redduntur.
Nam iſtam quiſq3 finiens vitaꝫ: niſi quod
in ea meruerit: non poterit habere poſt eaꝫ
Ecce quibus ⁊ qualiter proſint illa que ꝓ
defunctis frequentat eccleſia. mediocriter
malis ſuffragant̃ ad pene mitigationẽ. me-
diocrit̃ bonis ad plenã abſolutionẽ. Qui
non habent tãte ꝑfectionis merita vt nõ in
digeãt iuuari ꝑ paupes quoꝝ eſt regnum
celorũ quos ſi fecerũt amicos de mãmona
iniquitatis. Quorũ tanta eſt ꝑfectio vt his

Aug⁹. in ſermone de verbis apoſtoli.

Aug. de verbis apli

adiutorijs nõ indigeãt: quales ſũt apoſtoli ⁊ martyres. Ut enĩ ait Aug⁹. Iniuria ẽ ꝓ martyre orare in eccleſia. cui⁹ nos debemus orationibus cõmendare. ꝓ alijs autẽ defunctis oraẗ.

## De officijs ſepulture. c

Aug⁹. in ſermone de verbis apoſtoli.

**De pompis vo ex**equiarũ idem Aug⁹. ita dicit. Pompa funeris agmina exequiaruʒ. ſumptuoſa diligentia ſepulture. viuorũ ſunt qualiacunqꝫ ſolatia: nõ adiutoria mortuoꝝ. Quia ſi aliquid ꝓdeſt impio ſepultura ꝑcioſa: oberit pio vilis vel nulla. Preclaras exequias in conſpectu hoĩm purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorũ. ſ; mlt̃o clariores ĩ cõſpectu dñi vlceroſo illi pauperi miniſteriũ exhibuit angelorũ. qui eũ extulerũt non in marmoreũ tumulũ: ſ; in Abrae gremium.

Aug. ĩ eodẽ.

Sit tñ cura mortuos ſepeliendi ⁊ ſepulcra conſtruendi. q2 hec in ſcripturis ſanctis inter bona opera deputata ſunt. nec ſolum in corpibus patriarcharũ aliorũqꝫ ſanctorũ. ſed etiam in ipſius domini corpore q̃ iſta fecerunt laudati ſunt. Impleant igiẗ homines erga ſuos officia poſtremi muneris et ſui humani leuiamenta meroris. Ueruʒ illa que adiuuant ſpiritus defunctorum ſcilicet oblationes orationes multo obſeruantius ꝓcurent.

## De duob⁹ bonis quorũ alter plura poſt mortẽ habet auxilia. d

**Solet moueri que**ſtio de duobus vno diuite altero paupere pariter ſed mediocriter bonis q̃ ꝑdictis ſuffragijs indigent ⁊ meruerunt ꝑiter p⁹ mortem iuuari. pro altero vo id eſt pro diuite ſpeciales ⁊ cõmunes fiunt orationes multeqꝫ elemoſynarum largitiones. pro paupere vo non fiunt niſi communes largitiones ⁊ orationes. Queritur ergo an tm̃ iuueẗ pauper paucioribus ſubſidijs quantuʒ diues amplioribus. Si non pariter iuuatur: non ei redditur ſ;m merita. Meruit enim pariter iuuari. quia pariter boni extiterunt. Si vo tantum ſuffragij conſequiẗ quantuʒ diues: quid contulerũt diuiti illa ſpecialiter ꝓ eo facta? Sane dici poteſt non ei magis valuiſſe generalia ⁊ ſpecialia q̃z pauperi ſola generalia ſuffragia. ⁊ tamen profuerunt

Reſpõſio.

diuiti ſpecialia non quideʒ ad aliud vł magis aliquid. ſed ad ideʒ ad quod generalia vt ex pluribus ⁊ diuerſis cauſis vnum ꝑciperetur emolimentum. Poteſt tamen dici aliter illa plura ſubſidia contuliſſe diuiti celeriorem abſolutionem: nõ pleniorem.

Secunda melior

## Quibus ſuffragijs iuuabunẗ mediocriter boni qui in fine inuenĩẽtur. e

**Sed iterũ queriẗ** de aliquo mediocriter bono qui talib⁹ indigens ſuffragijs in ipõ conſummatõis articulo cum reliquis migrabit: ſi ſalu⁹ fuerit. Pro eo non offertur vlterius ſacrificiũ vel oratio vel elemoſyna. nec habebat tante perfectionis merita. que his ſuffragijs non egerent. Nunquid ergo ſaluabitur? Eſtimo eum quaſi per ignem tranſeuntem ſaluari meritis ⁊ interceſſionibus celeſtis eccleſie. que pro fidelibus ſemper intercedit voto ⁊ merito donec impleaẗ xp̃s.

## Quomodo ſancti glorificati audiunt preces ſupplicantium et quomodo intercedunt ꝓ nobis ad dominum. f

**Sed forte queris** nunquid preces ſupplicantiũ ſancti audiũt ⁊ vota poſtulantiũ in eorum noticiaʒ perueniũt? Non eſt incredibile animas ſanctorum que in abſcondito faciei dei veri luminis illuſtratione letantur: in ipſius contemplatione ea que foris aguntẗ intelligere. q̃ztum vel illł ad gaudiũ vel nobis auxilium ꝑtinet. Sicut enĩ angelis ita ⁊ ſanctis qui deo aſſiſtunt petitiones noſtre innoteſcunt in verbo dei quod contemplantur. vnde ⁊ dicuntur angeli oratiões ⁊ vota noſtra offerre deo. non quia eum doceant. ſ; q2 eius voluntatem ſup eis ꝯſulũt. Unde Aug⁹. Angelis qui ſunt apud deum innoteſcunt petitiones nr̃e vt quodammodo eas offerant deo ⁊ de his cõſulant. ⁊ quod deo iubente implenduʒ eſſe cognouerint. hoc nobis euidenter vel latenter reportẽt. Unde ⁊ angelus hominibus ait cuʒ oraretis orationem veſtram obtuli deo. Ad omia quidem ſcienda ſufficit deo ſua perfectio. habʒ tamen nuncios. id eſt angelos. non qui ei

Aug. in li. de orãdo ad deum.

Aug.in li.xv de trini. que neſcit annũciẽt. (Nõ enim ſunt ylla q̃
neſciat) ſ bonũ eoꝝ eſt de opibus ſuis ei⁹
ꝯſulere veritatem. ⁊ hoc eſt qđ ei dicuntur
nõnulla nũciare. non vt ipſe ab eis diſcat: ſ
vt ab eo ipſi ꝑ ỽbum eius ſine corꝑali ſono
nunciãt etiã qđ voluerit ab eo miſſi ad q̃s
voluerit. totũ ab illo ꝑ illud ỽbum eius au
dientes .i. in eius veritate inueniẽtes q̃d ſi
bi faciendũ: quid q̃bus ⁊ qñ nunciandum
ſit. Nam ⁊ nos orantes eũ. nõ eũ docemus
q: nouit (vt ait ỽbuȝ eius) pater veſter q̃d
vobis neceſſariũ ſit priuſq̃ȝ petatis ab eo.
Aug.in li.de gra no.teſta. Nec iſta ex ꝑte cognouit: ſ futura oĩa tem
poralia atq̃ȝ in eis etiam q̃d ⁊ qñ ab illo pe
tituri fueramus. ⁊ quos ⁊ de q̃bus reb⁹ vľ
exauditur⁹ vel non exauditurus eſſet ſine
initio añ p̃ſciuit. Nõ g̃ d: angelus oratões
nr̃as offerre deo. q̃ſi deus tunc nouerit q̃d
velimus ⁊ quo indigeamus q̃ oĩa añq̃ȝ fiãt
ſicut ⁊ poſtq̃ȝ facta ſunt: nouit. ſed q: neceſ-
ſe habȝ rationaľ creatura tꝑales cauſas ad
eternã veritatẽ referre ſiue petendo q̃d er-
ga ſe fiat. ſiue ꝯſulendo q̃d faciat.

## Qđ dictum eſt de angelis attribu it ſanctis animabus. S

**Si autem angeli a**
deo ꝑ ỽbum eius diſcunt petitões noſtraſ
⁊ quid de his implendum ſit ⁊ q̃d nõ. Cur
non credamus ⁊ animas ſanctorum dei fa
ciem contemplantiũ in eius veritate intelli
gere p̃ces hominũ. ⁊ que implende ſint vel
non. Inde eſt ꝙ deus dicitur exaudire pre
ces quorũdam non ſolũ quãdo effectu mã-
cipãt: ſed etiam qñ innoteſcit curie angelo-
rum ⁊ ſanctarũ animarũ quid inde futurũ
ſit vel non. ⁊ quid cognoſcunt in dei volũ-
tate eſſe volunt ⁊ ipſi. Adeo cũ ſupne volũ
tati addicti ſunt: vt nihil p̃ter eius volũta-
tem queant velle. Intercedũt g̃ ad deũ ꝓ
nobis ſancti. ⁊ merito: dum illorum merita
ſuffragantur nobis. ⁊ affectu dum vota no-
ſtra cupiunt impleri. Quod tamen non fa-
ciunt: niſi in voluntate dei implenda didi-
cerint. Oramus ergo vt intercedant ꝓ no
bis. id eſt vt merita eorum nobis ſuffragen
tur. ⁊ vt ipſi velint bonum noſtrum. q: eis
volentibus deus vult et ita fiet. Ex premiſ
ſis conſtat ꝙ cum quibuſdam miſericordi⁹
agit deus q̃ȝ eorum peccata meruerit .ſ. cuȝ
mediocriter malis: qui ſuffragijs eccľie iu-
uantur.

Iſta eſt diſtitio. xlv. hui⁹ quar-
ti libri. In qua mgr̃ poſtq̃ȝ oſtenſum eſt de his q̃ ad
reſurrectionẽ ꝑtinent. Hic determĩat de his que ꝑti
nent ad reſurgentiũ remuneratiõȝ ⁊ punitionẽ. Et
circa hoc tria facit. Primo eñ oſtẽdit quõ aĩe q̃ȝ ci
to a corꝑibus ſepanꝫ habitaculꝫ iuxta ſua merita vel
demerita reddanꝫ Scđo quõ defunctis exequie vi-
uorũ ꝓ eis facte ſuffraganꝫ. Tertio inquirit vtrum
btĩ in patria ꝓ nobis dep̃ceñt. Primũ facit vſq̃ȝ ibi
De ſuffragijs defunctoꝝ. Scđm vſq̃ȝ ibi. Sȝ forte q̃
ris. Tertiũ vſq̃ȝ ad fi. diſtin. In ſpẽali ſnĩa mgr̄i ſtat
in tribus ꝓpoſitionibus quaꝝ p̃ma eſt hec. Quam
cito aĩe in morte a ſuis corꝑibus ſepanꝫ mox ꝓ mõ
ſuorũ meritorũ diuerſis habitaculꝫ reddentur. Hãc
mgr̃ ponens dicit ꝙ anime defunctorũ iuxta ſua me
rita diuerſis habitaculis reddentur vſq̃ȝ ad dieȝ iu-
dicij. Poſt iudiciũ ỽo earum pena vel gloria auge-
bitur. quod autoritate beati Augu. ꝓbat. Uñ infe-
ro ꝙ ſicut facta reſurrectiõe pena malorũ augeꝫ. ita
gľa ſeu beatorũ gaudiũ plus ꝑficietur. Scđa ꝓpoſi
tio eſt hec. Illi de orationibus ⁊ elemoſynis eccleſie
illic hunc ꝑfectum recipiũt: q̃ hic talia vt eis ꝓfece-
rint meruerũt. Hanc mgr̃ inſinuans dicit mortuos
viuorũ ſuffragijs iuuari. ſi tñ hoc meruerũt dum vi-
uerent. Poſtea ſubdit ꝙ iſta que hic ꝓ defunctis fre
quentat eccleſia mediocriter malis ſuffraganꝫ ad pe
ne mitigationem. ⁊ mediocriter bonis ad pene ſolu-
tionem. Et facta ꝓ valde bonis qui ſuffragijs non
indigent ſunt gr̃arum actiões. ⁊ facta ꝓ ſumme ma
lis qui iuuari non poſſunt. q̃uis nõ ſunt eis adiumẽ
ta: ſunt tamen ad viuentiũ conſolationem. qđ autori
tate beati Auguſtini cõfirmat. Poſtea dicit ꝙ pom-
pe que fiunt in obſequijs ſunt ad viuorũ ſolaciũ: nõ
ad mortuorũ ſuffragiuȝ. laudabile tamẽ ẽ circa mor
tuorum ſepulturam curam impendere. Poſtea mo-
uet queſtionem de diuite ⁊ pauꝑe: quorũ vterq̃ȝ cum
ſit mediocriter bonus ſuffragijs indiget. ⁊ ambo pa
riter poſt mortem meruerũt iuuari. ⁊ ꝓ diuite fiunt
multa ſuffragia generalia ⁊ ſpecialia. ꝓ pauꝑe ỽo
tm̃ generalia. vtruȝ iuuetur pauper paucioꝛib⁹ ſuf-
fragijs q̃ȝtum diues amplioribus. Et videtur ꝙ ſic.
ꝙ vterq̃ȝ meruit iuuari ⁊ equaliter boni fuerũt. Con
trarium aũt videtur quia aľs nihil conferrent ſpecia
lia ſuffragia diuiti pro eo facta. Et reſpondet magi-
ſter ꝙ tantũ valent pauperi ſola generalia ſuffragia
q̃ȝtum diuiti generalia ⁊ ſpecialia ſuffragia. ⁊ tamen
ꝓfuerunt ſpecialia ſuffragia diuiti non ad aliud vel
maius aliquid: ſed ad idem ad quod generalia vt ex
pluribus cauſis vnum ꝑciperet emolimentum. Uel
poteſt dici illa plura ſuffragia diuiti cõtuliſſe celerio-
rem abſolutionem ⁊ non pleniorẽ. Poſtea querit de
illo qui ſuffragijs indiget ⁊ moriaꝫ in ipſa conſumma
tione ſeculi quando vlterius ſuffragia impendi non
poterunt vtrum talis ſaluabiꝫ? Et reſpondet ꝙ taľ
ꝑ ignem tunc futurum ⁊ ꝑ orationes celeſtis eccleſie
ſaluabiꝫ. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Angeli orationes
noſtras deo offerunt. ⁊ ea que hic apud nos agũtur
recognoſcunt. Hanc magiſter inſinuans querit. vtꝝ
ſancti preces noſtras ⁊ vota ſibi porrecta audiant ⁊
ſciant? Et reſpondet ꝙ angeli ⁊ ſancti diuinã faciem
videntes ea que apud nos geruntur cognoſcunt q̃ȝ-
tum ad eorum gaudium ꝑtinet ⁊ noſtrum auxilium.
vnde ⁊ angeli dicũtur orationes noſtras ſemꝑ offer-
re deo. non tanq̃ȝ deum inſtruentes: ſed quid circa
nos agendum ſit ad eius veritatem ducentes. vnde
preces noſtre dicunꝫ exaudite quãdo celeſti curie ea
rum exauditio innoteſcit: ſeu earũ euentus futurus
manifeſtaꝫ. Et tm̃ in ſpẽali.

Si valde malis detur mitigatio pene. a

DI.XLVI

Sed querit hic de valde malis. vtruʒ ⁊ ipſi i ali qua penarum mitigatione dei miſcdiam ſentiãt vt minus q̃ꝫ meruerit pu niantur? Quidã autumant eos nullaʒ rele uationẽ pene habituros. qꝺ ꝯfirmãt Jaco bi autoritate dicẽtis. Judiciũ ſine miſcdia fiet illi q̃ non fecit miſcdiam. Aug⁹. etiã ait Miſericordia hic. iudiciũ in futuro. Ideʒ diſtinguẽs quõ oẽs vie dñi ſint miſcdia et veritas ait. Erga ſanctos omẽs vie dei mi ſericordia. erga iniquos omnes veritaſ. qꝛ ⁊ in iudicando ſubuenit. ⁊ ita non deeſt mi ſericordia. ⁊ in miſerando id exhibet qꝺ ꝓ miſit. ne deſit veritas. Erga omnes autem quos liberat ⁊ damnat oẽs vie ſunt miſeri cordia ⁊ veritaſ. qꝛ vbi non miſeret: vindi cte veritas datur. Dicẽs vbi nõ miſeretur dat intelligi aliq̃d a deo fieri vbi ipſe nõ mi ſeret. Sed his occurrit qꝺ ait Caſſio. ſup Pſal. l. loquens de miſericordia et pietate dei. He due inquit res iudicio dei ſemꝑ ad iuncte ſunt. Ergo ⁊ in punitione malorum non eſt iuſticia ſine miſcdia. Idem de iudi cio ⁊ miſericordia ait. Hec duo mutua ſo cietate ſibi iunguntur. In his breuiť om nia opera dei includit. Aug⁹. q̃ꝫ reſpõdenſ illis qui reproborũ ſupplicia finem habitu ra contendunt. ita illorum repellit opinio nem. aſſerens reprobos ꝑpetuo puniẽdos vt eorum ſupplicia mitigari aliquaten⁹ nõ neget. Fruſtra inquit nõnulli eternã dam nandorum penam ⁊ cruciatus ſine inter miſſione ꝑpetuos humano miſerenť affe ctu. atq; ita futurũ eſſe nõ credũt. Nõ qui dem ſcripturis aduerſando diuinis: ſed ꝓ ſuo motu dura queq; molliendo ⁊ in leuio rem flectendo ſniam. q̃ putant in eis terribi lius eſſe dicta q̃ꝫ veri⁹. Non eñ (inquiũt) obliuiſceť miſereri de⁹. aut contineat in ira ſua miſericordias ſuas. Hoc q̃deʒ in pſalte rio legiť. ſed de his intelligiť q̃ ſunt vaſa mi ſericordie. qꝛ ⁊ ipſi non ꝓ meritis ſuis: ſed deo miſerante de miſeria liberanť. Aut ſi h̃ ad omnes eſtimant ꝑtinere. non iõ neceſſe eſt vt damnationem opinenť finiri poſſe eo rum. de q̃bus dictum eſt. Ibũt hij in ſup plíciũ eternũ. Ne hoc mõ puteť habitura finem felicitas eorũ. de q̃bus econtrario di ctum eſt. Juſti aũt in vitã eternã. Sed pe nas dãnatorũ certis tẽporib⁹ eſtimẽt (ſi hoc his placet) aliquatenus mitigari. Et ſic quippe intelligi põt manere ira dei in illis. i. ipſa damnatio. Hec eñ vocatur ira dei non diuini animi ꝑturbatio. vt in ira ſua. i. manente ira ſua nõ cõtineat miſe rationes ſuas. nõ eterno ſupplicio finẽ dan do. ſed leuamen adhibendo, vel interponẽ do cruciatibus. qꝛ nec pſalmus ait ad fini endam iram ſuã vel poſt irã ſuã. ſed in ira ſua Que ſi ſola eſſet: alienari a regno dei ⁊ carere magna multitudine dulcedinis dei tam grandis tñ eſt pena. vt ei poſſint nul la tormenta que nouim⁹ cõparari. ſi illa ſit eterna. iſta aũt ſit quãlibet multis ſeculis longa. Manebit ergo ſine fine mors ꝑpe tua dãnatoꝝ. et ipſa omnib⁹ erit cõmunis. ſicut manebit cõmuniter oĩm vita eterna ſanctoꝝ. Ecce ita aſſerit hic penas repro borum nõ eſſe finiendas. qꝺ nõ improbat ſi dicatur eoꝝ ſupplicio aliqꝺ leuamen ad hiberi. Unde nõ incongrue dici põt deuʒ et ſi iuſte id poſſit. non omnino tñ punire malos in futuro quãtũ meruerunt. ſed eis aliquid q̃ꝫtũcũq; mali ſint ꝺ pena relaxare

Determinat premiſſas autori tates. b

Quod ergo dictuʒ eſt iudiciũ ſine miſericordia fieri illi q̃ non fecit miſericordiã. ita intelligi põt. q: iudi cium damnatiõis fiet illi q̃ nõ fecit miſeri cordiam. ꝓ eo q: fuit ſine miſericordia. vel fiet iudicium ei ſine miſcdia. liberante ⁊ ſal uante. qui tñ in aliq̃ pene alleuiatiõe miſe ricordiam dei ſentiet. Ita cum diciť miſeri cordia hic. iudiciũ in futuro. nõ negať q̃n i futuro ſit miſcdie effectus ⁊ in electis qui ꝑ miſericordiã ab oĩ miſeria liberabunť. ⁊ in reprobis qui minus q̃ꝫ meruerit cruciabũ tur. Sed hic non ſine cauſa dicitur fieri dei miſericordia: ⁊ iudiciuʒ in futuro. qꝛ ⁊ hic multis modis miſeretur deus. q̃bus nõ mi ſerebiť tunc. Uocat eñ deus nunc pecca tores et iuſtificat. qꝺ tunc non faciet. ⁊ tũc reddet ſinguľ ſm merita ſua. manifeſte iu dicabit: qui nunc occulte iudicat. Cui⁹ occultũ iudiciũ (vt ait Aug⁹.) intelligitur pena qua quiſq; vel exerceť ad purgatiõʒ vel mouetur ad conuerſionem. vel ſi con temnit excecatur ad damnationeʒ. Occul tum ergo iudiciũ dei pena dicitur. qua iu ditat purgando. conuertendo vel excecan do. Judicia quoq; dei interdum appellanť diſpenſationes eius de omnibus rebus

Aug⁹. ſuper octonarium.

Au. i ench. cõtra illos q̃ aſſerũt malorum cruciat⁹ terminãdos.

De occulto iudicio. Aug⁹. ſuper pſal. viij.

De ſententia iudicis.

Vn̄. Quā incōprehēſibilia ſūt iudicia ei⁹ et iudicia ei⁹ abyſſus multa. Iudiciū autē quo in futuro iudicabit. intelligitur ſentē/tia iudicis qua ventilabitur area.i.diuidē tur: localit̄ boni a malis miniſterio angelo=rum.et iſti in vitam ducent̄. illi in ſupplici/um mittent̄ qui nunc ſimul mixti ſunt.

## De iuſticia ꝛ miſericordia dei. c

Sed quomodo iuſticiam dei et pietatem. id eſt miſericordiā ſupra coſſiodorus duas eſſe res dixit. que ſemper adiuncte ſunt iudicio dei Iuſticia em̄ dei et miſericordia nō due res ſunt ſed vna res .i. vna diuina eſſentia eſt. ſicut ſu/pra pluribus autoritatibus oſtenſum eſt. Quia nō eſt deo aliud eſſe miſericordeꝫ q̄ꝫ miſericordiā.nec iuſtū quaꝫ iuſticiam .ſed idem prorſus. Nec aliud eſt ei eſſe miſeri=cordem q̄ꝫ iuſtum. vel miſericordiā q̄ꝫ iuſti ciam ſed omnino idem.quia nō denomia/tiue ſed eſſentialiter hec de deo dicuntur. Cur ergo dicit ſcriptura de operibus dei quedā eſſe miſericordie .quedam iuſticie? Si enim iuſticia dei miſericordia eſt. que/cunqꝫ ſunt opera miſericordie .eſſe viden/tur iuſticie ꝛ ecōuerſo. His reſponderi po tes ſic. illis locutionib⁹ quibus huiuſmo/di opm fiunt diſtinctiones. vt alia miſeri/cordie.alia iuſticie.alia bonitati attribuan tur.nō diuerſitas ſubiacētis .id eſt rei his vocabulis ſignificate exprimitur ſed vari=etas ſenſuū et effectuum in creaturis mon/ſtratur. Cum em̄ dicitur deus iuſtus vl' iu ſticia. eſſentia diuina predicatur. et etiā ꝙ ipſe ſit diſtributor. et iudex meritorū itelli gi datur. Ita ꝛ cum dicit̄ miſericors.eſſen tia diuina predicat̄ .et inſuper ꝙ ipſe ſit mi ſeroꝝ liberator intelligi datur. Similit̄ cū dicitur bonus.eſſentia diuina predicatur: Et cū dr̄ deus.et inſup auctor omniuꝫ bo/norum oſtendit̄. Ita et cum dr̄ deus. eſſen tia diuina predicat̄. ꝛ ipſe timendus oñdi tur. Inde ergo quedā opa miſericordie q̄=dam iuſticie dicunt̄. nō quin diuina eſſen/tia hec et illa operet̄ .et quin hec et illa ſint opa diuine eſſentie que dicit̄ miſericordia et iuſticia.ſed qꝛ quedā ſunt quibus iudex et equus diſtributor .quedā quibus oſten ditur miſerator Miſericors em̄ dicitur in natura miſerator in exhibitione. ꝛ in q̄buſ dam operibus dicitur effectus eſſe miſeri=cordie in quibuſdaꝫ effectus iuſticie. nō ꝙ aliō efficiat iuſticia.aliud miſericordia dei ſi ad eſſentiam referas. ſed qꝛ ex quibuſdā effectibus intelligit̄ iudex. ex quibuſdam miſerator. vel vt quibuſdā placet iuſtus ꝛ miſericors. Sed ſm̄ hoc occurrit q̄ſtio. quō ex alijs oſtendat̄ iuſtus et ex alijs mi/ſericors cū ſit idem ei eſſe iuſtū et eſſe miſe/ricordem:? Si em̄ ſm̄ eandē rationeꝫ dr̄ iu/ſtus et miſericors. ex eo ope quo intelligit̄ iuſtus intelligitur miſericors et econuerſo Sed dixi ſupra qꝛ dū dr̄ deus iuſtus et mi ſericors ita eadē dina eſſentia ſignificat̄. et ſm̄ eā idē p̄dicat̄ vt etiā quedā diuerſa in=telligant̄. Intelligimus em̄ ꝑ hoc eū eē mi ſeratorē ꝛ iuſtū iudicem. Qō euident̄ Ori genes oſtendit dicēs. Omnia que dei ſunt chriſtus eſt. ipſe ſapientia eius. ipē fortitu do. iuſticia. ſanctitas. ipē prudētia. Sꝫ cū vnuꝫ ſit in ſubiacenti ꝓ varietate ſenſuum diuerſis nuncupat̄ vocabulis. Aliud em̄ ſignificat ſapientia. aliud iuſticia. Quādo em̄ ſapiētia dr̄. diſciplinis tc diuinarū hu/manarumqꝫ rerum inſtruere intelligitur. Quādo iuſticia. diſtributor vel iudex me=ritorū inſinuatur. Ita et prudentia cū dr̄. doctor et demonſtrator bonarū vel mala=rum rerū vel neutrarū intelligit̄.

De opib⁹ iuſticie et miſericordie dei ꝛ bonitatis.

Reſpōſio

Origenes

## Autoritatibus probat quedam iuſticie. alia miſericordie. alia bonitati attribui. d

Q꞉ aūt quedā opera miſericordie. quedā iuſticie. quedā bo/nitati attribuant̄. in ſcripturis facile eſt re perire. Et ō miſericordia quidē et iuſticia manifeſtum eſt. de bonitate vero et miſeri cordia amplius latet. Sed Aug⁹. docet il=la opa ꝓprie ad miſericordiā ptenere qui=bus aliqui a miſeria liberant̄. Ad bonita=tē v̄o nō ſolū illa. ſed facturam et guberna tionem naturaliū ita dicens. Ad miſcd̄iaꝫ ptinet ꝙ a peccatis mūdat et de miſeria li/berat. Ad bonitatē v̄o ꝙ celū et terram et omnia valde bona creauit vt eſſent. Ideꝫ Celi non indigent miſericordia. vbi nulla eſt miſeria. in terra hominis abundat mi/ſeria et ſupabūdat dei miſericordia. Mi/ſeria ergo hominis et miſericordia dei ple na eſt terra nō celi. qui nō indigent miſeri cordia. indigent tamē regēte domio. Om=nia em̄ indigēt domino ꝛ miſeria et felicia quia ſine illo miſer nō ſubleuat̄. felix nō re gitur. Item alibi. Miſericordia eſt erga miſeros. bonitas erga quoſlibet. Interdū tamen miſericordia large accipitur vt bo=nitas.

Aug⁹. ſuper pſal. cxxxv.

Idem ſuper pſal. xxxij.

Qũo vniuerſe vie dñi dicãtur mi ſericordia et veritas. e

Poſt hec cõſiderari oportet. ex quo ſenſu vniuerſe vie domini dicant̃ miſcd̃ia et v̾itas. Hoc multiplicẽ recipit expoſitionez. Uniu̾ſe em̃ vie dñi miſcd̃ia et veritas q̃b⁹ ad nos venit. vt ait Aug. ſup pſal. intelligunt̃ duo aduentus. Prim⁹ in quo manifeſtã ⁊ multiplicẽ miſericordiã nobis exhibuit. ⁊ ſcd̃s in quo req̃rendo merita iuſticiã exhibebit. Uniuerſe etiam vie dñi. i. quibus ad dñm aſcendimus ſunt iuſticia qua a malo declinamus et miſericordia qua bonũ facimus. In his em̃ duobus omne bonũ merituz includit̃. Sed cũ ſupius. Caſſiod̃. dixerit in his duobus omnia opa dei includi. merito queri poteſt an in omni ope domini hec duo mutuo ſibi iungant̃? Quibuſdã placuit nõ in om̃i ope dñi hec duo ꝯcurrere ẜm effectuz dico. nã ẜm eẽntiã nõ diuidit̃ miſcd̃ia a iuſticia. ſed vnũ eſt. Uerũ ẜm effectũ nõ i oi ope dñi dicũt eſſe miſericordiã ⁊ iuſticiam ſed in quibuſdã fatent̃ tm̃ miſcd̃iaz ⁊ alijs iuſticiaz. atqꝫ i alijs miſcd̃iam ⁊ iuſticiam Fatẽtur tm̃ dñm oĩa q̃ fecit miſericorditer agere et iuſte. referentes rõnez dicti ad dei voluntatẽ q̃ iuſticia eſt et miſericordia. nõ ad effectus miſericordie et iuſticie q̃ ſũt in rebus Alijs aũt videt̃ ꝙ ſicut dr̃ deus omnia opa ſua iuſte facere ⁊ miſericordit̃. ita ꝯcedendũ ſit in oi ope dei iuſticiã eſſe ⁊ miſericordiã. i. clementiã ẜm effectũ vl̾ ſignũ qꝛ nullũ opus dei eſt in quo nõ ſit effectus vel ſignũ equitatis et clementie ſiue occulte ſiue apte. Aliqñ em̃ manifeſta eſt clemẽtia ſiue benignitas ⁊ occulta eq̃tas. aliquãdo econuerſo.

Iſta eſt diſtinctio. xlvi. h⁹ quarti libri. In qua mgr̃ poſtq̃ ſupius determinauit de remuneratione et punitione aĩaꝝ añ iudiciũ ⁊ reſurrectionẽ. Hic determiat de diuina iuſticia ⁊ miſcd̃ia q̃bus p̃dicta diſpenſant̃ Et ſñia huius diſ. in ſpãli ſtat in iſta ꝓpoſitiõe. In p̃miatione damnatorũ hoĩm et angeloꝝ iuſticiã et miſericordiã ſeruat creator eorũ Hanc mgr̃ inſinuãs querit. vtrũ circa damnatos ſit aliqua dei miſcd̃ia. Et arguit ẜm quoſdã ꝙ non per plures autoritates. Poſtea obijcit ꝑ quoſdã autoritates et ꝓbat penas damnatoꝝ nunq̃ eſſe finiẽdas Poſtea ſoluit dicens ꝙ circa dãnatos eſt aliqua dei miſericordia in pene impoſitiõe et mitigatiõe nõ tamen penitus in abſolutione vel occulta peccatorum reuocatione. ſicut contingit in p̃ſenti. Et ex hoc põt ſolui autoritates in ꝯtrarium adducte q̃ nõ omnino miſcd̃iam dei a dãnatis excludunt. Addit etiam q̃d ꝑ occultũ dei iudiciũ intelligat̃. qñqꝫ em̃ intelligit̃ pena qua aliquis exercitat̃ ad purgationem vel mouet̃ ad ꝯuerſionem vel ſi contemnit excecat̃ ad damnationem. quãdoqꝫ intelligit̃ dei diſpoſitio d̾ omnibus rebus qñqꝫ vero finalis ſententia que in futuro malos a bonis ſeꝑabit. Poſtea querit cuz dei miſericordia et iuſticia idẽ ſint qualiter quedã opa attribuunt̃ miſericordie. et alia iuſticie. Et rñdet ꝙ hoc eſt ꝓpter diuerſitatẽ ꝯnotatoꝝ vel diuerſarum de deo conceptionum. ꝓpter quã etiã diuerſitatez aliqua diuine bonitati attribuunt̃ aliqua miſericordie. bonitas eñ reſpicit gratuitã dei donationez. miſericordia v̾o a malo liberationẽ. Poſtea querit qũo intelligendum ſit ꝙ vniuerſe vie dñi ſunt miſericordia et veritas. Et rñdet q̃a hoc ideo dr̃ ꝙ cum ſit duplex aduentus dei. vnus miſericordiã alius iuſticiã reſpicit. vel hoc ꝓ tanto dr̃. qꝛ ad deum imus mala declinando ꝑ iuſticiã. bona opa faciẽdo ꝑ miſericordiã. et ſic vniuerſe vie dñi miſericordia et veritas q̃b⁹ ad deum imus Ultimo q̃rit vtrũ in oĩ ope dei miſcd̃ia ⁊ veritas icludant̃. Et rñdet ẜm quoſdã ꝙ nõ ẜm effectum. ſed ꝙ in quibuſdã ſit tm̃ miſcd̃ia et in q̃buſdaz tm̃ iuſticia. in q̃buſdaz miſcd̃ia et iuſticia ſil̾. Dicunt tm̃ in oĩ ope dei ꝯtineri ambo ẜm eſſentiã. qꝛ vna et eadẽ voluntas dei eſt iuſticia et miſcd̃ia. Alij v̾o dicunt ꝙ etiaz ẜm effectum vel ſignũ in omni ope dei ꝯcurrunt ſimt̃ miſcd̃ia et iuſticia. ita ꝙ nullũ opus dei ſit in quo nõ ſit effectus vel ſignum eq̃tatis et miſcd̃ie ſiue occulte ſiue apte. Et tm̃ in ſpãli.

De ſententia iudicij. a

Olet etiã q̃ri qualit̃ dabit̃ iudicij ſentẽtia Sz nõ ẽ ꝑſpicuũ id explicare Nõ em̃ ſcp̃tura apte diffinit an voce illa ꝓferant̃. Ueite bñdicti. ⁊ Ite maledicti. an virtute iudicis ita fiat ꝯſciẽtijs ſingulorum atteſtantibus. vt nõ dicit̃ futurũ vt iudicis potentie effectus. ipſius dictione ſignificet̃. Illa etiam. Eſuriui et nõ dediſtis mihi manducare et hmõi. magis ꝯſcientijs exprimenda plurimi putant q̃ꝫ verbis. qꝛ aplꝰs in momento et in ictu oculi miſteriũ cõſumandum tradit Sed illud ad reſurrectõis ſtatũ tm̃ referunt non ad iudiciũ. qui alij iudicij ſententiã et malorum increpationes ⁊ bonoꝝ premia verbis exprimenda aſſerunt. DI. XLVII

Qd̾ iudicabunt ſancti qũo. b

Non autem ſolus chriſtus iudicabit. ſ; et ſancti cũ eo iudicabũt natiões. Ipe em̃ aplꝰs ait. Sedebitis ⁊ vos ſup duodeci ſedes iudicãtes duodecim trib⁹ iſrl̾. Nec ẽ putãduz ꝙ duodecim aplꝛs tm̃ h̾ ꝓmiſerit xp̃s. Ubi em̃ ſedebit paul⁹ q̃ pl⁹ oibus laborauit ſi non ibi ſedebunt niſi. xij. Per duodecim ergo ſedes ꝑfectio tribunalis. i. vniuerſitas iudicãtiuz intelligit̃. ſ. oms ꝑfecti q̃ relictis oibus ſecuti ſũt xp̃m. Per duodecim trib⁹ vniu̾ſitas iudicandorum. Iudicabunt vero eos De duodeci ſedibus.

ſancti nō mō coopatione. ſed etiā autoritate et poteſtate. Vn̄ Gladij ancipites i manibus eoꝝ.i. ſentētia de bonis ⁊ de malis in poteſtate eoꝝ̄. Si vero querit̄ que erit eoꝝ poteſtas vel autoritas in iudicando? Puto nō ante poſſe ſciri ꝗ̄ videat̄. niſi diuina reuelatione quis didicerit.

De ordinibus eoꝝ̄ qui iudicandi erunt. c

Erunt autē quatuor ordines in iudicio. Due quippe ſunt ꝑtes. electoꝝ.ſ. ⁊ reproboꝝ. vt Greg. i moral̄. ait. (Greg⁹. ſuper Job.) Sed bini ordines eiſdem ſingulis partibus continent̄. Alij eñ iudicant̄ ⁊ ꝑeunt. alij nō iudicant̄ et pereunt. Alij iudicantur et regnant. alij nō iudicantur et regnant. Judicant̄ ⁊ ꝑeunt quibus dominica in clamatione dicet̄. Eſuriui et nō dediſtis mihi man. ⁊c̄. Nō iudicant̄ ⁊ pereunt quibus dn̄s ait. qui nō credit iam iudicatus eſt. Eorum eñ damnatio toti eccleſie nota eſt et certa. et ideo dicunt̄ tunc nō iudicari. qꝛ ad ꝯſpectum diſtricti iudicis cū aperta damnatione ſue infidelitatis accedent. Qui vero ꝓfeſſionē fidei ſine opib⁹ habent: iudicabunt̄ et peribūt.i. redarguentur vt pereāt. Qui vero nec fidei ſacramenta tenuerunt. increpationem iudici in ſe fieri nō audient. qꝛ infidelitatis ſue tenebris ꝓiudicati. eius quē deſpexerant inuectione redargui nō merent̄. Illi aūt ſaltē verba iudicis audient. qui eius fidem ſaltem verbo tenuerūt. Illi aūt in damnatione ſua eterni iudicis nec verba ꝑcipient. q̄ eius reuerentiam nec verbotenus ſeruare voluerunt et ideo illi iudicādi. ſ' iſti nō iudicandi dicunt̄. Ex electoꝛuꝫ vero ꝑte alij iudicant̄ et regnant.ſ. qui vite maculas lachrymis tergunt. et elemoſynaꝝ ſuper inductione operiunt. quibus iudex veniens in dextera cōſiſtentibus dicet. Eſuriui ⁊ d̄ di. mihi mandu. Alij aūt nō iudicant̄ et regnāt. qui etiā precepta legis ꝑfectōꝛi virtute tranſcendūt. qꝛ nō hoc ſoluꝫ quod lex precipit implere cōtenti ſunt. ſed et qđ ad ꝑfectionem conſulit̄ implere ſtudent. De quibus ꝓpheta ait. Dominus ad iudiciū veniet cum ſenatoribus populi ſui. Et ſalomon de eccleſie ſponſo loquens ait. Nobilis in portis vir eius qn̄ ſederit cuꝫ ſenatoribus terre. et Job ait. Nō ſaluat impios et pauperibus iudiciū tribuit. Hij ergo recte ſub generali iudicio nō tenent̄. ſed iudices veniunt. qꝛ et precepta generalia viuendo vicerunt. et omnib⁹ relictis xp̄m ſecuti ſunt. Recte pauperibus iudicium tribuit. qui quāto huic mundo magna humilitate deſpecti ſunt. tanto tunc maioꝛi culmine poteſtatis excreſcent. De talibus dicitur. (Apocal̄. iij.) Qui vicerit dabo ei ſedere mecuꝫ in throno meo ſicut ⁊ ego vici ⁊ ſedi cū patre meo in throno eius. Vincens dn̄s cum patre in throno ſedit. qꝛ poſt paſſionis certamen et reſurrectionis palmam ꝙ patri eſſet equalis. omnibus claruit. Nobis vero in throno filij ſedere. eſt ex eiuſdem filij poteſtate iudicare. Quia eñ iudicandi principatum ex eius virtute ꝑcipimus: quaſi i throno eius reſidemus. Ex his apparet ꝙ etiā ꝑfectōres ſancti cū xp̄o iudicabūt poteſtate. et quare quidam dicunt̄ iudicandi alij non iudicandi.

De ordine iudicij et miniſterio angelorum. d

Cuꝫ autē in euāgelio legatur. ꝙ dn̄s mittet āgelos ſuos qui colligent de regno eius omnia ſcandala. et mittent iniquos in caminū ignis. Et item Exibunt angeli et ſeꝑabunt malos de medio iuſtoꝝ et mittent eos in caminū ignis Et itē. Mittet angelos ſuos cū tuba ⁊ cōgregabunt electos a quatuoꝛ ventis. et ꝓpheta dicit. Congregate illi ſanctos eius / Miniſterio angelorum illa impleri dubitandū nō eſt. Domino eñ veniente ad iudiciū ꝓcedet ante eū ignis quo combures faciess mundi huius. et ꝑibit celū et terra. nō ſ'm ſubſtantiā. ſed ſ'm ſpeciem que immutabitur. celū quidē aereum nō ethereū Tm̄ eñ aſcendit ignis in iudicio q̄tuꝫ aſcenderunt aque in diluuio. Ille aūt ignis malis qui reꝑti fuerint viui. erit ꝯſumptō bonis vero nō. Vt ait Aug. Hoc erit incēdium mundi ſanctis. qđ fuit caminus tribus pueris. In quibus ſi aliquid purgandum fuerit ꝑ illuꝫ ignem purgabit̄. Alijs vero nullā ingeret moleſtiā. Purgato xp̄o ꝑ ignem mundo. et ad iudiciū veniēte domino emittetur vox illa magna qua reſurgent omnes mortui. et tunc miniſterio angeloꝛuꝫ ventilabitur area. quia boni ꝯgregabuntur ibi de quatuoꝛ partibus mundi angelico miniſterio. quo ⁊ rapient̄ obuiaꝫ xp̄o in aera. reꝓb in terra qua dilexerūt remanētibus. Et tunc preconia illa bonorum: eſuriui. et dediſtis mihi māducare. ⁊

Tm̄ aſcendit ignis ī iudicio quantū aque ī diluuio

increpatiões ille malorũ. eſuriui et non de diſt. mihi mãdu. rc. pferenk. vel ſono vo/ cali. vel alio modo. Deniqꝫ pferek ſenten tia ſup vtroſqꝫ. Uenite bñdicti. et ite male dicte rc. Et miniſterio angelorum virtute dei coopante. mittenk mali in caminum ig nis. hoc eſt in infernum.

## Si poſt iudiciũ demones pẽrũt hoĩbus ad puniendum. c

**Et ſolet queri vtꝝ** in inferno malis ad puniendũ pſint demo nes poſt iudiciũ, quos carnifices tortores/ qꝫ animarũ ſcriptura appellat? Apoſtolus dicit. qꝫ xpẽs tunc euacuabit omnem princi patum et poteſtatẽ ꝛ virtutẽ. Dum eñ du rat mũdus: angeli angelis. demões demo nibus. homines hominibꝰ pſunt. Sꝫ om/ nibus collectis. iam omnis platio ceſſabit. Hinc quidã putant poſt iudiciũ demo/ nes non habere poteſtates cruciandi ho/ mines ſicut modo. Sed vt demones vtu te dei cruciari ſine creature miniſterio aſſe runt. ſic reprobos homines ibi nõ p opati onem demonũ. ſed virtute diuina tantum eternis ſubijci cruciatibꝰ. Premiſſa tamẽ autoritas nõ id cogit ſentire. que et ſi aſſe/ rat tũc nec demones demonibꝰ. nec hoĩes hominibus preeſſe. non diffinit tñ an demo nes preſint hominibus ad torquendũ. vñ quibuſdaꝫ videtur eos ſic cõſtare hoĩbus tortores in pena ſicut extiterũt incentores in culpa.

**Iſta eſt diſtictio. xlvij. huiꝰ quar**ti libri. In qua magiſter poſtq̃ oſtenſum eſt de remu neratiõe ꝛ punitione pcedente iudiciũ generale. Hic vero determinat de ipo iudicio et ptinentibus ad ip ſum. Et tria facit. Primo eñ agit de modo iudicij ꝛ aſſeſſoribꝰ. Scdo de angelis iudicãdos ad iudicium ꝯgregantibꝰ. Tertio de demonibus dãnatos puniẽ tibus. Primũ vſqꝫ ibi. Nõ aũt ſolus xpẽs Scdm vſqꝫ ibi. Et ſolet queri. Tertium vero vſqꝫ ad finẽ diſtin. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus ppoſitõ nibus quarum pma eſt hec. In extremo iudicio vni uerſitas pfectoꝝ iudicabit collegium reproborum. Hanc magiſter inſinuans pponit primo qꝫ quidã po nunt iudiciũ non voce vel ſcriptura pferendum qa apoſtolus dicit illud fieri ictu oculi. Sed diuina vir tute atteſtantibꝰ conſcientijs ſinguloꝝ qua pena vel quo pmio digni ſunt. Alij vo ꝯtrariũ ponũt ꝛ vba pmiſſa apoſtoli reſurrectõis ſtatu et nõ de iudicio in telligunt. Poſtea dicit qꝫ nõ ſoluꝫ chriſtus iudicabit ſed vniuerſitas pfectoꝝ cũ eo qui p duodecim ſedes itelligunk. vt p duodecim tribꝰ iſrł vniuerſitas iudi candoꝝ deſignak. Judicabũt aũt ſcti nõ ſoluꝫ coope ratione ſed etiã autoritate et poteſtate. que tñ ſit il la eoꝝ poteſtas in iudicando. anteq̃ videak ſciri non põt. niſi quis hoc diuina reuelatione didicerit. Po ſtea dicit qꝫ quatuor erunt ordines ĩ iudicio. Alij ve ro iudicantur et pereunt. Alij vo nõ iudicank et pe reunt. Alij vero iudicank et ſaluank. Alij nõ iudicã tur et ſaluank ſicut per exẽpla declarat. Secũda pro poſitio eſt hec. Miniſterio angeloꝝ ꝯgregabuntur ad iudiciũ exercitus iudicandoꝝ. Hanc magiſter po nens oſtendit quid angeli faciant. et dicit qꝫ coꝝ mi niſterio ꝯgregrabunk omnes ad iudiciũ; quorum mĩ niſterio ignis cõflagrationis precedet quo combure tur facies vniuerſi. ſ. huius mundi. et tantũ aſcẽdet quãtum aſcenderunt aque in diluuio. purgato autẽ per ignem mũdo diuina virtute et angeloꝝ miniſte rio reſurgẽt. boni vo angelorũ miniſterio rapientur obuiam in xpo aera. Reprobi vero in terra quã di lexerunt remanebunt. Poſtea ſequek iudiciũ diſtri ctum et vltimũ. vltima ſententia iudicis pferek qua prolata iuſti ibunt ad vitã eternã. Mali vero angelo rum miniſterio virtute dei coopante mittenk in infer nũ. Tertia ppoſitio eſt hec. Reprobi damnati p ex tremum iudiciũ punienk in inferno miniſterio demo num. Hanc magiſter ponens querit. Utrum homi nes poſt iudiciũ puniank in inferno virtute demonũ Et rñdet ſm Iſid. qꝫ nõ. qꝛ poſt iudiciũ ceſſabit om nis platio. Alij vo dicũt qꝫ qui fuerũt incentores in culpa erunt tortores in pena. Et tñ in ſpãli rc.

## De forma iudicis. a

**SOlet etiã qri** in qua forma chriſtus iudica bit? In forma vtiqꝫ ſerui iu dicabit. que oĩbus in iudicio apparebit vt videant mali in quẽ pupuge/ runt. Diuinitatẽ vero eius mali non vide/ bunt. Unde Eſaias. Tollatur impius ne videat gloriam dei. Humanitatẽ videbũt vt timeant. diuinitatem vero non. ne gau deant. Diuinitas enim ſine gaudio videri non poteſt — DI. XLV. III

## Qđ appebit tũc in forma ſui. b

**Sed cum in forma** humana conſtat eum appariturum. queri/ tur an in forma illa glorioſa appareat ſicut vere eſt. an in forma qualis in paſſione ex titit? Quidam putant a malis talem vide ri qualeꝫ crucifixerunt. id eſt infirmã. quia dicit ſcriptura vt videant in quem pupu/ gerunt. Sed aperte Aug. dicit formã ſer/ ui glorificatam a bonis et a malis tunc vi/ deri. ſic. Cum in forma ſerui glorificata iu/ dicantem viderint boni et mali. tolletur i/ pius vt non videat claritatem dei que de us eſt. quã ſoli mũdo corde videbunt. qđ erit eis vita eterna. Forma ergo humana in chriſto glorificata videbik acũctis. vn/ de et chriſtus dicitur iudicaturus. quia fi lius hominis eſt. Ita eñ legitur in euãge/ — Aug. ſup io.

Quare xp̄us ſꝫ iudicatur⁹

lio Johannes. et poteſtatem dedit ei iudi-
cium facere. qꝛ filius hominis eſt. Non ꝙ
